This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

B 1,477,196


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

BR
60
.J71
S76

BT
60
091
1876

TATIANI

ORATIO AD GRAECOS.

AD OPTIMOS LIBROS MSS.
PARTIM DENUO COLLATOS RECENSUIT
SCHOLIIS PARISINIS NUNC PRIMUM INTEGRIS ORNAVIT
PROLEGOMENIS ADNOTATIONE VERSIONE INSTRUXIT
INDICES ADIECIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR
THEOLOGIAE IN ACADEMIA IENENSI PROFESSOR P. E. SOCIETATIS
LATINAE IENENSIS SOCIETATIS HISTOR.-THEOLOGICAE LIPSIENSIS
SOCIETATIS HAGANAE PRO VINDICANDA RELIGIONE CHRISTIANA
SODALIS.

CUM SPECIMINIBUS DUORUM CODICUM PARISINORUM.

IENAE
PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.
MDCCCLI.

CORPUS

APOLOGETARUM CHRISTIANORUM

SAECULI SECUNDI.

EDIDIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO.

VOLUMEN VI.

TATIANUS ASSYRIUS.

Μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος ὁ πρὸς Ἕλληνας, ὃς δὴ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ κάλλιστός τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν.

Eusebius.

IENAE

PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.

MDCCCLI.

TATIANI

ORATIO AD GRAECOS.

AD OPTIMOS LIBROS MSS.
PARTIM DENUO COLLATOS RECENSUIT
SCHOLIIS PARISINIS NUNC PRIMUM INTEGRIS ORNAVIT
PROLEGOMENIS ADNOTATIONE VERSIONE INSTRUXIT
INDICES ADIECIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR
THEOLOGIAE IN ACADEMIA IENENSI PROFESSOR P. E. SOCIETATIS
LATINAE IENENSIS SOCIETATIS HISTOR.-THEOLOGICAE LIPSIENSIS
SOCIETATIS HAGANAE PRO VINDICANDA RELIGIONE CHRISTIANA
SODALIS.

CUM SPECIMINIBUS DUORUM CODICUM PARISINORUM.

IENAE
PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.
MDCCCLI.

BR
60
.091
1870

VIRIS

EXCELLENTISSIMIS ILLUSTRISSIMIS

CHRIST. GUIL. SCHWEITZER

SERENISSIMI MAGNI DUCIS SAXONIAE VIMARIENSIS VERE INTIMO CONSILIARIO ET IN CIVITATE ADMINISTRANDA MINISTRO

ORDINUM MAGNIDUCALIS SAXONICI FALCONIS ALBI REGII SAXONICI VIRTUTIS CIVICAE ELECTORALIS HASSIACI LEONIS AUREI DUCALIS SAXO-ERNESTINI REGII LEONIS BELGICI SUMMIS INSIGNIBUS CONDECORATO ORDINUM REGII BORUSSICI AQUILAE RUBRAE CLASSIS PRIMAE IMPERIALIUM RUSSICORUM S. ANNAE CLASSIS PRIMAE ET S. VLADIMIRI EQUITI

etc. etc.

ATQUE

CAROLO BENEDICTO HASE

INSTITUTI FRANCIAE SOCIO PARISIIS SCHOLAE LINGUARUM QUAE VIGENT ORIENTALIUM PRAESIDI IN PARTE BIBLIOTHECAE NATIONALIS CODICES MANUSCRIPTOS COMPLECTENTE CONSERVATORI

ORDINIS FRANCICI LEGIONIS HONORIS PRAEFECTO ORDINUM IMPERIALIS RUSSICI S. VLADIMIRI REGIORUM BORUSSICORUM MERITI IN LITERAS ARTESQUE ET AQUILAE RUBRAE REGII GRAECI SALVATORIS REGII SAXONICI VIRTUTIS CIVICAE EQUITI

etc. etc.

GRATUM TESTIFICATURUS ANIMUM

HAEC STUDIA

IN EDENDO TATIANO POSITA

VULT SACRA ESSE

CAROLUS OTTO.

Paperology
Paper
5-10-35
30868
v.3-9

PRAEFATIO.

Quum diu sit ex quo S. Iustini Philosophi et Martyris operum quae feruntur omnium editionem anno 1842 inceptam absolverim: quae quidem viris in hoc studiorum genere excellentissimis — non in Germania solum, sed et in Anglia, Francia, Russia, aliis terris — probata est atque iterum (Corp. Apologg. christt. saec. sec. Voll. I — V) annis 1847 — 50 in lucem prodiit: Tatiani Assyrii apologiam pro causa christiana mihi licuit eodem tenore nunc demum edere. Nam et munus quo fungor academicum mea tempora occupavit, et ipse Tatianus moram interposuit; is scilicet, omnium longe difficillimus graecorum apologetarum, maxima obiecit impedimenta. Quam obscurum sit orationis genus quo utitur dici vix potest: quocirca fuere qui eum scite Heraclitum redivivum appellarent vel Tertullianum assyrium.

Caeteris apologetis, pariter graecis atque latinis, licet sit minime inferior: tamen post Worthum et Maranum, abhinc annos centum et quod excurrit, haud reperit qui opus ipsius apologeticum et emendaret et explicaret; nemo voluit negotium aggredi perquam difficile. Quodsi mea nunc opera qualiscunque quum

critica tum exegetica, quam in novam hanc editionem contuli, Deo iuvante effecerit ut rectius legatur Tatianus meliusque intelligatur, fructum me percepisse existimabo.

Depeculatus est quidam Anglus editor meam operum Iustini genuinorum editionem: valde opto ut istiusmodi facinus in Tatianum meum ne committat.

Dabam Ienae die Ascensionis Domini
a. MDCCCLI.

PROLEGOMENA

IN

ORATIONEM TATIANI AD GRAECOS.

I. CONSILIUM HUIUS EDITIONIS.
II. RECENSUS LIBRORUM MANUSCRIPTORUM.
III. RECENSUS LIBRORUM IMPRESSORUM.
IV. RECENSUS TRANSLATIONUM.
V. DE TATIANEA DICTIONE.
VI. ARGUMENTUM ORATIONIS.

I. De huius editionis ratione.

Textus Orationis Tatiani Assyrii πρὸς Ἕλληνας a me petitus est ex antiquissimo optimae notae codice Parisino n. 174, graeca manu exarato ac meae editionis gratia rursus perlustrato. Minime vero caeteros neglexi codices inferiori aetate scriptos aut parvi aestimavi; plerumque enim unus eorum alterve testimonio suo auctoritatem Parisini primo loco positi magnopere auxit: interdum, fere quaterdecies, emendatiora suppeditarunt. Etiam fragmenta, quae Eusebius ex hac Oratione suae Praeparationi evangelicae inseruit, critica attulerunt subsidia: quibus passim, fere sedecies, a cunctis codicibus illis discessi. Non autem licet scriptorem coniecturis tentare nisi ubi summa corruptelae sit evidentia: ac tum demum, fere tricies, certam quamdam coniecturam sive ab aliis propositam sive a me ipso excogitatam absurdae omnium codicum lectioni praetuli; iustam enim audaciam, equidem non reprehendo, sed temeritatem censeo coercendam. Sic igitur factum est ut in constituenda textus recensione Parisinum vetustate et auctoritate praevalentem, auxilio aliorum codicum aeque ac fragmentorum Eusebianorum et coniecturarum adiutus, tantummodo sexaginta circiter locis derelinquerem, idque saepenumero propter

errores eius apprime minutos. — Interpunctionem ad maiorem quam in editis comparet simplicitatem revocavi. Capita orationis eadem (1 — 42) agnovi quae in exemplari Maraniano exstant; margini autem apposui non modo numeros paginarum (141 — 174) et notas literarum (B. C. D) editionis Morellianae anno 1636 vulgatae, quacum usitatissima Coloniensis ex asse convenit, sed paragraphorum etiam numeros (1 — 64) in editionibus Gesneriana et Worthiana indicatos. — Fragmenta Tatianea Maranus tantum pauca publicavit: equidem omnia quae notuere in unum collegi ac digessi.

Adnotatio est critica et exegetica, quemadmodum in mea Iustini editione. Criticae ea ratio est ut et codicum manu exaratorum dissensionem et virorum doctorum measque coniecturas accurate indicet: unde quasi historia κρίσεως Tatianeae clare perspicitur. In exegetica autem eam viam ingressus sum ut quicquid (aliquo modo dignum memoratu) ex editorum animadversionibus aliorumque scriptis *) hauriri posset studiose colligerem et cum novis meis notis ad interpretationem pertinentibus proponerem. Tatianus unus omnium Apologetarum graecorum difficillimus censetur: non ignota est sermonis quo utitur obscuritas. Equidem magnam me ab eruditis viris gratiam initurum esse cognovi, si difficultates, quibus interpretes excruciantur, expedire et sententias occultas in lu-

*) De Tatiano inter recentiores perquam erudite commentatus est Herm. Adalb. Daniel: *Tatianus der Apologet.* Hal. 1837. 8°. Eius vestigia persequitur Mich. Ledermann: *Examen des hérésies de Tatien.* Argentor. 1845. 4°.

Ad Tat. (Corp. App. Vol. VI.) Proleg. pag. XIII.

Specimen Codicis Parisini 174.



cem proferre studuissem. Itaque id egi ut accurato commentario opus instruerem atque in iusto brevitatis studio nihil praetermitterem quod ad rem faceret. — Scholia praestantissimi codicis Parisini supra memorati, haud indigna omnino quae prodeant, nunc primum integra edidi.

Versio est Maraniana, permultis locis a me emendata; saepissime effeci ut nova fere compareret.

Indices verborum aut posterae aetati aut Tatiano propriorum formularumque loquendi notatu dignarum, rerum memorabilium auctorumque memoratorum, locorum citatorum confeci quam diligentissime poterat fieri.

Denique, ut etiam hoc addam, ubi meas ad Iustini Phil. et Mart. Opera notas laudavi, usus sum editione altera.

II. De codicibus manuscriptis.

Reperiuntur hodie, quod sciam, sex Orationis Tatiani codices manu exarati: tres in Italia, duo in Francia, unus in Anglia; accedit septimus, qui ex oculis evanuit.

I. *Codex Parisinus CLXXIV* *), olim 1358 tum 2919, Parisiis in Bibliotheca Francogallorum Nationali asservatus, membranaceus formae quadratae, Fonteblandensis, foliorum 190, loco undecimo viginti folia complente (fol. 112, a — 132, a) Orationem Tatiani praebet. Titulus praefigitur: *Τατιανοῦ πρὸς*

*) Harles in Fabricii Biblioth. gr. Vol. VII. p. 89 et Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 78 hunc codicem perperam numero CLXXXI insigniunt.

Ἕλληνας. Is codex, quem in Opp. Iustin. Tom. II (= Corp. Apologg. Vol. III) Prolegg. p. XI sqq. descripsi, a Wortho (Praef. ad lect.) in saeculo undecimo reponitur; sed rectius a Montefalconio (Palaeogr. gr., Paris. 1708. Fol., p. 277 sq.) adiudicatur saeculo decimo. Est graecâ manu exaratus, et ut antiquitate sic praestantiâ eminet. In margine passim primâ manu (graece) et raro italâ ineuntis fere saeculi XVI (latine) suppeditat scholia grammatico-dogmatica. Variantes huius codicis lectiones protulit perpaucas Ducaeus, cui „ms. reg.“ dicitur; fere omnes autem primus Worthus repraesentavit, qui nonnulla quoque eius scholia luce donavit. Appellavit „Gall. 1“ et Maranus „Reg. 1.“ Equidem lectiones, quae editori Anglicano pariter atque Benedictino latuerunt, una cum caeteris scholiis, quae nunc primum prodeunt, acceptas refero humanitati Caroli Benedicti Hase, illustrissimi librorum mstorum illius bibliothecae conservatoris; is quippe egregium venerandae antiquitatis codicem, rogante me, denuo inspexit et quae ipse accuratissime enotavit edenda mihi concessit. — Vocavi eum „Par. 1.“

II. *Codex Mutinensis*, custoditus Mutinae in Bibliotheca Ducali, membranaceus decimi saeculi, sexto loco Orationem Tatiani suppeditat *πρὸς Ἕλληνας*. Cf. Opp. Iustin, l. c. p. XXIX. — In magna rerum perturbatione, quae proximo tempore Italiam obtinebat, non licuit variantes huius codicis lectiones arcessere; maxime autem, si coniecturae locus dandus, cum Par. 1 convenire videtur.

III. *Codex Venetus CCCXLIII*, Venetiis in Bibliotheca S. Marci conditus, membranaceus saeculi duodecimi, Orationem Tatiani complectitur. Refert Iac. Morellus (Biblioth. msta gr. et lat. Tom. I, Bassani 1802. 4°, p. 223) de eo sic: „Tatiani Oratio ad Graecos anno 1546 Tiguri primum edita est iuxta exemplar, quod Io. Frisius ab Arn. Arlenio Venetiis acceperat: non illud tamen ex codice hoc fuerat expressum; qui ad Etonensem, de Bononiensi Canonicorum S. Salvatoris sumptum et a W. Worth in editione Oxoniensi adhibitum, praesertim accedit." — Is codex Venetus, nisi egregie fallor, fons fuit primarius, unde Valerianus (in monasterio S. Antonii Venetiis) hausit: de cuius apographis iam agendum est.

IV. *Codex Bononiensis*, Bononiae in Bibliotheca Coenobii Canonicorum Regularium S. Salvatoris in vigesimo secundo pluteo repositus et a Valeriano filio Albini Canonico Regulari S. Salvatoris anno 1533 scriptus duobus tomis, exhibet 1°. Eusebii Demonstrationem evangelicam, initio mutilam, 2°. Tatiani Orationem ad Graecos, viginti foliis comprehensam. Quod quidem praeter Possevinum in Apparatu sacro (Colon. 1608. Fol.) Tom. II. p. 449 Montefalconius in Diario italico (Par. 1702. 4°) p. 408 testatus est. — Ex hoc codice transscriptus est:

V. *Codex Aetonensis MDCCCLXXXVI*, in Bibliotheca Collegii Aetonensis sub arce Windesoria servatus: *Τατιανοῦ πρὸς Ἕλληνας. ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται ἑλληνικὸν ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εὕρησιν ἐσχηκός.* Cf. Catalog. librorum

storum Angliae et Hiberniae Tom. II (Oxon. 1697. Fol.) p. 48. Cum excusis accurate collatus est a Wortho in aedibus Henrici Godolphin, Collegii Aetonae tunc Praesidis. „Est autem codex iste", ut ille editor in Praef. ad lect. ait, „apographum [in fol.] transscriptum anno 1534 a Valeriano nescio quo Foro-Liviensi ex exemplari quodam in Bibliotheca Coenobii S. Salvatoris, illo ipso, ni fallor, Bononiae cuius meminit Possevinus in Apparatu sacro." — A Marano „Anglicanus" in notis vocatus est; sed a me ut a Wortho „Aet."

VI. *Codex Parisinus MMCCCLXXVI*, olim numeris 418. 446. 2167 notatus, in Bibliotheca Francogallorum Nationali asservatus, chartaceus, Fonteblandensis, quarto loco viginti foliorum (fol. 149, a — 169, b) Orationem Tatiani habet. Titulus literis rubris praefigitur: *Τατιανοῦ πρὸς Ἕλληνας. ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται Ἑλληνικὸν ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εὕρησιν ἔσχηκός.* Ultima syllaba —*ός* atramento in —*ε* mutata est, ut *ἔσχηκε* (debebat esse *ἔσχηκεν*) legeretur. Continentur praeterea (vid. Catalog. Bibliothecae Regiae P. II, ex typogr. regia 1740. Fol., p. 491) hoc codice: 1°. Asclepii, philosophi Tralliani, scholia in libros Nicomachi Arithmetices elementorum (fol. 1, a — 56, a). 2°. Nicomachi Geraseni Arithmetices elementorum libri duo (fol. 57, a — 101, b). 3°. Cleomedis De contemplatione orbium coelestium libri duo (fol. 103, a — 148, b). 5°. Gregorii commentatio De anima ad Tatianum (fol. 170, a — 172, b): *Γρηγορίου περὶ ψυχῆς πρὸς Ταϊανόν.* Hunc Gregorii (Thaumaturgi)

Ad Tac. (Corp. App. Vol. VI.) Proleg. pag. XII

Specimen Codicis Parisini 2376.



libellum, septem tantum capitulis comprehensum, Nourrius in Apparatu ad Bibliothecam Maximam vett. Patrum etc. P. I (Paris. 1703. Fol.) p. 529 ineditum putavit; sed vide sis Thom. Ittigii Historiae eccles. sec. saec. selectt. capp. (Lips. 1711. 4°) p. 19 sq. et Io. Alb. Fabricii Biblioth. graec., cur. Harles., Vol. VII (Hamb. 1801. 4°) p. 257. 6°. Georgii Gemisti Plethonis De virtutibus liber (fol. 173, a — 179, a). 7°. Eiusdem Antirrheticus, adversus ea quae Scholarius pro Aristotele scripserat (fol. 179, b — 213, a). 8°. Bessarionis cardinalis Ad Georgium Gemistum Plethonem quaestiones quattuor (fol. 213, b — 215, b). 9°. Georgii Gemisti Plethonis Ad Bessarionem responsio duplex (fol. 215, b — 221, a). 10°. Eiusdem De iis in quibus Aristoteles diversum sentit a Platone (fol. 222, a — 236, b). 11°. Eiusdem Zoroastreorum et Platonicorum dogmatum summa (fol. 237, a — 239, b). Tum, post folium literis non impletum, 12°. Eiusdem Thessaliae chorographia (fol. 241, a — 249, b). 13°. Eiusdem e Polybio de Italiae figura excerptum (fol. 250, a — 251, b). In hoc codice tres librariorum manus saeculi decimi sexti conspiciuntur. Nourrius l. c. eiusque vestigiis Montefalconius l. c. p. 96 et Daniel *Tatianus d. Apol.* p. 78 eum memorant anno 1534 a Bessarione monacho in monasterio S. Antonii Venetiis exaratum esse. At Car. Ben. Hase in hoc codice, quem a me rogatus pervolutavit, refert se nomen illius monachi non reperisse; hanc tantummodo notam a scriba literis rubricatis praeberi fol. 236, b: *Ὁ ἀδελφὸς βαλεριανὸς ἔγραψε ταύτην βίβλον, ἐν τῷ μονα-*

στηρίῳ τοῦ ἁγίου [sic, cum spir. lenī] ἀντωνίου ἐνετίησι [= Venetiis] ἔτει τοῦ κυρίου ἡμῶν ,αφλϑ. [= 1539] ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον ☙ Unde patet codicem a Valeriano Foroliviensi Canonico Albini filio in monasterio S. Antonii Venetiis scriptum esse, qui codicem quoque Eusebii Demonstrationis evangelicae Parisinum (Regium) n. 1901 (nunc 473) confecit, ubi teste Montefalconio l. c. p. 88 (coll. p. 108) ad calcem haec habentur: Ὁ βαλεριανὸς φωρολιβιεὺς ὁ ἀλβίνου, κανονικὸς τῆς πολιτείας καλουμένης τοῦ σωτῆρος ἡμῶν [= Canonicus Capituli S. Salvatoris], ταύτην γε βίβλον ἐν τῷ τοῦ ἁγίου ἀντωνίου μοναστηρίῳ ἐνετίησιν [sic] ἔγραψε, ἔτει τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ,αφμγ [= 1543] τετάρτῃ μηνὸς σεπτεμβρίου ἱσταμένῃ. δόξα τῷ θεῷ ἡμῶν *). Idem igitur Valerianus et Demonstrationem Eusebii et Orationem Tatiani pluries descripsit; originem enim ab hoc librario ducunt codices Aetonensis et Bononiensis (Dem. Eus.), quibus Frisianus haud dubie adnumerandus est. Linguam autem graecam parum cognitam habuit; nemo nimirum ortu Graecus ἐνετίησι (sine ν) scripsisset sed hiatum evitasset **). Scholia ad Tatiani Orationem calamo scriptorio exaratam non suppeditantur; tantummodo aliquot lectiones variae vel

*) Teste „Catalogue des Manuscrits grecs de la Bibliothèque de l'Escurial, par E. Miller" (Par. 1848. 4°) p. 292, etiam codex Scor. 343 a Valeriano scriptus est, qui haecce praebet fol. 112, a: Ἐγράφησαν καὶ ταῦτα τοῦ Εὐκλείδου Δεδομένα ἤτοι τῆς Θείσης ἐκδόσεως ,αφμβ' [= 1542] νοεμβρίου πρώτῃ διὰ χειρός μου Οὐαλεριανοῦ Φορολιβιέως ὁ [sic] Ἀλβίνου ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου μοναστηρίῳ μοναχοῦ.

**) C. B. Hase: „Oft habe ich von den Bauern in Attika und Kleinasien sagen hören οἱ νῶροι statt οἱ ὦμοι, aller Orthographie zum Trotz."

potius emendationes medio fere saeculo decimo sexto ad marginem coniectae sunt manu alicuius Graeci occidentalis. — Hunc codicem neque siglo Worthiano „Gall. 2“ neque Maraniano „Reg. 2“ designavi, sed appellavi „Par. 2.“

VII. *Codex Frisianus*, qui Orationem Tatiani continet, a Ioanne Frisio anno 1545, quum in itinere italico ageret Venetiis, ex amici Arnoldi Arlenii Perizyli liberalitate ad Tigurinos deportatus est. Is vero, si superest, ubi hodie asservetur equidem nescio *). Titulus: *Τατιανοῦ πρὸς ἕλληνας. ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς ἕλληνες καλλωπίζονται ἑλληνικὸν ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εὕρησιν ἐσχηκός.* In margine variantes comparent alius codicis lectiones vel emendationes. Hic codex, qui ab eodem illo Valeriano Foroliviensi Venetiis in monasterio S. Antonii videtur exaratus esse, in editione Tatiani principe (Tiguri 1546) diligenter typis descriptus est. Cf. Frisii Epist. dedic. in Edit. princ. p. 276. — A Wortho et Marano designatur per „Tigur.“; a me per „Fris.“

Equidem vero auctoritati antiquissimi praestantissimique Parisini 1, cui Mutinensis videtur consimillimus esse, in textu constituendo quantum fieri potuit obsequendum censui. Caeteri codices, ab illo Valeriano quarto saeculi decimi sexti decennio confecti (potissimum, opinor, iuxta exemplar Venetum saeculi duodecimi), quamvis singuli interdum scripturas habeant

*) Daniel l. c. scribens: „Wahrscheinlich ist er später nach Venedig zurückgekommen und ist derselbe der in dem Cataloge der S. Markusbibliothek erwähnt wird“ — verbis Morelli supra (p. XV) allatis refellitur.

peculiares, ad unam tamen eamdemque familiam pertinent: id quod ex permultis patescit indiciis, inprimis ex consensione lectionum creberrime conspicua: nimirum ex Bononiensi (a. 1533) effluxit Aetonensis (a. 1534) atque ex alterutro Parisinus 2 (a. 1539); utrum autem Frisianus (ex Veneto) prius quam exemplar Bononiense scriptus sit, nec ne, id non liquet.

Iam alia accedunt subsidia critica, quibus in mea editione usus sum. Etenim permulta ex opere Tatianeo, cc. 31 et 36—43, Eusebius episcopus Caesariensis in *Praeparationis evangelicae* lib. X. cap. 11 transscripsit, ita quidem, ut interdum interpretis aut emendatoris provinciam susciperet: in nonnullis librarii Eusebiani peccaverunt. Itaque mihi hoc curae fuit ut duas „Eusebii Pamphili Praeparationis evangelicae" editiones sedulo conferrem, quae eodem fere tempore prodierunt: Heinichenianam et Gaisfordianam. Ac Heinichenus quidem, gymnasii Annaemontani prorector, illam Praeparationem evangelicam Lipsiae a. 1842 sq. (2 Tom.) edidit ad Vigerianam textus recensionem maxime conformatam; Gaisfordus vero, linguae graecae in academia Oxoniensi professor, eamdem Praeparationem evangelicam Oxonii a. 1843 (4 Tom.) recensuit ad codices manuscriptos, quorum ope textum vulgatum saepe emendavit. Ex numero autem codicum integrorum, quippe qui librum etiam Praeparationis decimum (c. 11) complectantur, hice sunt memorandi:

I. *Parisinus* Bibliothecae Nationalis n. 466 membranaceus, saeculo XIV exeunte pulcherrime scriptus. — Est Gaisfordo cod. C, mihi Eus. Par. 1.

II. *Parisinus* Bibl. Nat. n. 467 chartaceus, recens. — Gaisf. = D, mihi = Eus. Par. 2.

III. *Parisinus* Bibl. Nat. n. 468 chartaceus, recens. — Gaisf. = E, mihi = Eus. Par. 3.

IV. *Florentinus* Bibliothecae Mediceae plut. VI. 6 membranaceus, saec. XV. — Gaisf. = F, mihi = Eus. Flor. 1.

V. *Florentinus* Bibl. Med. plut. VI. 9 chartaceus, saec. XIV. — Gaisf. = G, mihi = Eus. Flor. 2.

VI. *Venetus* Bibliothecae Marcianae n. 341 chartaceus, saec. XV. — Gaisf. = I, mihi = Eus. Ven.

Praeter illos codices Gaisfordianos exstat:

VII. *Oxoniensis* Collegii S. Ioannis Baptistae, „liber melioris notae" (Routh: Reliqq. sacrr. Vol. II, ed. 2. Oxon. 1846, p. 82), a Wortho collatus.

Codices Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. in plerisque concordant; Par. 3 ex Ven. descriptus videtur.

III. De codicibus editis.

Tatiani Oratio ad Graecos primum, una cum aliis veterum Patrum scriptis, Tiguri anno 1546 e prelo prodiit. Titulus editionis hic est: „*Ἐν τῇ παρούσῃ βίβλῳ ἔνεστι τάδε· ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ ἐκ διαφόρων τῶν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τῶν θύραθεν βιβλίων τόμοι τρεῖς. ΜΑΞΙΜΟΥ κεφαλαίων περὶ τελείας ἀγάπης καὶ ἄλλων ἀρετῶν ἑκατοντάδες δ. ΘΕΟΦΙΛΟΥ πρὸς Αὐτόλυκον περὶ θεοῦ καὶ πίστεως Χριστιανῶν βιβλία γ. ΤΑΤΙΑΝΟΥ Ἀσσυρίου λόγος κατὰ ἐθνῶν.* Hoc volumine continentur: Sententiarum sive capitum, theologicarum praecipue, ex sacris et profanis libris Tomi tres, per

Antonium et Maximum monachos olim collecti. Antonii Loci Melissa inscripti numero sunt 175, Maximi vero 71. Abbae Maximi, philosophi, confessoris et martyris, Aphorismorum seu capitum de perfecta charitate et aliis virtutibus christianis ad Elpidium presbyterum centuriae IIII. Theophili sexti Antiochensis episcopi de Deo et fide Christianorum contra Gentes Institutionum libri tres ad Autolycum. Tatiani Assyrii, Iustini martyris discipuli, Oratio contra Graecos. Omnia nova et antea nunquam edita, praeter Maximi Centurias, nunc etiam castigatiores. Christophorus Froschoverus excudebat Tiguri, Anno M.D.XLVI." Fol. — Principem hanc Tatiani Orationis editionem (p. 277 — 291) Ioannes Frisius Tigurinus parandam curavit. Is enim codicem quem Venetiis a. 1545 nactus est (vid. supra p. XIX) civi suo Conrado Gesnero tradidit, qui eum summa diligentia Tiguri a. 1546 typis vulgavit una cum scriptis antea memoratis et (p. 276) epistola Frisii dedicatoria ad Hieronymum Frick Bernatem. In margine editionis praebentur non lectiones tantum codicis Frisiani marginales, notulâ „*al.*" vel obelisco vel stellulâ insignitae, sed etiam Conradi Gesneri, illius polyhistoris, coniecturae et emendationes, voculis „*forte*" et „*lego*" aliisve huiuscemodi indicatae. Oratio divisa est in 64 paragraphos („portiones"). Animadversiones dedit Henricus Stephanus in calce huius libri: Iustini Phil. et Mart. Epistola ad Diognetum et Oratio ad Graecos, nunc primum luce et latinitate donatae; Tatiani, discipuli Iustini, quaedam. Par. 1592. 4°. p. 107 — 111.

Iterum Tatiani Oratio prodiit in hac collectione a IOANNE HEROLDO parata: „Orthodoxographa theologiae sacrosancta ac syncerioris fidei Doctores numero LXXVI“ etc. Basileae (per Henricum Petri) a. 1555. Fol. p. 189 — 220. — Textus graecus una cum notis marginalibus (tantum non omnibus) ex editione Tigurina (omissis paragraphorum numeris) repetitus est; in perpaucis ab ea aberrat. Accedit versio Gesneriana. Auctor editionis Oxoniensis (in Praef. ad lectorem) et Nourrius (l. c. p. 530) Orationem „haud semel“ inter Orthodoxographa prodiisse scribunt. Sed nulla post annum 1555 Orthodoxographorum editio habetur, in qua illa seu graece seu latine exstet.

Eamdem Tatiani Orationem in calce Operum Iustini Phil. et Mart., una cum Athenagorae, Theophili, Hermiae scriptis, edidit FEDERICUS MORELLUS Parisiis anno 1615 et, aliquot locis emendatis, denuo 1636. Fol. Append. p. 141 — 174. — Textum editionis Tigurinae absque notis exhibuit, ita tamen, ut coniecturas et emendationes Gesneri marginales in eum tacite admitteret. Praeterea versionem eiusdem Gesneri adiecit. Equidem altero Morelli exemplari usus sum. Quod quidem ex asse expressit editio quae COLONIAE seu potius Vitebergae anno 1686 lucem vidit, aucta Christiani Kortholti commentario, Kilonii antea a. 1675 Fol. publici iuris facto. Vide quae de his editionibus in Opp. Iustin. Tom. I (= Corp. Apologg. Vol. I) Prolegg. p. XXV sq. dixi.

Ex editione Tigurina FRONTO DUCAEUS (Le Duc) Tatiani Orationem cum versione latina inseruit

(quartae) Parisiensis Patrum Bibliothecae (a. 1624) auctario graeco-latino, h. e. „Bibliothecae veterum Patrum seu scriptorum ecclesiasticorum“ Tomo primo, Parisiis (per Sonnios fratres et Hieronymum Drovardum) M.DC.XXIV, cum privilegio Regis, Fol. p. 160 — 187. Cf. Thom. Ittig De Bibliothecis et Catenis Patrum (Lips. 1707) p. 92. — In eo tantum ab exemplari Tigurino abiit, quod emendationes coniecturasque Gesneri supra memoratas et interdum lectiones codicis Par. 1 cum silentio textui Orationis inseruerit. Ad calcem Tomi (p. 42 — 44) suas in Tatianum notas coniecit: quibus aut vitiosos aliquot locos ex Eusebio ac potissimum ex Par. 1 („ms. reg.“) correxit, aut nonnulla illustravit quae de quibusdam gentilibus viris et mulieribus scriptor memoravit.

Editionibus Iustini Phil. et Mart. ineunte saeculo decimo octavo Oxoniae prelo commissis (cf. Opp. Iustin. l. c. p. XXVI sq.) haecce conformis est: „*Τατιανοῦ πρὸς Ἕλληνας. Ἑρμίου διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων. Ἐκ θεάτρου ἐν Ὀξονίᾳ, ἔτει θεογονίας ,αψ'.* Alter titulus: „Tatiani Oratio ad Graecos. Hermiae Irrisio gentilium philosophorum. Ex vetustis exemplaribus recensuit, adnotationibusque integris Conradi Gesneri, Frontonis Ducaei, Christiani Kortholti, Thomae Galei, selectisque Henrici Stephani, Meursii, Bocharti, Cotelerii, utriusque Vossii, aliorum, suas qualescunque adiecit Wilhelmus Worth, A. M. Oxoniae, e theatro Sheldoniano, An. Dom. MDCC. Impensis Ioannis Oweni.“ 8°. — Editor eruditissimus, archidiaconus Vigorniensis, in dedicatoria ad episcopum suum epistola pronuntiat inter alia: „Cum omnes

atheismi machinas in hoc conversas viderem ut, impetitâ publice religione nostrâ omnique adeo divinitus revelatâ, sub specie *naturalis religionis* excolendae paganismo via sterneretur, incidebam forte in hanc Tatiani Orationem *πρὸς Ἕλληνας*. Avide autem perlectam ipsam ac penitius paulo introspectam cum pluribus de causis mirifice probarem, tum eo praesertim nomine quod luculentissime demonstret *religionem* hanc omnem *naturalem*, quam dicimus, misellum quiddam esse, parumque admodum valere ad excolendum animum moresque informandos, nisi insuper legis christianae nostrae lumen accesserit. Tum vero ad hanc Orationem accuratius paulo adhuc examinandam me accinxi" etc. *). In Praefatione ad lectorem dicit se ex editionibus superioribus Tigurinae summam habuisse rationem, „utpote in multis longe purioris et emaculatioris posterioribus, quae a textu Tigurino pro editorum arbitrio saepiuscule recessere"; quum tamen editionem (Morelli) Parisiensem maxime ac propemodum solam studiosorum manibus tritam videret, omnino consultum duxit ipsius in sua editione vestigiis insistere **). Quamquam in plurimis locis lectionem genuinam restituit, raro quidem in ipso textûs corpore, frequentius autem in notis textui subiectis. Nactus enim est codicum manu exaratorum omnino trium lectiones va-

*) Daniel l. c. p. 83: „Wollte man in unsern Tagen von ähnlichem Gesichtspunkte aus eine neue Ausgabe des Apologeten motiviren, so dürfte man darauf hinweisen, wie Tatian, ein völlig historisch gebildeter, mit skeptischem Misstrauen positive Thatsachen durchforschender Mann, an der historischen Grundlage des Christenthums, die er einer genauen Prüfung unterwarf, keinen Anstoss nahm."

**) Usus est prima Morelli editione (a. 1615).

riantes. „Duos suppeditavit Bibliotheca Regia Parisiensis: unum membranaceum, ante annos quod creditur sexcentos exaratum [= Par. 1], chartaceum alterum, seculo superiore sub Henrico II Galliarum Rege [?] scriptum“ [= Par. 2]. Horum collationes Michael Lequien Io. Millio transmiserat: qui editori tradidit. Tertium codicem, in Bibliotheca Collegii Aetonensis asservatum, ipse contulit. Orationem, iuxta editionem principem in paragraphos 64 distribuit, Gesneri versionem („paucis hinc inde, quod necesse erat, mutatam“) exhibuit, integras eiusdem pariter atque Ducaei adnotationes repetiit, multa insuper quae a viris doctis in Tatianum reperit adnotata suis locis disposuit. His omnibus adiecit Tatiani sententiam de filii τῷ συναϊδίῳ a Bullo in Defensione fidei nicaenae explicatam (p. 143 — 151), Kortholti adnotationes (p. 152 — 155), Pearsonii coniecturas ad oram libri sui notatas (p. 155), Frisii et Gesneri epistolas dedicatorias (p. 157 sq.), Nourrii dissertationem (p. 159 — 209), Cavei in Historia literaria de Hermia iudicium (p. 210 — 212), Hermiae Gentilium philosophorum irrisionem gr. et lat. (p. 213 — 229), indices rerum et auctorum (p. 230 — 252), denique [abbatis Ludovici du Four de Longuerue] dissertationem in Tatianum beneficio P. Halloixii acceptam, „nunc primum editam“ (p. I — XXVII) et postea a Ioanne Vogt in Bibliotheca historiae haeresiologicae Tom. I. Fasc. 2. (Hamb. 1723) p. 201 sqq. recusam. — Cf. Acta eruditorum anno 1701 publicata (Lips.) p. 268 sqq., Bernardi Nouvelles de la republ. des lettres, mois de Sept. 1701 (Amstel.) p. 317 sqq.,

Tentzelii Curieuse Bibliothec, Tom. I (1704) p. 226 sqq..

Novo posthac vestitu prodierunt opera Apologetarum graecorum curà PRUDENTII MARANI Parisiis (Hagae Comitum) anno 1742. Fol. mai.. De hac editione in Opp. Iustin. l. c. p. XXX sq. pluribus egi. — Oratio Tatiani p. 243 — 276 legitur, in capita 42 bene distributa. Doctus ille presbyter et monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri nova codicum auxilia non comparavit: attamen textum passim sanavit, locos obscuriores interdum luce donavit, versionem Gesnerianam sic emendavit ut nova possit videri. Interdum cum Morello, cuius editionem typothetae tradidit, in vitiis graeci textus concordat. In Praefationis Parte III exponit p. XCVII sqq. de Tatiani studiis literarum et conversione (c. 10), de haeresi in quam lapsus est et de secta Encratitarum ab eo conflata (c. 11), de eius scriptis (c. 12). — Marani exemplar paginis paullulum immutatis recusum est Venetiis anno 1747 Fol. mai.. Oratio Tatiani p. 256 — 293 praebetur.

Ad hoc Venetum Marani exemplar Orationem eamdem graece et latine edidit ANDREAS GALLANDI: Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque Scriptorum ecclesiasticorum. Tom. I (Venet. 1765. Fol. mai.) p. 636 — 670. Doctus ille Congregationis Oratorii presbyter perpaucas adnotationes Maranianis addidit. Prolegomena de Tatiano p. XCVIII sqq. praemisit. Ad textum graecum quod attinet, ea accurate notavi quae recedunt ab editione Marani; consulto Gallandius mutavit nuspiam, sed interdum Veneto exem-

plari isto, quippe mendoso, in errores inductus est. — Absque notis secundum idem exemplar oratio graece et latine inserta est Opp. Patrum graecorum [cura Fr. Oberthür] Vol. III (Wirceb. 1779. 8°) p. 24 — 103.

IV. De codicibus in alias linguas versis.

Eodem anno, quo editio princeps graece vulgata est, latina Tatiani translatio auctore Conrado Gesnero prodiit. Index idem est quem supra (p. XXI) memoravi: „Hoc volumine continentur: Sententiarum sive capitum" etc. „Christophorus Froschoverus excudebat Tiguri, Anno M.D.XLVI." Fol. Cf. Ittig. l. c. p. 26 sq.. — Haec versio Gesneriana Georgio Laeto, „Augustae Vindelicorum archigrammateo perfectissimo" dicata et prolixis adnotationibus ornata est. Mendis minime vacat, ut ipse auctor in praefatione concedit: „Ubi rudis interpretatio occurret ignoscas; non enim licuit mihi variis negotiis intricatissimo, non dico ut vellem sed neque ut possem, stilum accuratius expolire." Tentzelius in Miscellann. ecclesiast. (Lips. 1708. 4°) P. I. p. 218 eam Conrado Clausero tribuit: quem quidem errorem iam Ittigius in Historiae eccles. sec. saec. selectt. capp. p. 16 refutavit. — Haec versio repetita est in editionibus Tatiani Heroldiana, Morellianis, Ducaeana, Worthiana, quas supra recensui. Etiam inserta est Bibliothecae SS. Patrum, a Margarino de la Bigne adornatae, edit. 1. Tom. VIII (Par. 1575. Fol.) p. 47 sqq., ed. 2. Tom. IV (1589) p. 1246 sqq., ed. 3. Auctar. (1610),

Magnae Bibliothecae veterum Patrum (Colon. 1618. Fol.) Tom. II. nr. 5, Maximae Bibliothecae veterum Patrum (Lugd. 1677. Fol.) Tom. II. P. 2. p. 194 sqq., partim Francisci Rous Mellae Patrum etc. (Lond. 1650. 8) p. 66 sqq..

Novam fere translationem exhibuit PRUDENTIUS MARANUS in sua Tatiani editione (cf. supra p. XXVII), unde repetierunt non tantum Gallandius et Oberthürius, sed etiam Caillau et Guillon in Collectione selecta SS. ecclesiae Patrum etc. Tom. II (Par. et Lips. 1829. 8) p. 5 — 42.

Praeterea translatio Orationis italica et germanica invenitur:

Orazione di Taziano ai Greci, e frammento del dialogo di Bardesane sul destino. Recate dal gr. in ital., c. prefaz. e note, da GIOVANNI BATTISTA GALLICCIOLI. In Venezia 1800. 8.

Sämmtliche Werke der Kirchen-Väter; aus dem Urtexte in das Teutsche übersetzt. Kempten, Köselsche Buchhandlung. 1830. 8. Tom. II. p. 139 — 192: „Tatian's Rede an die Heiden."

Excerpta offerunt: germanice CHR. FR. RÖSSLER in Biblioth. Patrum eccles. Tom. I. p. 255 — 261; gallice MAR. NIC. SYLV. GUILLON in Biblioth. select. Patrum eccles. Tom. I. p. 327 — 335.

V. De Tatianea dictione.

Constat christianos apologetas saeculi secundi, Athenagora excepto, in scriptis suis plerumque incomto dicendi genere usos esse, id quod ipsi ingenue sunt

professi. Putaverunt enim christianam causam per semet ipsam ita viribus pollere ut ornatu orationis ad eam defendendam haud esset opus; insuper comtam dictionem dissuasit summa scriptorum sacrorum simplicitas: quae quidem inter alia effecit ut Tatianus nomen Christo daret. C. 29: *Καί μοι πεισθῆναι ταύταις* (h. e. *γραφαῖς βαρβαρικαῖς*) *συνέβη διά τε τῶν λέξεων τὸ ἄτυφον καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον.*

Ipsum audiamus Tatianum: in dicendo quis quondam fuerit, arte rhetorica institutus, et qualis postea optaverit esse, christiana disciplina imbutus *). Gentilium enim dictionem c. 1 perstrinxit sic: *Τὸ πάντων ἀτοπώτατον, τὰς μὴ συγγενεῖς ὑμῶν ἑρμηνείας τετιμήκατε, βαρβαρικαῖς τε φωναῖς ἔσθ' ὅτε καταχρώμενοι συμφύρτην ὑμῶν πεποιήκατε τὴν διάλεκτον. Τούτου χάριν ἀπεταξάμεθα τῇ παρ' ὑμῖν σοφίᾳ* (h. e. *ῥητορικῇ*), *κἂν εἰ πάνυ σεμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ. Κατὰ γὰρ τὸν κωμικὸν*

Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα
Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.

Apte adiiciuntur verba c. 26: *Παύσασθε λόγους ἀλλοτρίους θριαμβεύοντες καὶ ὥσπερ ὁ κολοιὸς οὐκ ἰδίοις ἐπικοσμούμενοι πτεροῖς. Ἑκάστη πόλις ἐὰν ἀφέληται τὴν ἰδίαν αὐτῆς ἀφ' ὑμῶν λέξιν, ἐξαδυνατήσουσιν ὑμῖν τὰ σοφίσματα.* Patet igitur eum primo rhetoribus favisse qui, velut graculus Aesopi, splendidis pennis undique collectis orationem effecerunt pictam ac tumidam, et magnam in sophistico illo genere gloriam consecutum

*) Ism H. A. Danielis „Commentationis de Tatiano Apologeta Specimen“ (Hal. 1835. 8) p. 16 sqq. expositionem praebet. Equidem vero interdum ab hoc specimine recessi: nempe iustis de causis quaedam omisi vel emendavi, alia adieci.

esse. Neque ignarus fuit Atticorum sermonis *), quod quidem ex loco c. 26 intelligitur: *Τί γάρ, ἄνθρωπε, τῶν γραμμάτων ἐξαρτύεις τὸν πόλεμον; Τί δὲ ὡς ἐν πυγμῇ συγκρούεις τὰς ἐκφωνήσεις αὐτῶν διὰ τῶν Ἀθηναίων ψελλισμῶν, δέον σε λαλεῖν φυσικώτερον; Εἰ γὰρ ἀττικίζεις οὐκ ὢν Ἀθηναῖος, λέγε μοι τοῦ μὴ δωρίζειν τὴν αἰτίαν. Πῶς τὸ μὲν εἶναί σοι δοκεῖ βαρβαρικώτερον, τὸ δὲ πρὸς τὴν ὁμιλίαν ἱλαρώτερον;* Tandem, simulac Christo nomen dedisset, has de candore et splendore sermonis sollicitudines negligere coepit. C. 27: *Τί δ' ἂν ὠφελήσειε λέξις Ἀττικὴ καὶ φιλοσόφων σωρεία καὶ συλλογισμῶν πιθανότητες;... Τὸ γὰρ περὶ τοιαύτην ἀσχολεῖσθαι ζήτησιν νομοθετοῦντός ἐστιν ἔργον ἑαυτῷ τὰ δόγματα.* C. 35: *Χαίρειν εἰπὼν καὶ τῇ Ῥωμαίων μεγαλαυχίᾳ καὶ τῇ Ἀθηναίων ψυχρολογίᾳ* **). Et ipsam orationem prorsus alio dicendi genere composuisse fatetur c. 12: *Ταῦτα δὲ ἡμῶν λεγόντων οὐκ ἀπὸ γλώττης οὐδὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἐννοιῶν, συντάξεως τε σοφιστικῆς, θειοτέρας δέ τινος ἐκφωνήσεως λόγοις καταχρωμένων*: eam dicit qua scripturae sacrae *ἄτυφον* et *ἀνεπιτήδευτον* (c. 29) imitando assequeretur ***).

---

*) Inde, saltem quod attinet ad etymologicam grammaticae partem, atticum servat colorem. Duae dumtaxat comparent formationes ab Atticistis reiectae: *ὦνατο* c. 8 pro *ὤνητο* (Phrynich. ed. Lobeck. p. 12: *ὠνάμην, ὤνασο, ὤνατο· πάντα ἀδόκιμα*) et *ἐδεδίεσαν* c. 34 pro *ἐδέδιεσαν* (Phrynich. p. 180: *λέγε τετρασυλλάβως ἄνευ τοῦ ε*).

**) C. 26: *Ἀρχὴ τῆς φλυαρίας ὑμῖν γεγόνασιν οἱ γραμματικοί.* C. 27: *Τὰ δὲ τῶν ὑμετέρων λόγων ἐπιτηδεύματα κατὰ τὸν ἀμετροεπῆ Θερσίτην γίνεται.*

***) Daniel *Tatianus d. Apol.* p. 73: „Wenn man bedenkt, wie innig eine gewohnte und liebe Schreibweise mit unserm ganzen geistigen Sein verwächst, so lässt sich vermuthen Tatian habe nicht sogleich und auf ein Mal sich seines rhetorischen Stiles entäussern können, er müsse noch oft aus der erwählten Einfachheit in seine frühere Schreibweise gerathen sein. Wirklich bietet die merkwürdige Diction der Apologie

Hoc sane extra omnem dubitationem positum est Tatianum, tametsi satis idoneis argumentis summoque ingenii acumine adversarios oppugnasse facile concedamus, tamen non omni quae par est in oratione literis mandanda usum esse diligentiâ neque omnia limâ prosecutum. Etenim turbat lectorem ordo rerum saepe neglectus et confusa descriptionis ratio; parem affert molestiam quod auctor passim sententias multas breviusculas coacervaverit et arte quadam neque disposuerit neque ornaverit; accedunt transitiones plane singulares et audaces, quibus ad alia non tam transire quam transilire videtur, ita ut oratio oriatur amputata et abscissa *). Exempla habes c. 12 sq.: *Χρήσασθε τοῖς δόγμασιν ἡμῶν, κἂν* etc.. *Καὶ τὰ μὲν προειρημένα*

---

von diesem Schwanken ein getreues Bild, das Bild eines Mannes der mit einer gewissen saloppen Schreibweise kokettirt, der ein Bettlerkleid über ein reich gesticktes Gewand geworfen und nicht verhindern kann dass zwischen den Fetzen der Schimmer hindurchbricht."

*) Sententiarum ordinem in universum servavit, ut „Argumentum Orationis" infra exhibitum ostendit, quamvis interdum a proposito aberret neque transitus commodos faciat. — Daniel l. c. p. 61: „Was Inhalt und Anordnung der Apologie angeht, so ist Tatian vielfach völlige Planlosigkeit und ungeschickte Vertheilung des Stoffes zum Vorwurf gemacht. Allerdings lässt sich nicht verkennen dass unser Schriftsteller sich häufig durch Zwischengedanken von seinem Hauptgegenstande auf längere Zeit ablenken lasse und es ihm namentlich an passenden, allmählich überleitenden Uebergängen zu mangeln scheint; mehr lässt sich aber nicht zugeben und darthun. Nur wenn man an sein Werk einen logischen Massstab anlegen wollte, der den Werken der antiken Literatur im Allgemeinen nicht zusagt, wird man sich zu jenem harten Urtheil hingezogen fühlen." Möhler *Patrologie oder christl. Literärgesch.*, ed. Reithmayr, Tom. I (Ratisb. 1840) p. 261: „Seine Apologie ist sehr beredt, mit grossem Witz und vieler Gelehrsamkeit geschrieben. Es fehlt nicht an einzelnen sehr treffenden Bemerkungen, aber wohl lässt sich oft die ruhige Entwicklung der angefangenen Gedankenreihen vermissen." Cf. Schoell *Geschichte d. griech. Litteratur* Tom. II (Ber. 1830) p. 678.

παραφύρων δαιμόνων ἐστὶν ἀντισοφιστεύματα, τὰ δὲ τῆς ἡμετέρας παιδείας ἐστὶν ἀνωτέρω τῆς κοσμικῆς καταλήψεως. Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄ. Ἔ., ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτήν, ἀνητὴ δέ. C. 25 sq.: Κρόνος τοὺς υἱοὺς ἀναλίσκει, καὶ ὁ Ζεὺς τὴν Μῆτιν καταπίνει. Παύσασθε λόγους ἀλλοτρίους θριαμβεύοντες καὶ ὥσπερ ὁ κολοιὸς οὐκ ἰδίοις ἐπικοσμούμενοι πτεροῖς. Eadem in scribendo negligentia factum est ut multae sententiae laborent obscuritate sensuque admodum involuto excrucient interpretes; nam alia cursim et breviter attingit ipsoque brevitatis studio fit obscurus, alias de fidei dogmatis disputationes raro illustravit lumine, nec satis explicuit quae per se difficilia sunt intellectu. Quocirca non sine iusta causa alterius Heracliti instar obscuritatis famam apud viros doctos sibi contraxit. Nihilominus, quamquam Tatiani Orationem non elegantissime scriptam esse lubenter concesserimus, si non plurima at singula certe nitent, nec desunt loci qui eum in rhetorum umbraculis versatum esse prodant. C. 11: Βασιλεύειν οὐ θέλω, πλουτεῖν οὐ βούλομαι etc.. C. 19: Τί γάρ ἐστι μαντική etc.. C. 22 ubi in histrionem quemdam cavillatio est: Εἶδόν τινα παλλάκις etc.. C. 23 ubi pugiles et gladiatores describuntur: Εἶδον ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς σωμασκίας βεβαρημένους etc.. Lepide et facete Gentilium errores castigat. C. 10: Καλὸς ἦν ὁ κύκνος, ὅτι μοιχὸς ἦν etc.. C. 21: Διὰ τί γὰρ οὐ κύει νῦν ἡ Ἥρα; Πότερον γεγήρακεν —; At multa praeterea ex sophistarum more nove et velut paradoxa protulit, tamquam pristini sermonis, quem prorsus expellere non potuit, reliquias. C. 3: Διόπερ μὴ παρασυρέτωσαν ὑμᾶς αἱ τῶν φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων πανηγύρεις. C. 6: κἂν ἐν ποταμοῖς, κἂν ἐν θαλάτταις ἐκδαπανηθῶ. C. 19: Κρίσκης οὖν, ὁ ἐννεοτεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει.

C. 34: ἐκύησε τριάκοντα παῖδας... ἀκρασίας τὰ ἀκροθίνια. C. 22 vocat histrionem quemdam δεισιδαιμονίας ἐπιτομήν et θησαυρὸν μανίας. Item neminem fugit verborum rariorum eum praebere farraginem, sophistarum ingenio plane congruam *). Memoranda inprimis videntur haec, de quibus Stephani Thesaurum graecae linguae ex editione Car. Bened. Hase adeas: αἱματεκχυσία, ἀρρητουργός, γραολογία, δοξομανία, ἐνάμαρτος, ἐπικύσμημα, ἐπίμοχθος, ζώωσις, θνητύτης **), κοροκόσμιον, λαρυγγιάω, μονομερής, παριστάω, πωγωνοτροφέω, ῥιναυλέω ***), σχηματουργία ****), σωμασκία, ψυχρολογία, ὠμοβορία. Singula Tatiano sunt propria: ἀβδηρολόγος c. 17, γλωττομανία c. 3, ἔντυφος c. 3, θεατροκοπέω c. 19, καταβοθρόω c. 34, κορακόφωνος c. 15, ληστοτροφέω c. 23, ῥητολογία c. 40, στιχοποιός c. 24. Omnia vero in citerioribus graeci sermonis saeculis nata sunt, quae, quum subtilitas in sententiarum structura et particularum usu paullatim evanesceret, magna in verbis prodendis et componendis utebantur audacia: quo invento id assequi studuerunt ut sententiam verba consequerentur. Inde in multis huius aetatis vocabulis portentosum quid et quasi libidinosum licet conspicere. Neque ab hoc aevo absonum est poetarum verba admiscere sermoni pedestri, quamquam iam antea huius

*) Cf. Pearson. praefat. ad Moerid. p. XXI sqq..

**) Multa de substantivis in σις desinentibus docuit Lobeck. ad Phrynich. p. 350.

***) C. 22: ῥιναυλοῦσι τὰ αἰσχρά. Clemens, Tatianum imitatus, spreta ista novata voce scripsit: διὰ ῥινῶν ἐκψοφοῦντες.

****) Exstat c. 9. Occurrit haec vox praeter h. l. apud Epiphan. adv. haeres. p. 460. ed. Petav.; σχηματογραφία autem astrologis vox est propria de figuratione siderum, ut probat C. B. Hase ad Leon. Diac. Histor. VIII. c. 8. p. 478 sq..

consuetudinis exstant vestigia. In Tatiano conferas: *ἀερόφοιτος*, *ἀθύρειν*, *ἀμετροεπής*, *διαπρύσιος*, *μαρμαρύττειν*, *ὁμάγυρις*, *ὑμφυρτος*, *τεθηπέναι*, *τερπωλή*. Alia, quae de eius dictione in medium proferri poterant, omnino omnibus qui sequiori graeci sermonis aevo scripsere sunt communia. Monere tamen volumus substantivum neutrale supra modum ab eo frequentatum esse: *τὸ ἀδύνατον* c. 20, *τὸ ἀθάνατον* cc. 7. 14. 15, *τὸ αἴτιον* c. 12, *τὸ ἀλαζονικόν* c. 3, *τὸ ἀληθές* c. 5, *τὸ ἀμετροεπές* c. 27, *τὸ ἄναρχον* c. 5, *τὸ ἀνεπιτήδευτον* c. 29, *τὸ ἀόρατον* c. 4, *τὸ ἄτονον* c. 32, *τὸ ἄτυφον* c. 29, *τὸ αὐτεξούσιον* cc. 1. 7. 11. 15, *τὸ διαπεπηγός* c. 20, *τὸ ἔκπυρον* c. 20, *τὸ ἐξαίσιον* c. 29, *τὸ ἐρρωμένον* c. 32, *τὸ εὔδαιμον* c. 2, *τὸ εὐκατάληπτον* c. 29, *τὸ λυπηρόν* c. 14, *τὸ μοναρχικόν* c. 29, *τὸ νωθές* c. 32, *τὸ προγνωστικόν* c. 29, *τὸ πρωτόγονον* c. 7, *τὸ ψυχρόν* c. 20.

VI. Argumentum Orationis *).

Tatianus in exordio Orationis suae, paullo post Iustini Martyris mortem in urbe Roma compositae, Graecos exagitat quod de praeclaris artibus et disciplinis tantopere glorientur: quum tamen eas non invenerint sed a barbaris mutuati sint, atque adeo iis perverse abutantur. Institutam enim esse rhetoricam ad iniustitiam, poeti-

*) Analysin etiam dederunt Nic. le Nourry l. c. p. 521 sqq. (coll. Worthi edit. Tat. p. 161 seqq.), Prud. Maran l. c. p. 241 sq. (unde Lumper Histor. theol.-crit. de vita, scriptis atque doctrina SS. Patrum etc. P. II, Aug. Vind. 1784, p. 339 sqq. et Permaneder Biblioth. patrist. Tom. II, Landish. 1842, p. 166 sqq. repetierunt), Remy Ceillier Histoire générale des auteurs sacrés et ecclés. Tom. II, Par. 1730. 4°, p. 126 sqq., Herm. Ad. Daniel l. c. p. 62 sqq., I. A. Möhler l. c. p. 257 sqq..

cam ad morum corruptelam (c. 1); ipsos etiam philosophorum principes suis quemque erroribus et vitiis insignes esse (cc. 2. 3). Immerito igitur Christianos odio haberi, quod eiusmodi instituta spernant, quippe verum deum cognoscentes et colentes (c. 4).

Iam in priori parte dogmata christianae religionis interiora apertius exponit, ut praestantiam eius demonstret: itaque pluribus edisserit quid de deo et logo, quid de mundi creatione et corporum resurrectione, quid de hominis lapsu et de lapsus reparandi modo Christiani doceant. Tandem comparat haec instituta cum institutis gentilibus.

Deus primum quidem solus fuit, ita tamen, ut ab aeterno inde λογικὴν δύναμιν secum haberet: ex qua postea λόγος prodiit ut mundum crearet (c. 5). — Haec autem de creatione doctrina confirmat fidem resurrectionis aliquando, post finem mundi, futurae iudicii causa. Ridetur haec doctrina; sed parvi pendunt Christiani, qui, quemadmodum creati sunt quum antea non essent, sic quamvis moriantur revicturos se aliquando confidunt, deo particulas corporum ex elementis colligente (c. 6). — Ut vero studia immortalitatis consequendae commoveantur, disserit scriptor quomodo homo et lapsus sit et ruinas possit sarcire. Ratiocinatio fere haec est. Logos coelestis creavit hominem, ita quidem, ut divini spiritus particeps ideoque immortalis esset; ante eum creavit angelos. Utrique libero arbitrio ornati sunt, ut pro meritis possent remunerari. Postquam autem homo primogenitum angelum secutus a lege divina discessit, mortalis factus est deserente eum spiritu divino. Primogenitus autem

ille angelus effectus est daemon; eiusque sectatores evaserunt daemones (c. 7). His peccati occasio homines fuerunt. Hominibus enim positiones siderum monstrarunt et sic fatum introduxerunt, cuius ipsi moderatores sub deorum nominibus feruntur (cc. 8. 9); deorum transformationes et hominum animaliumque improborum inter sidera consecrationes induxerunt (c. 10). Absurda est ista de fato sententia. Minime fato homines peccarunt sed libere: ab ipsis productum est malum, non a deo; qui vero produxerunt repudiare possunt (c. 11). Quemodo autem id assequantur sic exponit. Duo sunt spirituum genera: anima et spiritus divinus (c. 12). Nequit anima immortalis fieri nisi spiritui coniungatur. Per se enim immortalis non est, sed post mortem simul cum corpore perit et cum eodem resurgit in fine mundi, ita quidem, ut pia anima deinceps beate vivat et impia aeterno cruciatui tradatur. Itaque si degat solitaria, deorsum ad materiam vergit, una cum corpore moriens; cum spiritu autem copulata non caret auxilio, verum eo adscendit quo deducitur ab illo (c. 13). Multo satius est spiritum ducem sequi quam daemones, qui, etsi nunc non moriantur ut homines, tempore tamen iudicii pari supplicio afficientur atque ipsorum sectatores (c. 14). Danda ergo opera ut animam cum spiritu coniungamus. Nequaquam, ut daemones, spe veniae caremus; sed victi rursus vincere possumus (c. 15). Si vero vincere volumus, cavendum est ne nobis illudant daemones, dum potentiam suam ostentant: vel mali aliquid infligendo, quod quidem potestate spiritûs coelestis repellemus (c. 16), vel sanitatem per occultas

dissensiones et per mortuorum reliquias promittendo (c. 17), vel rebus permissis alias vetitas adiungendo; non enim sanant sed hominibus illudunt (c. 18). Pravae cupiditates, quae in ipsis philosophis dominantur, fidem conciliant opinatis daemonum curationibus et praedictionibus (c. 19). Etiamsi materiâ adhibitâ curemur, gratiae eapropter deo agendae sunt, ac danda opera ut spretâ materiâ illas spiritûs alas recuperemus, quibus amissis angeli e coelo detrusi et homines e paradiso eiecti sunt (c. 20).

Comparat scriptor cum institutis christianis nugas Gentilium. Ac Christianos, dum deum dicunt in forma hominis natum, minime desipere declarat, sed ipsos Graecos, dum eiusmodi deos colunt qui aut mortales sunt et improbi, aut, si ad physiologiam trahantur, ad nihilum decidunt (c. 21). Tum argute exagitat mimos (c. 22), athletas, gladiatores (c. 23), alia spectacula (c. 24). Neque sales eius effugiunt philosophi, quorum habitum, iactantiam, dissensiones acutis naribus suspendit. Quaerit cur discordes concordibus Christianis ac multo praestantiora docentibus bellum indicant, et cur Thyesteae coenae Christianis affingantur, quum eiusmodi facinora deorum exemplis comprobata sint (c. 25). Ridet etiam inanem Graecorum in quaestionibus inutilibus laborem et absurda grammaticae studia (c. 26). Quo tenaciores eiusmodi institutionum Graeci, eo magis vituperandi, dum multo praestantiora crimini vertunt Christianis. His vero mors frustra intentatur, ut suam religionem mentiantur aut nugas Graecorum probent (c. 27). Ne ipsae quidem Graecorum leges probandae, quae mirum in

modum variae sunt, quum eaedem deberent ubique esse (c. 28). Addit se, quum haec perspexisset ac forte in sacros Christianorum (V. T.) libros incidisset, omnibus veritatis notis quibus hi libri signati sunt captum christianae religioni nomen dedisse (c. 29), quae sit thesaurus plane inaestimabilis (c. 30).

Tum in altera parte demonstrat antiquitatem religionis christianae; philosophiam enim Christianorum longe antiquiorem esse Graecorum institutis. Id autem Homeri et Mosis, qui magno plane consensu antiquissimi omnium scriptorum habebantur, instituta comparatione probat.

De Homeri, inquit, aetate variae sunt opiniones; argumento est haec dissensio historias Graecorum recto talo non stare (c. 31). Apud Christianos vero ut nullum gloriae aucupium ita nulla dissensio: ab eorum doctrina nulla aetas aut conditio excluditur (c. 32). Gentiles rident mulierculas et virgines christianae disciplinae addictas; sed prorsus immerito, quum ipsi meretricium discipuli sint et meretricibus (c. 33) improbisque hominibus statuas posuerint (c. 34). Et ne quis haec falsa esse obliciat, ipse has omnes statuas Romae suismet oculis se vidisse testatur (c. 35). Redit ad Mosen et Homerum, atque illum longe antiquiorem esse ostendit ex scriptoribus chaldaeis (c. 36) et phoenicibus, qui de Mose loquuntur (c. 37), et ex aegyptiis, qui eum tempore Inachi vixisse testantur (c. 38), hoc est annis ante bellum troianum quadringentis, ut patet ex serie regum Argivorum (c. 39). Ergo credendum est potius Mosi quam Graecis (c. 40). Immo scriptores Homero vetustiores superat Moses,

atque iis qui sapientes existimati sunt multo est antiquior (c. 41).

In conclusione (c. 42) declarat se in Assyria natum, primum institutis Graecorum imbutum, deinde rem christianam professum esse, cui se ita dicit adhaerescere ut eam abnegare nefas esse iudicet.

TATIANI ASSYRII

ORATIO AD GRAECOS.

APPENDIX: TATIANI FRAGMENTA.

[1] ΤΑΤΙΑΝΟΥ ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ.

1. Μὴ [2] πάνυ φιλέχθρως διατίθεσθε πρὸς τοὺς βαρβάρους, ὦ P. 141 §. 1
ἄνδρες Ἕλληνες, μηδὲ φθονήσητε τοῖς τούτων δόγμασι. [3] Ποῖον

1. ΤΑΤΙΑΝΟΥ ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ] Haec est inscriptio in antiquissimo Parisino primo. Caeteri codices inferiori aetate scripti (Aet., Par. 2, Fris.) addunt: ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται ἑλληνικόν, ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εὕρησιν ἐσχηκός. *Quod nullum ex institutis quibus Graeci gloriantur graecum est, sed a barbaris inventum.* Vid. Prolegomena. Eadem verba editores quoque titulo adiunxerunt; solus Maranus expunxit: „non enim argumentum huius Orationis comprehendunt, ac instar scholii habentur [ad marg. exordii] in Regio [= Parisino] primo." Cum praestantissimo hoc codice Clemens Alex. Strom. I. c. 21. §. 101 et Eusebius Hist. eccl. IV. c. 16 (coll. IV. c. 29) consentiunt. Ab Origene c. Cels. I. c. 16 ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος laudatur. — Hieronymus in Catalogo scriptt. eccl. c. 29 reddidit „*contra Gentes.*" Itidem, ut duos tantum nostrae aetatis viros afferam, Baumgarten-Crusius (*Lehrb. d. chr. Dogmengesch.* P. I. p. 148) et Neander (*Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. Kirche* ed. 2. P. II. p. 1160): „*Rede an die Heiden.*" Voce quidem Ἑλλήνων, latiori sensu (non de regione sed de religione) usurpata, alieni a vero unius dei cultu sive Gentiles designantur (cf. Suicer. s. v. Ἕλλην): quos omnes Oratio Tatiani respicit. Ita Hellenes Christianis opponuntur, humana sapientia divinae. C. 29: *Sacri Christianorum libri θειότεροι ὡς πρὸς τὴν Ἑλλήνων πλάνην.* Cf. Daniel *Tatianus d. Apologet* p. 59. Equidem malui „ad (Maran. „adversus") Graecos" transferre, quum barbari aperte opponantur. Βάρβαροι enim, ut ad Iustini Apol. I. c. 5. n. 10 iam observavi, vocantur qui non sunt natione Graeci (c. 21), ne Romanis quidem exceptis; qui quum graecas literas recepissent, de barbarorum (incultorum) numero se exemerunt. C. 30: Πρὸς δὲ ὑμᾶς τοὺς Ἕλληνας... μηδὲ εἰ βάρβαροι (*exteri*) λέγοιντο etc.. Similiter c. 1 βαρβαρικαὶ φωναὶ memorantur. C. 28: ὑπὸ βαρβάρων... ὑπὸ Ῥωμαίων. Cf. Gibbon *Gesch. d. Verf. u. Unterg. d. röm. Reichs*, übers. von Schreiter, P. XIV. p. 405 sq. et Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. I (Stuttg. 1839) p. 1059 sq.. Itaque sub illo nomine intelliguntur

TATIANI ORATIO AD GRAECOS.

1. Ne infensum omnino animum gerite in barbaros, Graeci, neve invidete eorum placitis. Quod enim apud' vos insti-

omnes populi orientales, ut Telmisenses, Cares, Phryges, Isauri, Cyprii, Babylonii, Persae, Aegyptii, Phoenices. C. 1: *Ποῖον γὰρ ἐπιτήδευμα παρ' ὑμῖν τὴν σύστασιν οὐχ ἁπὸ βαρβάρων ἐκτήσατο; Τελμισέων μὲν γὰρ* etc.. Cf. Suicer. s. v. *Βάρβαρος*. Tum eo inprimis comprehenduntur Hebraei et, qui ex iis prodierunt, Christiani. C. 35: *Τατιανὸς... καινοτομεῖ τὰ βαρβάρων δόγματα.* C. 42: *Ταῦτα ὑμῖν... ὁ κατὰ βαρβάρους φιλοσοφῶν Τατιανὸς συνέταξα.* Sic Noster Iudaeorum et Christianorum doctrinam hoc nomine barbaram dicit. C. 35: *Διόπερ χαίρειν εἰκὼν καὶ τῇ Ῥωμαίων μεγαλαυχίᾳ καὶ τῇ Ἀθηναίων ψυχρολογίᾳ... τῆς καθ' ἡμᾶς βαρβάρου φιλοσοφίας ἀντεποιησάμην.* Mosen c. 31 *πάσης βαρβάρου σοφίας* principem appellat. C. 12: *μὴ ἀναξιοκαθήσητε παρὰ τοῖς βαρβαρικῇ νομοθεσίᾳ παρακολουθοῦσι παιδεύεσθαι.* Cf. Keil Opuscc. acad. ed. Goldhorn (Lips. 1821) p. 451. Item *τὰς βαρβαρικὰς γραφὰς* c. 29 nominat libros Veteris Testamenti: ex quibus *βάρβαρον σοφίαν*, h. e. *τὴν ἡμετέραν* (christianam) *φιλοσοφίαν* (c. 31), repudiatis religionibus se didicisse fatetur. Cf. Harles in Fabricii Biblioth. gr. Vol. VII. p. 88 sq.. Etiam Iustinus *βαρβάρους* (Iudaeos) opponit *Ἕλλησιν*, id quod Epist. ad Diogn. c. 5. n. 5 animadverti. Pariter Clemens Alex. Strom. II. c. 2. §. 5: *Ἡ μὲν οὖν βάρβαρος φιλοσοφία, ἣν μεθέπομεν* („d. i. die aus dem Judenthume hervorgegangene christliche Lehre: *ἡ καθ' ἡμᾶς φιλοσοφία*, wie er auf der folgenden Seite substituirt"), *τελεία τῷ ὄντι καὶ ἀληθής*. Cf. Redepenning *Origenes* P. I (Bonn. 1841) p. 149, coll. p. 95; idem alios locos p. 141 protulit. De alio vocabuli *βάρβαρος* usu c. 26. n. 17 adeas.

2. *πάνυ*] Par. 2 *πάντως*. — Mox idem *δόγμασιν* pro *δόγμασι*.

3. *Ποῖον γὰρ... Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ ἦν*] Haec Clemens Alex. l. c. I. c. 16. §. 74—76 (coll. Euseb. Praepar. ev. X. c. 6) imitatus est. Incipit: *Οὐ μόνης δὲ φιλοσοφίας, ἀλλὰ καὶ πάσης σχεδὸν τέχνης εὑρεταὶ βάρβαροι.* Simili modo Theodoretus De cur. Gr. affectt. lib. I non procul ab initio et Gregorius Naz. in Orat. 3 disputarunt. Cf. Redepenning l. c. p. 141. n. 4. — Kortholt: „Diogenes Laertius in

γὰρ ἐπιτήδευμα παρ' ὑμῖν τὴν σύστασιν οὐκ ἀπὸ [4] βαρβάρων ἐκτήσατο; [5] Τελμισέων μὲν γὰρ οἱ δοκιμώτατοι τὴν δι' ὀνείρων ἐξεῦρον μαντικήν, [6] Κᾶρες τὴν διὰ τῶν ἄστρων πρόγνωσιν, [7] πτήσεις ὀρνίθων Φρύγες καὶ Ἰσαύρων οἱ παλαιότατοι, [8] Κύ- B πριοι θυτικήν, [9] ἀστρονομεῖν Βαβυλώνιοι, [10] μαγεύειν Πέρσαι, γεωμετρεῖν Αἰγύπτιοι, τὴν διὰ γραμμάτων παιδείαν Φοίνικες. Ὅθεν παύσασθε τὰς μιμήσεις εὑρέσεις ἀποκαλοῦντες. [11] Ποίησιν μὲν γὰρ ἀσκεῖν καὶ ᾄδειν Ὀρφεὺς ὑμᾶς ἐδίδαξεν, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ μυεῖσθαι· [12] Τουσκανοὶ πλάττειν, ἱστορίας συντάττειν αἱ παρ' Αἰγυπτίοις τῶν χρόνων ἀναγραφαί. Μαρσύου δὲ καὶ Ὀλύμπου τὴν αὐλητικὴν ἀπηνέγκασθε· [13] Φρύγες δὲ οἱ ἀμφότεροι τὴν 142 2 διὰ σύριγγος ἁρμονίαν ἄγροικοι συνεστήσαντο. [14] Τυῤῥηνοὶ σάλ-

prooemio, quod libris suis de vitis illustrium philosophorum praemisit, omnem movet lapidem ut philosophiam non a barbaris, sed Graecis, initium habuisse demonstret." Immo Epicurus apud Clementem l. c. c. 15. §. 67 contendit *μόνους φιλοσοφῆσαι Ἕλληνας δύνασθαι*.

4. *βαρβάρων*] Par. 2 *τῶν βαρβάρων*.

5. *Τελμισέων . . . μαντικήν*] Clemens: *Τελμισεῖς τὴν δι' ὀνείρων μαντικήν*, scil. *ἐξεπόνησαν*. Cf. Pauly l. c. Tom. II (1842) p. 1121 et Tom. VI (1851) p. 1663. — Pro *Τελμισέων*, quod ex Par. 1. 2 reposui, caeteri codices msti (Aet., Fris.) et editi *Τελμισσέων* praebent. Utraque forma Graeci utebantur; cf. Aristophan. Fragmm. ed. Bergk (Berol. 1840) p. 270 sqq..

6. *Κᾶρες . . . πρόγνωσιν*] In Par. 2 post *Κάρες* (sic) articulus *τὴν* excidit. — Clemens: *Εἰσὶν δὲ οἳ Κᾶρας τὴν δι' ἀστέρων πρόγνωσιν ἐπινενοηκέναι λέγουσιν*. Cf. Pauly l. c. Tom. II. p. 1137.

7. *πτήσεις . . . παλαιότατοι*] Clemens: *Πτήσεις δὲ ὀρνίθων παρεφυλάξαντο πρῶτοι Φρύγες.... Ἴσαυροι δὲ καὶ Ἄραβες ἐξεπόνησαν τὴν οἰωνιστικήν*. Cf. Pauly l. c..

8. *Κύπριοι θυτικήν*] Par. 2 *πυθικὴν* in textu et veram lectionem *θυτικὴν* in marg. habet. Cyprii, ut Pausanias refert, suum exta inspicere et ex iis vaticinari primi omnium coeperunt. Colebant, teste Athenaeo, Iovem *Εἰλαπιναστήν τε καὶ Σπλαγχνοτόμον*. Cf. Io. Meursi Cyprus (Amstel. 1675. 4°) p. 156 sq.. — Maranus: „Illam *θυτικὴν* videtur Gregorius [vid. n. 3] non haruspicinam sed victimarum immolationem intelligere. [Cf. Stephan. Thes. gr. ling. ed. Hase, Vol. IV. p. 468.] Ait enim: *Τὸ θύειν δὲ οὐ παρὰ Χαλδαίων εἴτ' οὖν Κυπρίων*; Sed leve est hoc discrimen; sive enim sacrificia in quibus exta inspiciuntur, sive ipsa inspiciendorum ars extorum tribuatur Cypriis, perinde est. At illud mirum est quod Gregorius Chaldaeos hîc obtrudat; iis

tutum non a barbaris originem accepit? Nam Telmisensium spectatissimi artem invenerunt per somnia divinandi, Cares praesagium per astra, auspicia Phryges et Isaurorum antiquissimi, Cyprii haruspicinam, astronomiam Babylonii, magiam Persae, geometriam Aegyptii, disciplinam per literas Phoenices. Quapropter desinito inventa dicere quae imitatione expressa sunt. Nam poesim colere et cantare Orpheus vos docuit, idem etiam initiari; Tuscani plasticen, historias conscribere commentarii temporum apud Aegyptios. Marsyae autem et Olympi tibiarum modulationem adscivistis: ambo Phryges, homines agrestes, fistulae concentum invenerunt. Tyrrheni tubam, fabricam aerariam Cyclopes,

praecipue astrologia tribuitur.' Clemens nec Cypriis nec Chaldaeis inventae haruspicinae dedecus adiudicat, sed, ut alii fere omnes scriptores, Etruscis, qui huius disciplinae Tagetem monstratorem ferebantur habuisse." *Καί*, inquit, *θυτικὴν ἠκρίβωσαν Τυῤῥηνοί, Ἰταλίας γείτονες.* Cf. Pauly l. c. p. 1157.

9. *ἀστρονομεῖν Βαβυλώνιοι*] Deest in Par. 1. 2 et Aet. illud *ἀστρονομεῖν*, pro quo Par. 2 in marg. *καὶ* offert. Clemens Alex. Protrept. c. 6. §. 70: *ἀστρονομίαν παρὰ Βαβυλωνίων*, scil. *μανθάνεις*. Cf. Pauly l. c. Tom. I. p. 1035.

10. *μαγεύειν Πέρσαι*] Cf. Pauly l. c. Tom. IV (1846) p. 1395. — Clemens loc. n. 3 laud. (coll. Protr. l. c.) de Aegyptiis: *γεωμετρίας τε αὖ εὑρεταὶ γεγόνασιν.* Idem de Phoenicibus: *Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι πρώτους λέγουσιν.*

11. *Ποίησιν ... μνεῖσθαι*] Cf. Pauly l. c. Tom. V (1848) p. 992. 994.

12. *Τυρσανοὶ πλάττειν*] Clemens: *Ἔτι φασὶ Τυρσανοὺς τὴν πλαστικὴν ἐπινοῆσαι.* Cf. Heinichen ad Euseb. Praep. ev. X. c. 6. n. 2. — Annales Aegyptiorum etiam infra c. 38 memorantur; item in Clementis Epist. I ad Cor. c. 25, qui, post narratam de Phoenice fabulam, dicit: *Οἱ οὖν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὸν πεντακοσιοστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἐληλυθέναι.* Cf. Pauly l. c. p. 1556 sq..

13. *Φρύγες δὲ οἱ ἀμφότεροι*] Frustra Gesnerus et Worthus ad maiorem et minorem Phrygiam confugiunt, ut Tatianum explicent. Loquitur de Marsya et Olympo, ambobus Phrygibus et agrestibus. *Maranus.* — Clemens: *Φρύγες* (sc. *ἐπενόησαν*) *αὐλόν· Φρύγες γὰρ ἦσαν Ὄλυμπός τε καὶ Μαρσύας.* Cf. Pauly l. c. Tom. IV. p. 1598 et V. p. 928.

14. *Τυῤῥηνοὶ σάλπιγγα*] Clemens: *Τυῤῥηνοὶ σάλπιγγα ἐπενόησαν.* Vocabant eam *λιγῦν.* Cf. Pauly l. c. Tom. VI. p. 609 sq..

πιγγα, χαλκεύειν Κύκλωπες, [15] καὶ ἐπιστολὰς συντάττειν ἡ Περσῶν ποτε ἡγησαμένη γυνή, καθάπερ φησὶν Ἑλλάνικος· Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ ἦν. Καταβάλλετε τοιγαροῦν τοῦτον τὸν τύφον, μηδὲ προβάλλεσθε ῥημάτων εὐπρέπειαν, οἵτινες, ὑφ' [16] ὑμῶν αὐτῶν ἐπαινούμενοι, συνηγόρους τοὺς οἴκοι κέκτησθε. Χρὴ δὲ τὸν νοῦν ἔχοντα τὴν ἀφ' ἑτέρων περιμένειν μαρτυρίαν, [17] συνᾴδειν τε καὶ ἐν τῇ τοῦ λόγου προφορᾷ. Νῦν δὲ μόνοις ὑμῖν B ἀποβέβηκε μηδὲ ἐν ταῖς ὁμιλίαις ὁμοφωνεῖν· Δωριέων μὲν γὰρ οὐχ [18] ἡ αὐτὴ λέξις τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, Αἰολεῖς τε οὐχ ὁμοίως τοῖς Ἴωσι φθέγγονται. Στάσεως δὲ οὔσης [19] τοσαύτης παρ' οἷς οὐκ ἐχρῆν, ἀπορῶ τίνα με δεῖ καλεῖν Ἕλληνα. Καὶ γὰρ τὸ [20] πάντων ἀτοπώτατον, τὰς μὴ συγγενεῖς ὑμῶν ἑρμηνείας τετιμήκατε, βαρβαρικαῖς τε φωναῖς ἔσθ' ὅτε καταχρώμενοι [21] συμφύρτην ὑμῶν πεποιήκατε τὴν διάλεκτον. Τούτου χάριν ἀπεταξάμεθα τῇ παρ' [22] ὑμῖν σοφίᾳ, κἂν εἰ πάνυ σεμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ. Κατὰ γὰρ τὸν κωμικὸν

— De Cyclopibus cf. Tom. II. p. 814 sq..

15. καὶ ... ἦν] Codd. msti et editi συντάσσειν habent pro συντάττειν. Passim fluctuant illi in eiusmodi formis (sic paullo antea συντάττειν omnes praebent); quum vero pluribus locis non σσ sed ττ (cc. 4. 5. 10. 11. 12. 14. 15 16. 17. 19 etc.) compareat, id constanter recepi. Tum Ἑλλανικὸς male (cf. Lobeck. ad Phryn. p. 670) exhibent pro Ἑλλάνικος. — Clemens: Καὶ πρώτην ἐπιστολὰς συντάξαι Ἄτοσσαν, τὴν Περσῶν βασιλεύσασαν, φησὶν Ἑλλάνικος, nempe in Περσικοῖς. Fragmm. histor. gr. ed. Müller (Par. 1841) p. 68. De Atossa cf. Creuzer. ad Herod. Hist. III. 68 (ed. Bähr.). Haec autem non medium epistolarum scribendarum prima docuit, qui quidem multo illa regina est antiquior, sed (Galland.) tabularum epistolarium compaginandarum artem invenit, quo commodius a tabellariis deportarentur. Cf. Henr. Dodwelli Exercitatt. de aetate Phalaridis et Pythagorae (Lond. 1704) p. VIII.

16. ὑμῶν] Sic Aet., Ducaeus, Maranus; caeteri ἡμῶν. — Mox ad κέκτησθε Fris. in marg. κέχρησθε.

17. συνᾴδειν τε] Frustra Gesnerus et Worthus addendum putant τοὺς μάρτυρας: *ac testes ipsos inter se consentire*. Non testium in dicendo testimonio sed loquentium in sermonis pronuntiatione consensum requirit Tatianus. Hunc enim consensum opponit variis pronuntiandi modis inter Graecos vigentibus. Quamobrem negat eos iure sermonis elegantiam (ῥημάτων εὐ-

epistolas componere mulier quae Persis olim imperavit, ut ait Hellanicus; Atossa nomen ei erat. Deponite idcirco hunc fastum, neve ostentate verborum elegantiam, qui quidem, dum vos ipsos laudatis, domesticos adhibetis patronos. Oportet autem ut qui sapit aliorum exspectet testimonium, et in ipsa sermonis pronuntiatione cum aliis consentiat. Nunc vero vobis solis contigit ne in colloquiis quidem similes sonos edere; nam Doricorum non eadem dictio est atque Atticorum, neque Aeoles similiter ut Iones loquuntur. Quum autem tantum sit inter eos dissidium inter quos minime oportebat, dubito quem a me oporteat appellari Graecum. Etenim quod omnium absurdissimum est, dictiones vobis non affines in pretio habetis, et barbaris interdum vocibus utentes commixtam efficitis vestram linguam. Quamobrem valediximus vestrae sapientiae, quamvis omnino spectatus aliquis in ea essem. Nam secundum comicum

κρέκειαν) sibi vindicare: primo quidem quia aliorum exspectandum esset testimonium, deinde vero quia eadem pronuntiandi ratio inter Graecos adhibenda esset; aliis enim aliter pronuntiantibus iam statui non posse quinam sint Graeci. *Maranus.*

18. *ἡ*] Herold. omisit.

19. *τοσαύτης*] Aet. *τοιαύτης*.

20. *πάντων*] Sic Par. 1. 2 et Aet.; Fris. *πᾶν*, idque Gesner. (qui veram lectionem notavit) et Herold. praebent. — Monuit Maranum „vir eruditus D. D. de Monsoury, Abbas Orbacensis, pro *τετιμήκατε* legendum esse *ἠτιμήκατε*, *spernitis*.“ Quam quidem legendi rationem ille necessariam esse non putat, „quia iam satis Tatianus exprobravit Graecis contemtum barbarorum, ut ea res legentium menti haereat, ac Graecos absurdissime facere intelligant, qui non solum inter se variis dialectis discrepant, sed etiam a barbaris quos spernunt vocabula mutuantur. Illud ergo absurdissimum videtur Tatiano, quod non solum se a suis dirimant Graeci sed etiam cum barbaris coniungant.“ — Clemens Alex. l. c. I. c. 21. §. 142: *Φασὶ δὲ οἱ Ἕλληνες διαλέκτους εἶναι τὰς παρὰ σφῖσι πέντε, Ἀττίδα, Ἰάδα, Δωρίδα, Αἰολίδα καὶ πέμπτην τὴν κοινήν· ἀπεριλήπτους δὲ οὔσας τὰς βαρβάρων φωνὰς μηδὲ διαλέκτους ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι.*

21. *συμφύρην*] Sic scribo pro vulg. *συμφύρδην* (Par. 1. 2, Aet. — Duc., Maran.) vel *συμφέρδην* (sic caeteri editt. ex Fris.).

22. *ὑμῖν*] Sic Par. 1. 2, Aet., Duc., Maran.; caeteri editt. ex Fris. *ἡμῖν*. — Mox *ἦν*, quod omnes codd.

[23] *Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα,* C
Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.
[24] *Λαρυγγιῶσί τε οἱ ταύτης ἐφιέμενοι, καὶ κοράκων ἀφίενται φωνήν. Ῥητορικὴν μὲν γὰρ ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ συκοφαντίᾳ συνεστήσασθε, μισθοῦ πιπράσκοντες τῶν λόγων ὑμῶν τὸ αὐτεξούσιον* [25] *καὶ πολλάκις τὸ νῦν δίκαιον αὖθις οὐκ ἀγαθὸν παριστῶντες.* [26] *Ποιητικὴν δέ, μάχας ἵνα συντάττητε καὶ θεῶν ἔρωτας* 3
καὶ ψυχῆς διαφθοράν.

2. *Τί γὰρ* [1] *σεμνὸν φιλοσοφοῦντες ἐξηνέγκατε; Τίς δὲ τῶν πάνυ σπουδαίων ἀλαζονείας ἔξω καθέστηκεν;* [2] *Διογένης, πίθάκνης καυχήματι τὴν αὐτάρκειαν σεμνυνόμενος, πολύποδος ὠμοβορίᾳ πάθει συσχεθεὶς ἰλέῳ διὰ τὴν ἀκρασίαν ἀποτέθνηκεν. Ἀριστιππος ἐν πορφυρίδι περιπατῶν* [3] *ἀξιοπίστως ἠσωτεύσατο.*

msti agnoscunt, a Morello et Wortho male omissum est. Videtur hic Tatianus potissimum artem sophisticam respicere seu rhetoricam, quam statim memorat. Cf. c. 35. n. 1.

23. *Ταῦτ' ... τέχνης*] Aristoph. Ran. 92 sq.. Comicus istis verbis, quibus alii quoque scriptores utuntur, inanes castigat poetas. Cf. quae Thiersch (1830) et Fritzsche (1845) ad ea observarunt. — Debebat Tatianus scribere *Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ* etc.. Particula *καὶ* in Act. deest.

24. *Λαρυγγιῶσι . . . φωνήν*] Haec verba omnes editores, Gesnero et Heroldo exceptis, ad normam versuum (*Λαρ.... ἐφιέμενοι, Καὶ... φωνήν*) dederunt. Minime vero conveniunt metro. Neque sunt Aristophanis neque alius poetae comici sed ipsius Tatiani, id quod iam Worthus et interpres Campidonensis animadverterunt. — *Ταύτης* scil. *τῆς σοφίας*. Pariter Valckenar. in Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. V. p. 119 retulit. Pro *ἀφίενται* (frequentius act. *ἀφιέναι φωνήν*: Astii Lexic. Plat. Vol. I. p. 324) Par. 1. 2 et Aet. *ἐφίενται* habent. Infra c. 15 appellantur *κορακόφωνοι*.

25. *καὶ πολλάκις* etc.] Videtur alludere ad iustum et iniustum sermonem, cuius doctorem Socratem Aristophanes in Nebulis mentitur. *Gesnerus.* — Pro *παριστῶντες* Par. 2 *περιστῶντες* et in marg. *παριστῶντες*. Hesychius: *παριστῶ· ἀποδείκνυμι*. Raro (c. 33) illud (pro *παρίστημι*) invenitur; cf. Steph. l. c. Vol. VI. p. 521.

26. *Ποιητικὴν δέ*] Par. 1 in marg.: *κατὰ κοινοῦ τὸ συνεστήσασθε*. Nempe *συνεστήσασθε* communiter (gemeinschaftlich) et ad *ῥητορικὴν* et ad *ποιητικὴν* pertinere. Cf. c. 4. n. 4. c. 8. n. 9. — Pro *συντάττητε* (cf. n. 15) codd. msti et editi *συντάσσητε*. Fris. in marg. *συντάσσησθε*. — Pro *διαφθοράν* Aet. *διαφοράν*.

1. *σεμνὸν*] Par. 2 *σοφόν*.

Haec sunt reticuli racemi et loquacitas,
Hirundinum musaea, corruptores artis.

Ac dilatato gutture clamitant istam affectantes, et corvorum emittunt vocem. Rhetoricam enim ad iniustitiam et calumniam instituistis, mercede vendentes sermonum vestrorum libertatem et saepe id quod nunc iustum alias haud bonum repraesentantes. Poeticam vero, pugnas ut describeretis et deorum amores et animae corruptelam.

2. Quid enim praeclari philosophando protulistis? Quis ex iis qui praestantissimi fuerunt expers arrogantiae fuit? Diogenes, qui dolii ostentatione de continentia gloriabatur, quum polypum crudum vorasset, morbo correptus intestinorum propter intemperantiam periit. Aristippus, qui veste

2. *Διογένης*] Morell. *Διογένους*. Mox Gesner. et Herold. *τὸν* pro *τήν*. Par. 2 *ὠμοφίᾳ* pro *ὠμοβοφίᾳ*, quod vero in marg. praebet. Galland. *συσχεσθείς* pro *συσχεθείς*. Sic c. 3: *ὕδρωπι συσχεθείς*. Tu *ἕλεῳ* scripseris pro *ἑλέφ*. *Ἕλειος* autem sive, id quod rectius se habere videtur, *ἕλεὸς* (alii *εἵλεὸς* dicunt) est morbus intestinorum: de quo plura videsis in Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. III. p. 237. — Worthus: „De Diogenis Cynici morte variae feruntur sententiae. Hieronymus c. Iovin. II. c. 9 febre periisse eum scribit. Ipsius necessarii (quod notat Antisthenes in *διαδοχαῖς* apud Laertium) dixerunt eum spiritu continendo animam exhalasse. Sunt et qui comestione crudi pedis bovis, *βοὸς πόδα φαγόντα*, interiisse aiunt: Laert. de vitt. philos. VI. c. 2. §. 76. Sed ibi legendum *πολύποδα* Menagius observarat. Et quidem eum ex polypo crudo devorato obiisse praeter Tatianum nostrum testantur Athenaeus lib. VIII. c. 5 [eum inter *ὀψοφάγους* recensens] et Iulianus prope initium Orat. VI.“

3. *ἀξιοπίστως*] I. q. *ἀξίως πίστεως*, *ut persuasioni ipsius convenit*. Pariter Daniel *Tatianus d. Apolog.* p. 69 videtur intellexisse, liberius reddens: „Aristippus in seinen Purpurkleide wusste seine Schwelgerei in ein philosophisches System zu kleiden.“ Cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. I. p. 761. Worthus putat Tatianum ad hanc historiam respicere. Etenim narrat Laertius l. c. II. c. 8. p. 78 „iussisse aliquando Dionysium in convivio ut singuli in veste purpurea saltarent; renuisse id Platonem dicentem: *Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν*. Sumta vero Aristippum se induisse, et cum saltare inciperet dixisse: *Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν Οὐδ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται*“ (Eurip. Bacch. 314 sq.). — Tertullianus

Πλάτων φιλοσοφῶν ὑπὸ Διονυσίου [4] *διὰ γαστριμαργίαν ἐπιπράσκετο. Καὶ Ἀριστοτέλης, ἀμαθῶς ὅρον τῇ προνοίᾳ θεὶς καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν οἷς ἠρέσκετο περιγράψας, λίαν ἀπαιδεύτως* [5] *Ἀλέξανδρον μὴ μεμνημένος μειράκιον ἐκολάκευεν· ὅστις ἀριστοτελικῶς πάνυ* [6] *τὸν ἑαυτοῦ φίλον διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτὸν* 143
προσκυνεῖν καθείρξας ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν περιέφερε. Πάνυ γοῦν ἐπείθετο τοῖς τοῦ διδασκάλου δόγμασι, τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἀρετὴν συμποσίοις ἐπιδεικνύμενος, καὶ τὸν οἰκεῖον καὶ [7] *πάνυ φίλτατον διαπείρων τῷ δόρατι, καὶ πάλιν κλαίων καὶ* [8] *ἀποκαρτερῶν προφάσει λύπης, ἵνα ὑπὸ τῶν οἰκείων μὴ μισηθῇ. Γελάσαιμι δ' ἂν καὶ τοὺς μέχρι νῦν τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ* 4
καταχρωμένους· οἳ τὰ μετὰ σελήνην ἀπρονόητα λέγοντες εἶναι, προσγειότεροι παρὰ τὴν σελήνην ὑπάρχοντες καὶ κατώτεροι τοῦ ταύτης δρόμου, προνοοῦσι τῶν ἀπρονοήτων· παρ' οἷς δὲ οὐκ B
ἔστι κάλλος, οὐ πλοῦτος, οὐ ῥώμη σώματος, οὐκ εὐγένεια, παρὰ τούτοις οὐκ ἔστι [9] *παρὰ τὸν Ἀριστοτέλην τὸ εὔδαιμον. Καὶ οἱ* [10] *τοιοῦτοι φιλοσοφείτωσαν.*

Apolog. c. 46 locum sic transtulit: „Aristippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur.“ Inde Gesnerus quoque istud *ἀξιοπίστως* reddidit: *utcumque graviter composito vultu.* Sed valde dubitat Maranus an Tatianeam mentem assecutus sit. Aristippus enim „non gravitatem inter voluptates sed iocum potius et lusum adhibebat, ut ex multis eius dicteriis apud antiquos memoratis perspicitur.“ Existimat igitur Tatianum ad dictum Aristippi respicere quod Lactantius Instit. div. III. c. 14 refert: „Illud inter me (aiebat Aristippus) et nepotes interest, quod isti percaro, ego gratis voluptates consequar.“ Unde editor ille censet *ἀξιοπίστως* idem valere apud nostrum scriptorem ac *gratis* apud Lactantium. „Iocatur ergo in Aristippum Tatianus, eumque libidines gratuito satiasse indicat, cum illum *ἀξιοπίστως* luxuriatum, id est pretii statim solvendi lege, veluti bonum aliquod nomen, immunem fuisse dicit.“ Sufficit hanc interpretationem memorasse.

4. *διὰ γαστριμαργίαν*] Herold. *διὰ* praetermisit. — Mendacium *γαστριμαργίας* Platonis adversarii protulerunt: repetiit Tatianus deceptus. Vestigiis eius Tertullianus quoque l. c.: „Plato Dionysio ventris gratia venditatur.“ Maranus: „Platonis famae nocuerunt siculae dapes. Carpit etiam Gregorius Naz. Orat. III siculam *illius voracitatem, ob quam ipse venditur ac ne ab ullo quidem discipulorum, immo nec ab homine graeco redimitur.*“ Cf. Ast *Platon's Le-*

indutus purpurea incedebat, persuasioni convenienter luxuriabatur. Plato philosophus a Dionysio propter heluationem venditus est. Atque Aristoteles, qui inscite terminum providentiae posuit et felicitatem iis rebus quibus delectabatur circumscripsit, nimis contra magistri officium Alexandro adulabatur oblitus adolescentulum eum esse; qui quidem prorsus aristotelice amicum suum, quod nollet ipsum adorare, inclusum instar ursi aut pardi circumferebat. Prorsus certe parebat magistri decretis, fortitudinem et virtutem in conviviis demonstrans, atque familiarem et valde carum hastili transfigens, ac postea plorans seque inediâ macerans per simulationem doloris, ne odium familiarium sibi concitaret. Rideo equidem istius etiam nunc decretorum sectatores: qui, quum sublunaria negent providentiâ regi, viciniores terrae quam luna huiusque orbe inferiores, rebus a providentia desertis provident; quibus autem non adest pulchritudo, non divitiae, non robur corporis, non nobilitas, ab iis abest secundum Aristotelem felicitas. Ac tales homines philosophentur.

ben u. Schriften (Lips. 1816) p. 26 sqq..

5. Ἀλέξανδρον μὴ μεμν.] Editi quemadmodum Par. 1. 2 et Fris. τε pro μὴ inepte habent. Aet. Ἀλέξανδρόν τε, omisso μεμνημένος. Par. 2 in marg. Ἀλεξάνδρῳ τετιμημένος. Verba λίαν ἀπαιδεύτως vulgo ad περιγράψας referuntur. Illud vero μή, quod pro vulg. τε dedi, firmat Tertullianus qui Nostrum libere imitatus l. c. dicit: „Aristoteles ... turpiter [λίαν ἀπαιδεύτως: *ut minime decet magistrum*] Alexandro regendo potius [μὴ μεμν. μειράκιον] adulatur.“ — Cotelerius Monumm. eccl. gr. Tom. III. p. 657 censet legendum τε μεμνημένου μειρ., h. e. *furioso adolescenti assentabatur*, Maranus τε μὴ μεμνημένος μειρ., *adolescentem esse oblitus*.

6. τὸν ἑαυτοῦ φίλον] Callisthenem Olynthium.

7. πάνυ φίλτατον] Clitum.

8. ἀποκαρτερῶν] Aet. ἀποκρατερῶν.

9. παρά] Sic omnes codd. msti. Praepositio saepe ista ratione (= *in Uebereinstimmung, gemäss*) cum casu quarto struitur; cf. Pape *Handwörterb. d. gr. Spr.* Tom. II. p. 444. n. 4 et Weber ad Demosth. Or. in Aristocr. p. 521 sq.. Gesnerus vero coniecit κατά, idque Morell., Duc., Worth. textui temere inseruerunt.

10. τοιοῦτοι] Par. 2 in marg.

3. Τὸν [1] γὰρ Ἡράκλειτον οὐκ ἂν ἀποδεξαίμην, ἐμαυτὸν ἐδιζησάμην εἰπόντα, διὰ τὸ αὐτοδίδακτον εἶναι καὶ ὑπερήφανον. Οὔτ' ἂν ἐπαινέσαιμι κατακρύψαντα [2] τὴν ποίησιν ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ναῷ, μυστηριωδῶς ὅπως ὕστερον ἡ ταύτης [3] ἔκδοσις γένηται· καὶ γὰρ οἷς μέλον ἐστὶ περὶ τούτων φασὶν Εὐριπίδην τὸν τραγῳδοποιόν, κατιόντα καὶ ἀναγινώσκοντα, διὰ μνήμης κατ' C ὀλίγον τὸ [4] Ἡρακλείτου σκότος σπουδαίως παραδεδωκέναι. Τούτου μὲν οὖν τὴν ἀμαθίαν ὁ θάνατος [5] διήλεγξεν· ὕδρωπι γὰρ συσχεθείς, [6] καὶ τὴν ἰατρικὴν ὡς φιλοσοφίαν ἐπιτηδεύσας, βολβίτοις τε περιπλάσας ἑαυτόν, τῆς κόπρου κρατυνθείσης, συνολκάς τε τοῦ παντὸς ἀπεργασαμένης σώματος, σπασθεὶς ἐτελεύτησε. Τὸν 5 γὰρ [7] Ζήνωνα, διὰ τῆς ἐκπυρώσεως ἀποφαινόμενον ἀνίστασθαι πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, λέγω δὲ Ἄνυτον καὶ [8] Μέ-

μὲν addit. — Φιλοσοφ.: philosophos se esse glorientur (Worth.).

1. γὰρ] Par. 2 in marg. δέ. — Mox codd. msti et editi ἐμαυτὸν ἐδιδαξάμην praebent. Sed probe Maranus observavit ἐδιζησάμην legendum esse: „tum quia insulsa prorsus esset et Tatiani salibus indigna haec tautologia: *Heraclitum non probaverim, dicentem Ego me ipsum docui, quia a se ipso doctus erat et superbus;* tum quia memorabile est inprimis illud Heracliti dictum, quod refertur a Iuliano Orat. VI: Ἐδιζησάμην ἐμαυτόν." Ab aliis quoque refertur, quos Schleiermacher *Museum der Alterthums-Wiss.* Tom. I (Ber. 1808) p. 530 laudavit. Laertius de vitt. philos. IX. c. 1. §. 5: Ἤκουσέ (Heraclitus) τε οὐδενός, ἀλλ' αὐτὸν ἔφη διζήσασθαι καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ.

2. τὴν ποίησιν] Hoc opus Περὶ φύσεως (postea Μοῦσαι) inscriptum fuit. Quum valde obscurum esset, auctor iam a veteribus σκοτεινὸς cognominabatur. Tatianus quoque paullo post, ad opus illud respiciens, τὸ Ἡρακλείτου σκότος memorat. Cf. Brandis *Handb. d. Gesch. d. griech.-röm. Philosophie* P. I (Ber. 1835) p. 152 sq.. Euripides illud opus Socrati legendum dedit, cuius responsum Laertius retulit l. c. II. c. 5. §. 22. Locum Tatianeum recensuit Schleiermacher l. c. p. 323.

3. ἔκδοσις] Desideratur in Par. 1 et Aet.; sed margini illius adscriptum est prima manu. — Mox Aet. et Par. 2 pro οἷς μ. ἐ. π. τούτων habent οἷς μὲν λ¯ ἐστὶ περὶ τούτων. Ex quibus emendator in marg. Par. 2 haec fecit: ἔτεσι τριάκοντα πρὸ τούτων.

4. Ἡρακλείτου] Par. 1 et Aet. Ἡράκλειτον. Gesner. et Herold. ex Fris. ἡρακλείτειον.

5. διήλεγξεν] Aet. συνήλεγξας.

6. καὶ etc.] Medicinam eodem modo ac philosophiam pertractasse

3. Heraclitum enim non probaverim, qui, quum esset a seipso doctus et arrogans, dicebat: *Ipse me investigavi.* Nec laudaverim quod carmen in templo Dianae occultaverit, ut postea instar mysterii ederetur; etenim quibus ista curae sunt Euripidem tragicum dicunt, quum eo veniret et legeret, memoriae paullatim Heracliti tenebras diligenter tradidisse. Huius sane imperitiam mors redarguit; aqua enim intercute correptus, quum medicinam eodem modo ac philosophiam pertractasset, seque stercoribus boum circumlevisset, fimo indurato et totum corpus convellente dilaceratus interiit. Tum minime audiendus est Zeno, qui per conflagrationem pronuntiat eosdem rursus homines ad eadem resurgere, id est Anytum et Meletum ad accusandum, Bu-

dicitur Heraclitus, quia ab illis tenebris, quibus philosophiam demerserat, ne hydropicus quidem factus in consulendis medicis discedere voluit. Nam, ut ait Laertius [IX. c. 1. §. 3], *τῶν ἰατρῶν αἰνιγματωδῶς ἐκκνθάνετο εἰ δύναιντο ἐξ ἐκμβρίας ἀνύμον ποιῆσαι.* — Existimavit Worthus verba *σπασθεὶς ἐτελεύτησε* [interpres Campid.: *kam in Zuckungen um*] sic interpretanda esse: *dilaceratus a canibus interiit.* At nequaquam Tatianus dilaceratum a canibus Heraclitum dicit, sed ab illo bovis stercore quod totum corpus convellebat et dilacerabat. Sic etiam apud Tertullianum [ad martyr. c. 4] Heraclitus „se bubulo stercore oblitum exussisse" dicitur. Idem testatur Hermippus apud Laertium [l. c. §. 4]; nempe Heraclitum, cum pueris iussisset ut se bovis stercore oblinerent, *κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ.* Fucum fecit erudite Anglo quod ait ibidem [§. 5] Neanthes Cyzicenus Heraclitum, *μὴ δυνηθέντα αὐτὸν ἀποσπάσαι τὰ βόλιτα, μεῖναι καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοηθέντα κυνόβρωτον γενέσθαι.* Sed hoc Neanthis testimonium pugnat illud quidem cum Hermippo de Heracliti sepultura, nequaquam autem de mortis genere; siquidem uterque Heraclitum bovis stercore oblitum periisse memorat, verum alter postridie sepultum dicit, alter a canibus voratum propterea quod agnitus non fuisset. *Maranus.*

7. *Ζήνωνα*] Maran. *Ζηνίωνα.* Mox pro *ἀποφαινόμενον* Morell. *ἀποφαινόμενοι.* — Sententia Stoicorum de conflagratione mundi cc. 6 et 25 accuratius exponitur.

8. *Μέλητον*] Sic Par. 1. Caeteri codd. msti pariter atque editi *Μέλιτον.* Eumdem errorem in Iustini Cohort. ad Gent. c. 20. n. 2 correxi. Cf. Stallbaum ad Plat. Euthyphr. p. 2. B. et Kaiser Histor. crit. Trag. graecc. p. 285. — Mox

λητον ἐπὶ τῷ κατηγορεῖν, Βούσιριν δὲ ἐπὶ τῷ ξενοκτονεῖν, καὶ Ἡρακλέα πάλιν ἐπὶ τῷ ἀθλεῖν, παραιτητέον· ὅστις [9] ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ πλείονας τοὺς μοχθηροὺς τῶν δικαίων εἰσηγεῖται, Σωκράτους ἑνὸς καὶ Ἡρακλέους, καί τινων ἄλλων τοιούτων γεγονότων ὀλίγων καὶ οὐ πολλῶν. Οἱ γὰρ κακοὶ [10] πάνυ πλείους εὑρεθήσονται τῶν ἀγαθῶν. [11] Καὶ ὁ Θεὸς κακῶν ἀποδειχθήσεται κατ' αὐτὸν ποιητής, ἐν ἁμάραις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀῤῥητουργοῖς καταγινόμενος. Ἐμπεδοκλέους γὰρ τὸ ἀλαζονικὸν αἱ κατὰ τὴν Σικελίαν τοῦ πυρὸς ἀναφυσήσεις ἀπέδειξαν, ὅτι μὴ Θεὸς ὢν [12] τοῦτο παρ' ὀλίγον εἶναι κατεψεύδετο. Γελῶ καὶ τὴν Φερεκύδους [13] γραολογίαν, καὶ τοῦ Πυθαγόρου 144
τὴν περὶ τὸ δόγμα κληρονομίαν, καὶ τὴν τοῦ Πλάτωνος, κἂν τινες μὴ θέλωσι, τὴν περὶ τούτου μίμησιν. Τίς γὰρ ἂν ἐπι-

ἐπὶ ante τῷ ἀθλεῖν in Act. omissum.

9. ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ] Nullus hîc liber Zenonis περὶ τῆς ἐκπυρώσεως aut περὶ τοῦ ὅλου citatur (Worth., Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 241), sed „quod ex illius de conflagratione sententia consequebatur id refellit Tatianus" (Maran.). — Dein pro Ἡρακλέους Abbas de Monsoury (vid. c. 1. n. 20) existimavit Ἡρακλείτου reponendum esse. Non male. Iustinus Apol. I. c. 46: Καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες Χριστιανοί εἰσι ... οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς. — Tum pro τινων Daniel l. c. tacite τῶν scripsit. — Quod sequitur ἄλλων in Par. 2 excidit. — Denique pro ὀλίγων, quod Daniel l. c. omisit, Herold. ὀλίγου habet.

10. πάνυ] Hanc particulam, qua Tatianus lubentissime utitur, Maranus ex Par. 1 et Act. reposuit. Reliqui editores cum Fris. praebebant πάλιν. Par. 2 in marg. πολύ.

11. Καὶ ... καταγινόμ.] C. 4: Πνεῦμα ὁ θεός, οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης. Perstringit doctrinam Stoicorum quum de fato tum de ratione disseminata. Cf. quae ad l. c. notavi. Clemens Alex. Protrept. c. 5. §. 66: Οὐδὲ μὴν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς παρελεύσομαι, διὰ πάσης ὕλης καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης τὸ θεῖον διήκειν λέγοντας, οἳ καταισχύνουσιν ἀτεχνῶς τὴν φιλοσοφίαν.

12. τοῦτο παρ' ὀλίγον] Codd. msti et editi τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν. Quum vero sic sententia claudicet, Maranus levissima mutatione scribendum coniecit τοῦτο παρ' ὀλίγον. „Non enim dicebat Empedocles se deum esse, sed astu consequi voluit ut deus haberetur, ac ea mente in ardentem Aetnam desiluit.

siria ad hospites necandos, et Herculem ad repetendos certaminum labores; qui quidem in hac conflagrationis ratione plures improbos quam iustos inducit, quum unus tantum Socrates fuerit et unus Hercules, et quidam alii eiusmodi non multi exstiterint sed pauci. Mali enim omnino plures inveniuntur quam boni. Deus quoque deprehendetur malorum secundum illum auctor esse, et in cloacis et vermibus et nefanda patrantibus versari. Empedoclis porro iactantiam ignis in Sicilia eruptiones coarguerunt, quia, quum deus non esset, parum abfuit quin se deum esse mentiretur. Rideo etiam Pherecydis aniles garritus, et Pythagorae placiti haereditatem, et Platonis, etiamsi nonnullis secus videatur, eius imitationem. Quis autem caninas Cratetis nu-

Quare nihil propius factum est quam ut evanuisse et in coelum translatus esse crederetur. Sed illud commentum nudaverunt crepidae, quas ignis erumpens relecit." Cf. S. Karsten Philosoph. graecc. vett. Reliqq. Vol. II (Amstel. 1838) p. 36. n. 95.

13. *γραολογίαν*] Scriptor hac voce non ad Pherecydis *θεογονίαν* (Gesner., Werth.) respicit, sed, ut etiam Scheffer (De natura et constitutione philosophiae italicae ed. Scharfleisch Vitemb. 1701. p. 12) et Sturz (Pherecydis Fragmm., ed. 2. Lips. 1824, p. 14) censuerunt, ad *μετεμψυχώσεως* doctrinam quam ille ad Graecos transtulit. Dicit hanc de animarum migratione sententiam a Pherecyde Pythagoram accepisse et Platonem imitatione expressisse. Addit de Platone nonnullos aliter statuere. „Revera," ut Maranus animadvertit, „sic elaboravit Plato in hac illustranda sententia ut illius parens et architectus habitus sit." Idcirco Irenaeus adv. haeres. II. c. 33. § 2 de metempsychosi ac de Platone ita ait: „Ad haec Plato, vetus ille Atheniensis, qui et primus sententiam hanc introduxit, quum excusare non posset, oblivionis induxit poculum." Etiam Tertullianus, ad Platonem spectans, de anima c. 23: „Novum," inquit, „elaboravit argumentum, *μαθήσεις ἀναμνήσεις* [Phaed. p. 73. B], id est discentias reminiscentias esse." Utrumque locum Maranus protulit. Cf. Clausen Apologetae eccl. chr. ante-theodos. etc. (Havn. 1817) p. 179. — Articulum *τὴν* ante *περὶ τούτου* Maranus expunxit. Abest quidem ab Aet., sed in caeteris codd. comparet; neque inepte se habet. Sic iungas: *καὶ τὴν τοῦ Πλ. μίμησιν τὴν περὶ τούτου* scil. *τοῦ δόγματος*. Cf. Matthiae *Ausf. griech. Grammat.* (ed. 2) p. 562.

μαρτυρήσαι [14] τῇ Κράτητος κυνογαμίᾳ, [15] καὶ οὐ μᾶλλον παραιτησάμενος τὴν ἔντυφον τῶν ὁμοίων αὐτῷ γλωττομανίαν ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὸ κατ' ἀλήθειαν σπουδαῖον τρέψεται; Διόπερ μὴ παρασυρέτωσαν ὑμᾶς αἱ τῶν [16] φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων πανηγύρεις, οἵτινες ἐναντία μὲν ἑαυτοῖς δογματίζουσιν· κατὰ δὲ [17] τὸ ἐπιλθὸν ἕκαστος ἐκπεφώνηκε. Πολλὰ δὲ καὶ παρ' αὐτοῖς ἐστι [18] προσκρούματα· μισεῖ μὲν γὰρ ἕτερος τὸν ἕτερον· ἀντιδοξοῦσιν δὲ ἑαυτοῖς, διὰ τὴν ἀλαζονείαν τόπους ἐπιλεγόμενοι τοὺς προὔχοντας. Ἐχρῆν δὲ μήτε [19] βασιλέας προλήμματι θεραπεύειν ἢ κολακεύειν τοὺς ἡγουμένους, περιμένειν δὲ μέχρις ἂν πρὸς αὐτοὺς οἱ μεγιστᾶνες ἀφίκωνται.

14. τῇ Κρ. κυνογαμίᾳ] Codd. msti et editi τῇ Κρ. κοινογαμίᾳ. Iam Worthus observavit κυνογαμίᾳ scribendum esse, duplici ratione ductus. 1º. Nusquam legimus Cratetem Cynicum κοινογαμίαν, communes nuptias, probasse; at Laertio teste meretrices nonnunquam convitiis insectatus est et unam uxorem Hipparchiam duxit. 2º. Crates ipse, id quod rem conficit, matrimonium suum κυνογαμίαν vocavit, ut Suidas s. v. Κράτης testatur: Γήμας δὲ Ἱππαρχίαν τὴν Μαρωνεῖτιν κυνογαμίαν τὸν γάμον ἐκάλεσε. Caninae autem nuptiae erant; nam, referente Theodoreto Graecc. affectt. curat. p. 173, Crates τοῦ πάθους ἐπαναστάντος Ἱππαρχίαν τὴν Μαρωνεῖτιν δημοσίᾳ ἔγημε καὶ τὰ κυνογάμια ἐν τῇ Ποικίλῃ ἐτέλεσεν. Iisdem fere verbis Clemens Alex. Strom. IV. c. 19. §. 123: Μέμνηται καὶ Κυνικῆς τινος, Ἱππαρχίας δὲ ἐκαλεῖτο ἡ Μαρωνῖτις, ἡ Κράτητος γυνή, ἐφ' ᾗ καὶ τὰ κυνογάμια ἐν τῇ Ποικίλῃ ἐτέλεστο. Editores, ipse Klotzius, hoc loco γυνογάμεια vitiose legunt. Utraque enim vocis forma occurrit: ἡ κυνογαμία (Suid.) et τὰ κυνογάμια. Pariter ἡ κοινογαμία et τὰ κοινογάμια: Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. IV. p. 1717. Maranus: „Gregorius Naz. Orat. XXIII. p. 15 κοινογαμίαν exprobrat Crateti. Sed Elias Cretensis l. c. in suo codice κυνογαμίαν legit; hanc enim potissimum causam affert cur Crates ita notetur, quod *in publica schola cum uxore sua corpus miscuerit.*" Ad eumdem Cynicum Lactantius respicere videtur, Institt. div. III. c. 15 dicens: „Nam quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit?"

15. καὶ οὐ μᾶλλον] Aet. et Par. 2 καὶ μᾶλλον. — Mox Aet. et Fris. τῶν ὁμοίων αὐτῶν αὐτῷ. Inde Gesner. (errorem notans) et Herold. τῶν ὁμοίων (αὐτῶν) αὐτῷ. — Postea vulgo γλωσσομανίαν. Cf. c. 1. n. 15. C. 12 omnes codd. non γλώσσης sed γλώττης habent. — Tum pro ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὸ (Par. 1) habet Par. 2 ἐπιζητεῖν ἐπὶ τῷ. In marg. ἐπιζητεῖν τό. Aet. ἐπιζητεῖν ἐπὶ τό. Fris. ἐπὶ

ptias testimonio suo probaverit, ac non potius, reiecto eius similium arroganti linguae furore, ad id quod vere bonum est inquirendum se convertet? Quare non abripiant vos philosophorum qui philosophi non sunt coetus solemnes: qui quidem secum ipsi pugnant; ut quaeque res in mentem venerit ita eam quisque effutivit. Multae autem etiam apud eos sunt offensiones: odit enim alter alterum; aemulis inter se opinionibus certant, propter arrogantiam loca eligentes praestantia. Oportebat vero ut neque principes anticipatis officiis colerent neque proceribus assentarentur, sed exspectarent donec magni ad eos veniant.

τὸ ζητεῖν ἐπὶ τό. Inde Gesner. et Herold. ἐπὶ τὸ ζητεῖν (ἐπὶ) τό. — Denique ad τρέψεται Fris. in marg. τρέφει.

16. φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων] Illud καὶ (*et tamen*, „und doch") per se offensionem non habet. Marano delendum videtur, ne griphi deformetur elegantia. „Erit enim elegantius si legas ut apud Clementem Alex. ἄκουσόν μῦθον οὐ μῦθον [de div. serv. §. 42] et ἄνδρες τινὲς οὐκ ἄνδρες" [Protrept. c. 1. §. 3]. Inde a Daniele l. c. p. 44 praetermissum est. Magis vere placet quod Thirlbius in edit. Iust. Apoll. et Dial. p. 120 proposuit: φιλοψόφων (eorum qui strepitus amant vel faciunt) καὶ οὐ φιλοσόφων. Id enim bene quadrat ad ἔντυφον γλωττομανίαν antea memoratam et ad verba quae sequuntur κατὰ δὲ τὸ ἐκαλθὸν ἕκαστος ἐπεσφώνησε. Pariter Iustinus Apol. II. c. 3: ... ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ φιλοψόφου καὶ φιλονόμκου· οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰκεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα. Caeterum Tatianus hic minime solum Crescentem (c. 19), ut Worthus censet, sed generatim perstringit philosophos.

17. τὸ] Deest in Act.. — Deinde Fris. (cum eoque Gesner. et Herold.) ἐπεφθόνησε et in marg. ἐπεφώνησε. Cf. c. 33. n. 14.

18. προσπρούσματα] Morell. προσπροσύσματα. Par. 2 ἐπιπροσκρούματα. — Postea pro ἑαυτοῖς (Par. 1 et Act.) editores, exceptis Ducaeo et Marano, αὐτοῖς exhibent.

19. βασιλίας] Sic Par. 1 et 2; sic etiam Morell., Duc., Worth., Gesneri coniecturam secuti. Caeteri editores, ut Act. et Fris., βασιλείας (*imperia*, h. e. imperantes). Fortasse τοὺς βασιλίας legendum est. Mox enim τοὺς ἡγουμένους et οἱ μεγιστᾶνες. Facile potuit excidere illud τοὺς ob similitudinem syllabae praecedentis. — Par. 2 et Fris. non προλήμματι (Act.; Morell., Duc., Maran.) sed προλήμματι (sic reliqui editt.) habent. Veram lectionem Par. 1 indicavit, qui προσλήμματι praebet. — Particula ἢ ante κολακεύειν in Act. desideratur. — Vox μεγιστᾶνες (dialecto alexandri-

4. *Διὰ τί γάρ, ἄνδρες Ἕλληνες, ὥσπερ ἐν πυγμῇ συγπρούειν βούλεσθε τὰς πολιτείας* [1] *καθ' ἡμῶν; Καὶ εἰ μὴ τοῖς* [2] *τινῶν νομίμοις συγχρῆσθαι βούλομαι, τίνος χάριν καθάπερ μιαρώτατος μεμίσημαι;* [3] *Προστάττει φόρους τελεῖν ὁ βασιλεύς;* Ἕτοιμος παρέχειν. [4] *Δουλεύειν ὁ δεσπότης καὶ ὑπηρετεῖν; Τὴν δουλείαν* C *γινώσκων. Τὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον ἀνθρωπίνως τιμητέαν, φοβητέον δὲ μόνον τὸν θεόν· ὅστις ἀνθρωπίνοις οὐκ ἔστιν ὁρατὸς ὀφθαλμοῖς, οὐ τέχνῃ περιληπτός. Τοῦτον μόνον ἀρνεῖσθαι κελευόμενος οὐ πεισθήσομαι, τεθνήξομαι δὲ μᾶλλον, ἵνα μὴ ψεύστης καὶ* [5] *ἀχάριστος ἀποδειχθῶ.* [6] *Θεὸς ὁ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἔχει σύστασιν ἐν χρόνῳ, μόνος ἄναρχος ὢν καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τῶν ὅλων ἀρχή.* [7] *Πνεῦμα ὁ Θεός,* [8] *οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης, πνευμάτων δὲ ὑλικῶν καὶ τῶν ἐν αὐτῇ σχημάτων κατασκευαστής·* D *ἀόρατός τε καὶ ἀναφής, αἰσθητῶν καὶ ὁρατῶν αὐτὸς γεγονώς*

nae propria: Sturz De dial. maced. p. 182 et Lobeck ad Phryn. p. 197) spectat ad *βασιλέας* (qui dominium habent) et ad *ἡγουμένους* (qui auctoritate pollent).

1. *καθ' ἡμῶν*] Sic Maranus cum Par. 1. 2 et Aet.; idem iam Henr. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 111) coniecit. Caeteri editores cum Fris. *καθ' ἡμᾶς*.

2. *τινῶν*] Ita codd. msti. Gesnerus praeter necessitatem *ὑμῶν* coniecit legendum: id quod Morell., Duc., Worth. textui inseruerunt.

3. *Προστάττει . . . παρέχειν*] Iustinus Apol. I. c. 17: *Φόρους δὲ . . . πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐτοῦ* etc..

4. *Δουλεύειν* etc.] Par. 1 in marg.: *κατὰ κοινοῦ* [c. 1. n. 26] *τὸ προστάττει.* — Ad sententiam quod attinet, cfr. Iustinus l. c.: *Ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν.* Theophilus ad Autol. I. c. 11: *Τοιγαροῦν μᾶλλον τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ προσκυνῶν αὐτῷ ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ· θεῷ δὲ τῷ ὄντως θεῷ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ, εἰδὼς ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν* etc.. *Τὸν δὲ βασιλέα τίμα εὐνοῶν αὐτῷ, ὑποτασσόμενος αὐτῷ, εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ.* Tertullianus ad Scapul. c. 2 et Apolog. c. 30 sqq.. — Ad verba *Τὴν δ. γινώσκων* animo supple ex praecedentibus *δουλεύω καὶ ὑπηρετῶ*. De hoc participii usu disputarunt Hermannus ad Viger. (ed. 4) p. 768. 774 et Matthiae *Ausf. gr. Gramm.* p. 1093 sq.. Duo codd., Par. 2 et Fris., in marg. praebent emendationem *γινώσκω*, quae a Stephano (l. c. p. 110) probata et a Ducaeo in oratione posita est.

5. *ἀχάριστος*] Fris. *ἀπάριστος*

4. Curnam, Graeci, sicut in pugilatu vultis instituta [aliorum] in nos incitare? Ac si quorumdam institutis uti nolo, cur tamquam scelestissimus odio habeor? Iubet tributa pendere princeps? Paratus sum solvere. Servire dominus et ministrare? Servitutem agnosco. Homo enim ut hominem decet colendus est, solus autem deus metuendus: qui quidem humanis non potest cerni oculis, non arte comprehendi. Hunc solum negare si iubear non parebo, sed moriar potius, ne mendax et ingratus deprehendar. Deus noster non esse coepit in tempore, quum solus sine principio sit et ipse universorum principium. Spiritus est deus, non pervadens materiam, sed materialium spirituum et figurarum quae in materia sunt opifex: et visu et tactu inde-prehensus, quippe quum ipse sensibilium et invisibilium ex-

(sic Gesner. quoque et Herold.) et in marg. ἀχάριστος.

6. Θεὸς . . . ἀρχή] Clemens Alex. Strom. IV. c. 25. §. 164: Ὁ Θεὸς δὲ ἄναρχος, ἀρχὴ τῶν ὅλων παντελής, ἀρχῆς ποιητικός. Tertullianus c. Marc. I. c. 8: „Deus tam alienus ab initio et fine est quam a tempore, arbitro et metatore initii et finis."

7. Πνεῦμα ὁ Θεός] Coll. Ioann. 4, 24. — Fragm. Clementis ap. Galland. Biblioth. vett. Patrr. Tom. III. p. 159: Τί θεός; Θεός ἐστιν, ὡς καὶ ὁ κύριος λέγει, πνεῦμα.

8. οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης] Pro διήκων (Par. 1. 2 — Duc.) Gesner. (ex Fris.), Herold., Maran. διήκον (sic) dederunt; Morell. et Worth. διῆκον. Scholion in marg. Par. 1: Οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης, οἱονεὶ κατ' ἐμψυχίαν, ἵνα ἡ μὲν ὕλη ᾖ ἄτε σῶμα, τῆς δὲ ψυχῆς [ὁ Θεός] λόγον ἐπέχῃ· ἀλλὰ δημιουργικῶς πάντα συντάσσων καὶ διακοσμῶν. Non permeans materiam, per modum animationis, ut materia sit quasi corpus, deus vero rationem animae habeat; sed tamquam materiae opifex omnia gubernans et ordinans. C. 3 (n. 11): Καὶ ὁ Θεὸς κακῶν ἀποδειχθήσεται κατ' αὐτὸν (Zenonem) ποιητής, ἐν ἁμάρταις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀφῆτουργοῖς καταγινόμενος. Daniel Tatian. d. Apol. p. 177: „Petavius' Vorwurf (Theol. Dogm. de Deo I. c. 3. §. 5) „Deo certos limites constituit, dum illum materiam permeare negat" ist ganz ungerecht. Der Apologet läugnet nicht die Allgegenwart und Allwirksamkeit Gottes, sondern streitet nur gegen die pantheistische Lehre des Stoicismus, nach welchem der λόγος, die bestimmende Vernunft in allen Naturgestalten verbreitet, der Wirksamkeit aller zum Grunde liegt."

πατήρ. [9] Τοῦτον διὰ τῆς ποιήσεως αὐτοῦ ἴσμεν, καὶ τῆς δυνά- Τ
μεως αὐτοῦ τὸ ἀόρατον τοῖς ποιήμασι καταλαμβανόμεθα. Δη-
μιουργίαν τὴν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένην χάριν [10] ἡμῶν προσκυνεῖν
οὐ θέλω. Γέγονεν ἥλιος καὶ σελήνη δι' ἡμᾶς· εἶτα πῶς τοὺς
[11] ἐμοὺς ὑπηρέτας προσκυνήσω; Πῶς δὲ ξύλα καὶ λίθους θεοὺς
ἀποφανοῦμαι; [12] Πνεῦμα γὰρ τὸ διὰ τῆς ὕλης διῆκον ἔλαττον
ὑπάρχει τοῦ θειοτέρου πνεύματος· ὅπερ δὲ ψυχῇ παρωμοιωμέ-
νον οὐ τιμητέον ἐπ' ἴσης τῷ τελείῳ θεῷ. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἀνω-
νόμαστον θεὸν δωροδοκητέον· [13] ὁ γὰρ πάντων ἀνενδεὴς οὐ δια- 145
βλητέος [14] ὑφ' ἡμῶν ὡς ἐνδεής. Φανερώτερον δὲ ἐκθήσομαι τὰ
ἡμέτερα.

5. [1] Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ, τὴν δὲ ἀρχὴν λόγου δύναμιν παρει-

9. *Τοῦτον . . . καταλαμβανόμεθα*] Coll. Roman. 1, 20.

10. *ἡμῶν*] Par. 2 *ὑμῶν*. Caeterum nota usum voculae *χάριν*, quippe genitivo antepositae, ut cc. 6. 7. 19 (*χάριν δὲ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως*). 21 (bis). 23 (bis). 34. Idem usus apud alios posterioris aetatis scriptores deprehenditur sequente infinitivo cum articulo. Cf. Iustin. Dial. c. Tr. c. 65 et Polyb. V. cc. 64. 88. 103. Interdum vero etiam Tatianus vulgarem regulam servat, ut supra: *τίνος χάριν*, et cc. 1. 18. 33. 34.

11. *ἐμοὺς*] Hanc vocem Ducaeus et Maranus ex Par. 1 apposuerunt: caeteri omiserunt.

12. *Πνεῦμα . . . θεῷ*] Scholion in marg. Par. 1: *Πνεῦμα τὴν δημιουργικὴν ἕξιν ἀκουστέον νῦν εἶτουν δύναμιν, ἣν τῇ ὕλῃ ἐγκατασκείρας θεὸς τὰς διαφόρους ἐν τῷ ὁρατῷ τούτῳ ἀπετέλεσε φύσεις, ζώων χερσαίων, ἐνύδρων, πτηνῶν, ξωοφύτων, φυτῶν. Per spiritum intelligimus habitum creativum sive potentiam, quâ materiae insertâ deus varias in hoc orbe visibili produxit naturas, animalium terrestrium, aquatilium, volatilium, plantanimalium, vegetabilium.* — Pro *ὅπερ δὲ* Aet., Par. 2, Fris. (pariter Gesner. et Herold.) *ὅσπερ δὲ* habent.

13. *ὁ γὰρ . . . ἐνδεής*] Coll. Actt. apostt. 17, 25. — Dii Gentilium c. 10 *δωρολῆπται* vocantur. Cf. Daniel l. c. p. 147 sq..

14. *ὑφ' ἡμῶν*] Gesner., Herold., Worth. cum Fris. *ὑφ' ὑμῶν*. Aet. *ὑφ' ἡμῖν*.

1. *Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ* etc.] Coll. Ioann. 1, 1 sqq.. — Scholion in marg. Par. 1: *Ἔοικεν οὗτος ὁ ἀνὴρ μὴ πάνυ ἀπηλλάχθαι τῆς Ἀρειανικῆς ἐρεσχελίας. Ὀργανικὸν αἴτιον ὑφιστᾷ* [sic — coll. c. 1. n. 25] *τὸν υἱὸν ἐν οἷς φησι· Καθ' ὃ πᾶσα δύν., ὁρ. τε καὶ ἀορ. αὐτ. ὑπ. ἦν ἤγουν οὐσίωσις, σὺν α. τὰ πάντα· σὺν αὐτῷ διὰ λογ. δυν. αὐτ. κ. ὁ λόγος . . . τοῦ πατρὸς γί-*

stiterit parens. Hunc ex iis quae creavit cognoscimus, et potentiam eius invisibilem ex operibus apprehendimus. Opus ab eo nostra causa factum adorare nolo. Sol et luna propter nos facta sunt: quomodo ergo meos ministros adorem? Quomodo ligna et lapides pronuntiem deos? Est enim spiritu diviniore inferior spiritus qui materiam pervadit: qui quidem, quum animae assimilatus sit, non eodem honore colendus est ac perfectus deus. Sed neque inenarrabilem deum muneribus afficere debemus; nam qui nullius rei indigus est non traduci debet a nobis tamquam egenus. Apertius autem nostra exponam.

5. Deus erat in principio, principium autem rationa-

νεται· τοῦτον l. τοῦ κ. τὴν ἀρχήν. Ἰδοὺ γὰρ διὰ μὲν τοῦ ἀνωτέρω μικρὸν πρὸ τῆς ὁρατῆς κτίσεως μόνον εἰσάγει τὸν Θεὸν ὄντα, ἔχοντα μέντοι ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ κόσμου οὐσίωσιν, ὥσπερ δὴ καὶ τὸν υἱόν· ὃ καὶ αὐτὸ δόγμα Ἀρειανῶν. [Istam scholii particulam iam suppeditavit Longuerue in sua Dissertatione de Tatiano p. XII.] Φασὶ γὰρ οὗτοι τὸ Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος ἐν ἀρχῇ τὸν πατέρα φάσκειν τὸν εὐαγγελιστήν· οὗτος δὲ [scil. Tatianus] καὶ ἀσεβέστερον ἐκείνων διὰ τοῦ οὐσίωσιν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων φάσκει τὸν υἱόν, ἣν οὐσίωσιν δύναμιν ἔδοξεν ὀνομάζειν. Προβαλὼν δὲ οὐκ ἐρυθριᾷ ὁμοταγῆ τῆς κτίσεως ποιῶν τὸν υἱόν· εἰκὼν δὲ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα διὰ λογικῆς δυνάμεως ὑποστῆσαι τὸν Θεόν, ἑρμηνεύων [sic — pro ἑφερμ.] ἑαυτὸν τὴν λογικὴν βούλεται δύναμιν καλεῖν. Ἐπιφέρει· Τῷ δὲ θελήματι τῆς ἁπλ. αὐτοῦ ἐκπηδᾷ [sic — nam in textu codicis est προπηδᾷ] λόγος· ὃν καὶ ἔργον πρωτότοκον τοῦ πατρὸς καὶ ἀρχὴν τοῦ κόσμου οὐκ ἐνάρκησεν εἰπεῖν. Εἶτα σαφέστερον τῇ βλασφημίᾳ χωρῶν, Γέγονεν, ἐπάγει, κατὰ μερισμόν, τῇ ποιήσει καὶ τὸ συναΐδιον τοῦ υἱοῦ ἀθετῶν, καὶ διὰ τὴν χρείαν τῆς κτίσεως ὑπὸ τοῦ πατρὸς προαγόμενος [exspectabas: τοῦ διὰ τὴν χρείαν... προαγομένου], ὀργανικὴν διδοὺς τῷ υἱῷ τὴν αἰτίαν, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐτόλμησαν, ὡς ἔφημεν, εἰπεῖν οἱ ἄνθρωποι [leg. Ἀρειανοί], ἐκ τῶν τοῦ Πλάτωνος ὁρμηθέντες λήρων, ᾗς, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ὑπὲρ πᾶσαν σωματικὴν ἔννοιάν ἐστι, καὶ φθορᾶς ἁπάσης ὑπερανεστηκώς, καὶ αἰσθήσει ἀπροσπέλαστος, καὶ ἀρχῆς ἁπάσης ἐπέκεινα, ἀνάξιος καὶ ὁ ὑπὸ ἀρχὴν κόσμος τῆς τούτου προαγωγῆς. Εἰ γὰρ θεὸς προήγαγε τὸν υἱὸν ὡς ἂν διὰ ὀργάνου προσαγάγοι [leg. προαγάγοι] τόνδε τὸν αἰσθητὸν καὶ φθορᾷ

λήφαμεν. [2]Ὁ γὰρ δεσπότης τῶν ὅλων, αὐτὸς ὑπάρχων τοῦ παντὸς ἡ ὑπόστασις, κατὰ μὲν τὴν μηδέπω γεγενημένην ποίησιν μόνος ἦν· καθὸ δὲ πᾶσα δύναμις, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, σὺν αὐτῷ τὰ πάντα· σὺν αὐτῷ διὰ λογικῆς δυνάμεως αὐτὸς καὶ ὁ λόγος, ὃς ἦν ἐν αὐτῷ, ὑπέστησε. [3]Θελήματι δὲ τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ προπηδᾷ λόγος· ὁ δὲ λόγος, οὐ κατὰ κενοῦ χωρήσας, ἔργον πρωτότοκον τοῦ πατρὸς γίνεται. Τοῦ- B

συνόμιλον κόσμον, ταύτῃ καὶ ὁ υἱός, ἅτε ἀρχὴν ἐσχηκώς, νὰ δευτερεῖα τῆς ἀκραιφνοῦς θεότητος ἀποφέρεται. — Tatianus verbis τὴν δὲ ἀρχὴν λόγου δύναμιν παρειλήφαμεν etc. et τοῦτον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν etc. indicat se quamdam traditionem dogmaticam sequi. Sane doctrinam de logo quod attinet vestigiis insistit Iustini: quocum etsi non in verbis tamen ipsa re consentit. Clericus (Histor. eccles. duorum prim. saecc. p. 736), „si tersior esset scriptor Tatianus," legendum censeret: Θεὸς ἦν ἀρχή, ἐν ἀρχῇ δὲ λόγου δύναμιν παρειλήφαμεν. Petavius (Theol. Dogm. de Trinit. I. c. 3. §. 5) et Clericus (l. c.) vocem ἀρχῆς bis *initium* s. *originem rerum* interpretati sunt; rectius Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 152 sq.) et Kahnis (*Die Lehre v. heil. Geiste* P. I. p. 237) illud ἐν ἀρχῇ, prout in Scriptura usurpatur, de tempore ante mundi creationem („Gott war in Anfang des Seins") et τὴν ἀρχὴν proxime sequens de principio („das Princip des Seins war die λόγου δύναμις") explicuere: ita quidem, ut λόγου δύναμιν ille statueret principium esse d e i, hic m u n d i. Paullo infra de logo: Τοῦτον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν. Sic etiam Iustinus Dial. c. Tr. c. 62 ἀρχὴν πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων vocat. Ibidem c. 61 (cf. n. 1): ἀρχὴν πρὸ πάντων τῶν κτισμάτων ὁ Θεὸς γεγέννηκε δύναμίν τινα ἐξ ἑαυτοῦ λογικήν. Denique λόγου δύναμις vel λογικὴ δύναμις Bullo (Defens. fid. Nic. sect. 3. c. 6), Nourrio (Appar. ad Biblioth. Max. vett. Patrr. P. I. p. 534), Marano idem sonat atque ipsemet λόγος. Is c. 7 ἡ τοῦ λόγου δύναμις dicitur (videsis ibi n. 11); coll. Iustin. l. c. c. 61. p. 284. C, c. 105. p. 332. C, c. 128. p. 358. C. Sed quum Tatianus doceat λόγον quidem e deo prodire, λογικὴν vero δύναμιν in deo remanere non minutam: Petavio, Clerico, Danieli est *potentia* s. *facultas rationalis*, secundum quam deus omnia producere potest, „die ewige Vernunftkraft Gottes." Baur (*Die chr. Lehre von der Dreieinigkeit* P. I. p. 167) reddidit „der Logos seiner ideellen Bedeutung nach;" Kahnis (coll. Tholuckii *Litter. Anz. f. chr. Theol.* 1843. N. 38. p. 303): „die Potenz des Logos." Dicit enim Tatianus: Deus, ὑπόστασις universi (sive is per quem omnia subsistunt, „der immanente Grund alles Seins"), solus erat, quatenus logos nondum prodierat et mundus nondum actù

lem potentiam esse accepimus. Dominus enim universorum, qui ipse est universi substantia, quatenus quidem creatura nondum erat facta, solus erat; quatenus autem omnis potentia eorumque quae videntur et non videntur substantia erat, erant cum eo omnia: cum eo per rationalem potentiam ipse etiam logos, qui erat in eo, substitit. Voluntate autem simplicitatis eius prosilit logos; logos autem, non frustra progressus, fit opus primogenitum patris. Hunc

erat extra ipsum (κόσμος αἰσθητός); quatenus autem deus, qui omnia potest, ὑπόστασις universi erat (sive omnes res visibiles et invisibiles in se complectebatur), mundus una cum eo erat potentialiter („der Idee nach," „als Gedachtes") per λογικὴν δύναμιν quae in ipso erat. Per hanc igitur δύναμιν omnia, et ipse λόγος, in deo primum potentia sola ac facultate exstiterunt; dein vero ex illa λόγος prodiit, ἔργον πρωτότοκον τοῦ πατρός, seu suâ peculiari ὑπάρξει coepit exsistere, ut mundum conderet: τοῦτον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν.

2. Ὁ γὰρ... ὑπέστησε] Haec Tertallianus adv. Prax. c. 5 libere (ut asselet: cf. c. 2. n. 5) imitatus est: „Ante omnia deus erat solus, ipse sibi et mundus et locus et omnia. Solus autem, quia nihil extrinsecus praeter illum. Ceterum ne tunc quidem solus; habebat enim secum quam habebat in semet ipso, rationem suam scilicet." — Pro γεγεννημένην Kell (Opuscc. acad. ed. Goldhorn p. 486) et von Cölln (*Münscher's Lehrb. d. chr. Dogmengesch.* ed. 3. P. I. p. 172) incepto γεγεννημένην legerunt. — Gesnero et Heroldo exceptis editores, Morellum secuti, particulam γάρ, quae ab omnibus codd. mstis abest, verbis σὺν αὐτῷ adiecerunt. Maranus vero temere censuit haec omnia, σὺν αὐτῷ γάρ, eiicienda esse, ac reddidit: *quatenus... erat, omnia cum eo per rationalem potentiam sustentabat ipsum etiam illud Verbum, quod erat in eo.*

3. Θελήματι... γίνεται] Iustinus l. c. c. 100: πρὸ πάντων ποιημάτων ἀπὸ τοῦ πατρὸς δυνάμει αὐτοῦ καὶ βουλῇ προελθόντα. Coll. c. 128. Sic alii quoque patres: Semisch *Justin d. Märt.* P. II. p. 282. n. 4; cf. ibidem n. 1 de verbo προπηδᾶν. — Venema (Institt. histor. eccl. Tom. III. p. 423), Gesneri versionem *(Cum voluit autem ipse, Verbum ex eius simplicitate prosilit)* secutus, pro τῆς ἁπλότητος legi maluit ἐξ ἁπλότητος: *ex simplici natura patris.* Eamdem coniecturam Baur (l. c. p. 166: „aus dem einfachen Wesen Gottes") tacite probavit. Quid? Lectio codicum si vera est, θέλημα ἁπλότητος dicitur pro θέλημα ἁπλοῦν. Ita iam Rössler *Biblioth. d. Kirchenvv.* P. I. p. 257 interpretatus est. Etiam Möhler *(Patrologie,* herausgeg. von Reithmayr, Tom. I. p. 263): „Durch seinen einfachen Willen aber geht der Logos hervor." Sensum Daniel

τον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν. 4 Γέγονε δὲ κατὰ μερισμόν, 8
οὐ κατὰ ἀποκοπήν· τὸ γὰρ ἀποτμηθὲν τοῦ πρώτου κεχώρισται,
τὸ δὲ μερισθὲν οἰκονομίας τὴν αἵρεσιν προσλαβὸν οὐκ ἐνδεᾶ τὸν

(l. c. p. 155) recte constituit sic: „Das Hervorgehen des λόγος aus Gott war für Gott keine Nothwendigkeit, sondern reiner, freier Willensact.“ — Verba οὐ κατὰ κενοῦ χωρήσας Worthus mirum in modum interpretatus est: *non ex inani procedens.* „Id enim sibi vult Tatianus: patrem ex hac productione λόγου non exinanitum vel exhaustum esse divinitate sua.“ Melius Maranus transtulit: *in vacuum.* „Verbum non progressum est in vacuum et inane, quia statim atque progressum est mundus e nihilo eductus.“ Sensum illustravit verbis Tertulliani l. c. c. 7: „At ego nihil dico de deo inane et vacuum prodire potuisse“ etc.. Adstipulatus est Daniel (l. c.), recte sic pronuntians: „Der göttliche λόγος ist nicht vergeblich, nicht ohne Ursach aus Gott hervorgegangen; er ging hervor, und sogleich entstand die Welt: τοῦτον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν.“ Nempe κατὰ κενοῦ adverbialiter dictum est, ut κατὰ κοινοῦ (c. 1. n. 26), καθ' ὅλου, κατὰ παντός, et valet i. q. *frustra.* Exempla exhibet Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. IV. p. 1433.— De formula ἔργον πρωτότοκον τοῦ πατρὸς coll. Coloss. 1, 15. Etiam a Iustino logos τέκνον πρωτότοκον τῶν ὅλων κτισμάτων (l. c. c. 125), πρωτότοκος πάσης κτίσεως (cc. 85 et 138), πρ. τῶν πάντων ποιημάτων (c. 84), πρ. τοῦ θεοῦ (c. 100) vocatur. Dicit Trypho Iudaeus l. c. c. 64: τοῦ θεοῦ τοῦ καὶ αὐτὸν τοῦτον (Christum) ποιήσαντος, neque refutatur. Caeterum pro τοῦ πατρός, quod Par. 1 firmatur, Gesnerus (ex Fris.) caeterique editores, praeter Ducaeum et Maranum, mendose τοῦ πνεύματος dederunt. Ita paullo post: ὁ λόγος προελθὼν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς δυνάμεως. Et c. 7: λόγος γὰρ ὁ ἐπουράνιος πνεῦμα γεγονὼς ἀπὸ τοῦ πατρός. Pariter voces istae (πρς et πνς) in Iust. Dialogo c. 30 (n. 2) confunduntur. Similis error infra apud Tatianum deprehenditur: c. 39. n. 9.

4. *Γέγονε δὲ* etc.] Scriptor vestigia Iustini persequitur. Dial. c. 61 (n. 6): *Λόγον γάρ τινα προβάλλοντες, λόγον γεννῶμεν, οὐ κατ' ἀποτομήν, ὡς ἐλαττωθῆναι τὸν ἐν ἡμῖν λόγον, προβαλλόμενοι. Καὶ ὁποῖον ἐπὶ πυρὸς ὁρῶμεν ἄλλο γινόμενον, οὐκ ἐλαττουμένου ἐκείνου ἐξ οὗ ἡ ἄναψις γέγονεν, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ μένοντος, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀναφθὲν καὶ αὐτὸ ὂν φαίνεται, οὐκ ἐλαττῶσαν ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἀνήφθη.* C. 128: *Ἐν τοῖς προειρημένοις* (c. 61) *διὰ βραχέων τὸν λόγον ἐξήτασα, εἰκὼν τὴν δύναμιν ταύτην γεγεννῆσθαι ἀπὸ τοῦ πατρός, δυνάμει καὶ βουλῇ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐ κατ' ἀποτομήν, ὡς ἀπομεριζομένης τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ὁποῖα τὰ ἄλλα πάντα μεριζόμενα καὶ τεμνόμενα οὐ τὰ αὐτά ἐστιν ἃ καὶ πρὶν τμηθῆ-*

scimus esse mundi principium. Natus est autem per participationem, non per resectionem; quod enim resectum est a primo separatur, quod vero particeps factum est, assumtâ oeconomiae electione, non egenum reddit eum ex quo de-

ναι· καὶ παραδείγματος χάριν παρειλήφειν τὰ ὡς ἀπὸ πυρὸς ἀναπτόμενα πυρά, ἃ ἕτερα ὁρῶμεν, οὐδὲν ἐλαττουμένου ἐκείνου ἐξ οὗ ἀναφθῆναι πολλὰ δύνανται, ἀλλὰ ταὐτοῦ μένοντος. — Transtulit Longuerue l. c. p. XIII κατὰ μερισμὸν *per partitionem* (Abtheilung: Gesner. *per divisionem*, Theilung); magis vero accommodate ad mentem scriptoris Clericus l. c. p. 737, quum μερισμὸς a μερίζεσθαι, *participem fieri* (cf. Steph. Thes. s. v.), derivatum sit, *per participationem* (Theilhaftwerdung: Maran. *per communicationem*, Mittheilung). Sensus: Participat λόγος, peculiarem ὕπαρξιν nactus, λογικὴν δύναμιν patris, ut fax accensa lucem participat facis ex qua accenditur. Οὐ κατὰ ἀποκοπήν: scilicet λόγος a deo non tamquam resectus (abscissus, amputatus) est, sed deus integram sibi servavit suam λογικὴν δύναμιν, e qua absque eius imminutione λόγος prosiliit, sicut fax accensa non minuit flammam eius facis unde accenditur. Pro ἀποκοπὴν exspectaveris ἀποτομήν, quum Iustinus ll. cc. hac voce utatur et Tatianus ipse statim dicat: τὸ γὰρ ἀποτμηθὲν etc.. Non muto. — Sed difficiliora sunt verba οἰκονομίας τὴν αἵρεσιν προσλαβόν. Gesnerus οἰκονομίαν explicuit in universum de functione: *quod vero dividitur, id functione donatum propria, nihil imminuit illum a quo vim suam sumpsit;* Maranus autem et Moehlerus (l. c. p. 264) de administratione mundi: *quod vero per communicationem progreditur, voluntariam administrationem suscipiens,* [„derjenige aber der das Wesen gemeinsam hat und die freiwillige Verwaltung der Welt übernimmt" etc.] *id eum non imminuit ex quo desumtum est.* Pariter Clericus: *quod vero est particeps factum, creandi et gubernandi mundi partes in se suscipiens, non relinquit a quo desumtum est egenum;* „nisi forte haec sit auctoris mens: Rationem (λόγον) voluisse humanam naturam accipere." De natura divina, „*d. Natur des göttlichen Wesens,*" intellexit Daniel (l. c. p. 164), ut sensus sit: „Was durch Mittheilung entstanden ist, [τὸ μερισθέν, *quod particeps factum est*] wie das an einem andern Lichte entzündete Licht, das hat zwar an der Natur dessen woher es genommen Theil und ist desselben Wesens, macht aber das von dem es genommen ist an dieser Natur nicht ärmer." Ad hanc vocis significationem probandam laudavit locum Tertulliani adv. Prax. c. 2: „Custodiatur οἰκονομίας sacramentum, quae unitatem in trinitate disponit, tres dirigens, patrem et filium et spiritum sanctum." Ad eumdem locum respiciens Baur (l. c. p. 178) hocce modo interpretatus est: „Das

κάζουσι δὲ ἡμῖν οὐ Μίνως οὐδὲ [2]Ῥαδάμανθυς, ὧν πρὸ τῆς τε-
λευτῆς οὐδεμία τῶν ψυχῶν ὡς μυθολογοῦσιν ἐκρίνετο· δοκιμα- 146
στὴς δὲ αὐτὸς ὁ ποιητὴς θεὸς γίνεται. [3]Κἂν γὰρ πάνυ φληνά-
φους καὶ σπερμολόγους ἡμᾶς νομίσητε, μέλον οὐκ ἔστιν ἡμῖν,
ἐπεὶ τούτῳ τῷ λόγῳ πεπιστεύκαμεν. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ὢν πρὶν
[4]ἢ γενέσθαι τίς ἦμην οὐκ ἐγίνωσκον, μόνον δὲ [5]ἐν ὑποστάσει
νῆς σαρκικῆς ὕλης ὑπῆρχον, γεγονὼς δὲ ὁ μὴ πάλαι διὰ τῆς
γενέσεως τὸ εἶναι πεπίστευκα· τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ γενόμενος
καὶ διὰ θανάτου μηκέτι ὤν, αὖθίς τε μηκέθ' ὁρώμενος, ἔσομαι
πάλιν, ὥσπερ μὴ [6]πάλαι γεγονὼς εἶτα γεννηθείς. [7]Κἂν πῦρ
ἐξαφανίσῃ μου τὸ σαρκίον, ἐξατμισθεῖσαν τὴν ὕλην ὁ κόσμος B
κεχώρηκεν· κἂν ἐν ποταμοῖς, κἂν ἐν θαλάτταις ἐκδαπανηθῶ, 10
κἂν ὑπὸ θηρίων διασπασθῶ, ταμείοις ἐναπόκειμαι πλουσίου δεσπό-
του. Καὶ ὁ μὲν πτωχὸς καὶ ἄθεος οὐκ οἶδε τὰ ἀποκείμενα·

τελῶς, Maranus male *in perpetuum* vertit; cf. Iustin. De mon. c. 1. n. 11. Idem pro ἔσεσθαι (scil. σωμ. ἀνάστασιν πεπιστεύκαμεν) vitiose εἶσεσθαι edidit. Gesnerus vero praepositione διὰ omissa coniecit legendum esse μόνων τ. ἀ. τὴν ἀνάστασιν ἔσεσθαι.

2. Ῥαδάμανθυς] Worth. Ῥαδάμανθος, contra cunctos codd. mstos et editos. Locus gemellus est c. 25:... κρίτας εἶναι Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν, ἐγὼ δὲ αὐτὸν τὸν θεόν. Iustinus Apol. I. c. 8: Πλάτων δ' ὁμοίως ἔφη Ῥαδάμανθυν καὶ Μίνω κολάσειν τοὺς ἀδίκους παρ' αὐτοὺς ἐλθόντας· ἡμεῖς δὲ τὸ αὐτὸ πρᾶγμά φαμεν γενήσεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. Tatianus non Christum sed ipsum dicit deum futurum iudicem, ut chiliasmum reiiciat parusiae illius adiunctum.

3. Κἂν . . . ἡμῖν] Coll. Actt. apostt. 17, 18. Ibi Paulus a gentilibus philosophis σπερμολόγος vocatus est, quod nuntium de Iesu et resurrectione iis traderet. — Pro μέλον Aet. vitiose μέλλον. — Τούτῳ τῷ λόγῳ (vitiose Galland. τούτῳ λόγῳ et Worth. τ. τῷ Λόγῳ): scil. qui affertur verbis proxime sequentibus Ὥσπερ γὰρ etc..

4. ἢ] A Par. 2 abest.

5. ἐν ὑποστάσει] *Hypostasis* est prima materia, potentiâ solum non actu. Argumentum tale videtur: Quaedam potentiâ tantum sunt, quaedam actu, quaedam neutro modo et omnino nihil: sed corporis nostri materia, post primam materiam semel conditam, semper existens potentia, tandem in actum producta est: sic etiam in corruptione, cum non ad nihilum redigatur, sed pristinam potentiam servet, qualem habuit antequam nasceretur, tam credibile est eam rursus ad secundum actum redituram, quam cer-

nobis non Minos nec Rhadamanthus faciunt, quorum ante obitum nulla ut fabulantur anima iudicabatur; sed arbiter est ipse creator deus. Etiamsi enim vobis omnino nugatores et blaterones videamur, parvi pendimus, quum hac ratione adducti crediderimus. Quemadmodum enim, quum non essem antequam nascerer, ignorabam quis essem, ac tantum in substantia carneae materiae exsistebam, natus autem qui olim non eram ex nativitate consecutus sum ut me exsistere non dubitem: eodem modo natus, et per mortem esse ac videri desinens, denuo exsistam, sicut quum olim non essem postea genitus sum. Etiamsi mea caro igne evanescat, diffusam instar vaporis materiam mundus excepit; etiamsi in fluminibus, etiamsi in mari absumar, etiamsi a feris dilanier, thesauris recondor divitis domini. Ac inopem quidem et atheum latent quae recondita sunt: deus autem

tum est in homine vivente eam praesentem habere actum. Cur enim quod semel factum est, conditione simili manente, non iterum quoque fiat? Atqui similis est conditio corporis corrupti et nondum geniti. *Gesnerus.* — Tertullian. l. c.: „Sed quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? Considera temetipsum, o homo, et fidem rei invenies. Recogita quid fueris antequam esses: utique nihil; meminisses enim si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras priusquam esses, idem nihil factus quum esse desieris, cur non possis esse rursus de nihilo eiusdem ipsius auctoris voluntate qui te voluit esse de nihilo? Quid novi tibi eveniet? Qui non eras, factus es; quum iterum non eris, fies. Redde si potes rationem qua factus es, et tunc require qua fies. Et tamen facilius utique fies quod fuisti aliquando, quia aeque non difficile factus es quod nunquam fuisti aliquando.“ Cf. Semisch *Justin d. Märt.* P. II. p. 139.

6. *πάλαι*] Aet., Par. 2, Fris. *πάλιν*. Ita etiam Gesner. et Herold.: quorum ille veram lectionem coniectura assecutus est.

7. *Κἂν πῦρ* etc.] Huc respexit Athenagoras De resurrect. c. 8: *Ἐνοῦται προσφυῶς ἕκαστον ἑκάστῳ, κἂν πυρὶ καυσθῇ, κἂν ὕδατι κατασαπῇ, κἂν ὑπὸ θηρίων ἢ τῶν ἐπιτυχόντων ζώων καταδακανηθῇ, κἂν τοῦ πάντος σώματος ἐκποπὲν προδιαλυθῇ τῶν ἄλλων μέρων.* Cf. Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 243. — Pro *μοῦ τὸ σαρκίον* (Par. 1 et Aet.) praebent editores (excepto Marano) pariter atque Par. 2 et Fris. *πᾶν τὸ σαρκίον*. Mox Aet. et Fris. non *κόσμος* sed mendose *κόσμον* (sic etiam Gesner., qui genuinam lectionem in marg. notavit, et Herold.) habent.

θεὸς δὲ ὁ βασιλεύων, ὅτε βούλεται, τὴν ὁρατὴν αὐτῷ [8]μόνῳ ὑπόστασιν ἀποκαταστήσει πρὸς τὸ ἀρχαῖον.

7. Λόγος γὰρ ὁ ἐπουράνιος, [1]πνεῦμα γεγονὼς ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ λόγος ἐκ τῆς λογικῆς δυνάμεως, κατὰ τὴν τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν [2]πατρὸς μίμησιν εἰκόνα τῆς ἀθανασίας τὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν, ἵνα, ὥσπερ ἡ ἀφθαρσία παρὰ τῷ θεῷ, τὸν C αὐτὸν τρόπον [3]θεοῦ μοῖραν ἄνθρωπος μεταλαβὼν ἔχῃ καὶ τὸ ἀθάνατον. Ὁ μὲν οὖν λόγος πρὸ τῆς τῶν [4]ἀνδρῶν κατασκευῆς ἀγγέλων δημιουργὸς γίνεται. [5]Τὸ δὲ ἑκάτερον τῆς ποιήσεως εἶδος αὐτεξούσιον γέγονε, τἀγαθοῦ φύσιν μὴ ἔχον, [6]ὃ πάλιν μόνον παρὰ τῷ θεῷ, τῇ δὲ ἐλευθερίᾳ τῆς προαιρέσεως ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκτελειούμενον· ὅπως ὁ μὲν φαῦλος δικαίως κολάζηται, [7]δι' αὐτὸν γεγονὼς μοχθηρός, ὁ δὲ δίκαιος χάριν τῶν ἀνδραγαθημάτων ἀξίως ἐπαινῆται, κατὰ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ θεοῦ μὴ παραβὰς τὸ βούλημα. Καὶ τὰ μὲν περὶ τοὺς ἀγγέλους D καὶ ἀνθρώπους τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Ἡ δὲ τοῦ λόγου δύ- 11
ναμις ἔχουσα παρ' ἑαυτῇ προγνωστικὸν [8]τὸ μέλλον ἀποβαίνειν,

Dein Herold. κεχώρικεν fecit. Denique pro θαλάτταις vulgo θαλάσσαις (cf. c. 1. n. 15) legitur.

8. μόνῳ] Aet. et Fris. μόνῃ. Pariter Gesner. et Herold.; sed ille sinceram scripturam, Par. 1 et 2 probatam, indicavit. Argutius quam verius Barthius in Adversar. lib. LIV. c. 24 (Francof. 1624) p. 2565 legit μόνῳ λόγῳ, ut scriptor diceret „*solo uno verbo* deum illa efficere posse quae misellus homo impossibilia existimet."

1. πνεῦμα] Recte Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 168): „Offenbar ist hier πνεῦμα generische Bezeichnung eines geistigen Wesens; es bezeichnet das Princip des hervorgegangenen λόγος." — De verbis λόγος ἐκ τῆς λογικῆς δυνάμεως c. 5. n. 1 adeas.

2. πατρὸς] Deest in Par. 2. — Cum verbis εἰκόνα τῆς ἀθανασίας coll. lib. Sapient. 2, 23: ὁ θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπ' ἀφθαρσίᾳ καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος (cf. Grimm ad h. l.) ἐποίησεν αὐτόν.

3. θεοῦ μοῖραν] Par. 2 θεοῦ μοίρας. Hac dei portione non animam (ψυχήν — Worth.) sed spiritum (πνεῦμα θεῖον cf. n. 12 — Keil Opuscc. acad. ed. Goldhorn p. 680) intelligit; quatenus is inhaerebat protoplastis, dei imaginem repraesentabant: ab hoc spiritu anima illorum accepit immortalitatem. Cf. Daniel l. c. p. 205. n. 4.

4. ἀνδρῶν] Fortasse ἀνθρώπων. Nam illud convenit dictioni poeticae. Sic Homero Iuppiter saepe πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε vo-

regnator, quando vult, conspicuam sibi soli substantiam reducet in pristinum statum.

7. Logos enim coelestis, spiritus a patre natus et logos ex rationali potentia, ad imitationem patris, a quo genitus est, imaginem immortalitatis hominem fecit: ut, quemadmodum immortalitas est apud deum, sic homo, dei portionis particeps factus, habeat etiam immortalitatem. Logos sane quidem ante homines creatos angelorum fit opifex. Utraque autem creaturae species libera facta est, non habens naturam boni, quod iterum est dumtaxat apud deum, ab hominibus autem libera animi inductione perficitur: ut malus merito puniatur, ut qui sua culpa improbus factus sit, iustus autem ob recte facta iure laudetur, ut qui libero utens arbitrio voluntatem dei transgressus non sit. Atque ita quidem se habent quae angelos et homines spectant. Logi autem potentia quum in se praevideret quid esset

catur. Menda facile esse potest ex non animadverso scripturae compendio, quo ἀνων poni solet pro ἀνθρώπων. Cf. Iustin. Opp. Tom. II (= Corp. Apoll. Vol. III) Prolegg. p. XVI. Coll. similem errorem infra c. 39. n. 9. Non muto.

5. Τὸ...γέγονε] Iustinus Apol. II. c. 7: Δύτεξούσιον τό τε τῶν ἀγγέλων γένος καὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν ὁ θεός. Cf. librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 141.

6. ὃ πάλιν] Aet., Par. 2, Fris. ὅπλην. Sic etiam Gesner. et Herold. dederunt. Ille πλὴν (pro ὅπλην) coniecit legendum, idque Morell. et Worth. in textu posuerunt. Duc. et Maran. ex Par. 1 ὃ πλὴν obtulerunt. Par. 2 in marg.: ὅπερ μόνῳ πάρεστι τῷ θεῷ. Inde non male forsan legeris ὅ π ε ρ [scil. τὸ ἀγαθὸν] μόνον παρὰ τῷ θεῷ. Sed secundum vestigia codicis Par. 1 cum Daniele (l. c. p. 207) scribendum esse videtur ὃ πάλιν μόνον παρὰ τῷ θεῷ. Pariter πλὴν et πάλιν in Act. c. 12. n. 5 commutata sunt. Ita hoc commation respondet praecedenti: ὥσπερ ἡ ἀφθαρσία παρὰ τῷ θεῷ. „Inest deo immortalitas“ — „porro (πάλιν, wiederum) τὸ ἀγαθόν.“ Id quidem deo φυσικῶς inest, ab hominibus vero τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς προαιρέσεως perficitur. Similiter docuit Origen. De princip. I. 5, 3.

7. δι' αὐτὸν] Non opus est δι' αὐτὸν (Worth. —; illud scripteri tribuas qui ex sua mente loquitur) aut δι' αὐτοῦ (Daniel l. c. p. 206 —: cf. Bretschneideri Lex. man. in N. T. ed. 3. p. 94) scribere.

8. τὸ μέλλον] Melius τοῦ μέλλοντος, ut observat Worthus. *Maranus.* — Statim Act. ὑποβαί-

οὐ καθ' εἱμαρμένην, τῇ δὲ τῶν αἱρουμένων αὐτεξουσίων γνώμῃ, τῶν μελλόντων προῦλεγε τὰς ἀποβάσεις· καὶ τῆς μὲν πονηρίας κωλυτὴς ἐγίνετο διὰ ἀπαγορεύσεων, [9]τῶν δὲ μενόντων ἀγαθῶν ἐγκωμιαστής. [10]Καὶ ἐπειδή τινι φρονιμωτέρῳ παρὰ τοὺς λοιποὺς ὄντι διὰ τὸ πρωτόγονον συνεξηκολούθησαν καὶ θεὸν ἀνέδειξαν οἱ ἄνθρωποι καὶ τὸν ἐπανιστάμενον τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ, τότε ἡ τοῦ λόγου δύναμις τόν τε [11]ἄρξαντα τῆς ἀπονοίας καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας τούτῳ τῆς σὺν αὐτῷ διαίτης παρῃτήσατο. Καὶ ὁ μὲν κατ' εἰκόνα τοῦ θεοῦ γεγονώς, χωρισθέντος 147
ἀπ' αὐτοῦ [12]τοῦ πνεύματος τοῦ δυνατωτέρου, θνητὸς γίνεται·

νειν. Mox Herold. articulum τῶν ante αἱρουμένων praetermisit. Pro αὐτεξουσίων autem fortasse (Maran.) αὐτεξουσίῳ scribendum est; in errorem ducere poterat terminatio vocis praecedentis (—νων) et iota appositum (—σιωι).

9. τῶν δὲ μ. ἀ. ἐγκωμ.] Nourry in Appar. ad Biblioth. Max. vett. Patr. P. I. p. 542: *fructum autem, si* homines *boni permanerent, capiendum demonstrabat.* Daniel l. c. p. 208 verba respicere putat ad Gen. 1, 28 — 31, ideoque reddit: *bonorum autem, quae ipsis erant, exstitit laudator.*

10. Καὶ ἐπειδὴ etc.] Sic serpens φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων dicitur Genes. 3, 1. Diabolus autem secundum Tatiani sententiam (dicit enim διὰ τὸ πρωτ. = *ob primogenituram*) πρωτόγονος (ita paullo infra vocatur) angelorum ideoque inter eos prudentissimus (φρονιμώτερος παρὰ τοὺς λοιποὺς) fuit. Censuit Maranus scriptorem ad verba Iob. 40, 19 respexisse, quae de diabolo veteres interpretes intellexerunt: τοῦτέστιν ἀρχὴ πλάσματος κυρίου. Daniel l. c. p. 188 illam sententiam iudicat inde natam esse, quod antiqui Christiani (cc. 9. 12 — Semisch *Justin d. Märt.* P. II. p. 388. n. 3) deos Gentilium pro daemonibus haberent: quemadmodum inter deos Iuppiter antiquitate potentiâque caeteros superabat, ita antiquissimus ac potentissimus dicebatur diabolus, princeps daemonum. C. 8: οἱ δαίμονες αὐτοὶ μετὰ τοῦ ἡγουμένου αὐτῶν Διός. Hase (*Baumgarten-Crusius Compend. d. christl. Dogmengesch.* Tom. II. p. 216): „Die Vorstellung, dass Satan der Erstgeborne (bei Tatian), meint den Engelfürsten, der er gewesen.“ Coll. ibid. p. 200. Lactant. Div. institt. II. c. 8: „Deus... produxit similem sui spiritum, qui esset virtutibus dei patris praeditus; deinde fecit alterum, in quo indoles divinae stirpis non permansit“ etc.. — Maranus verba συνεξηκολούθησαν et ἀνέδειξαν non ad protoplastos (Daniel l. c. p. 206) vult referri sed ad posteros eorum. Cf. Iustin. Co-

eventurum, non quidem fato, sed libera eligentium voluntate: futurarum rerum eventus praedicebat, ac nequitiam interdictis vetabat, eos autem laudabat qui boni permanerent. At postquam homines unum aliquem praeter reliquos, propterea quod primogenitus erat, callidiorem assectati sunt et eum, etsi legi dei obluctabatur, pro deo habuerunt: tum logi potentia et inceptorem temeritatis et eius sectatores a sua consuetudine exclusit. Atque is quidem qui ad imaginem dei factus erat, discedente ab eo potentiore spiritu, fit mortalis; ille autem primogenitus propter trans-

hort. ad Gent. c. 21. n. 7. — Particula καὶ ante τὸν ἐπανιστάμενον in Act. omissa est. Pro τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ Par. 2 in marg. μόνῳ τῷ θεῷ.

11. ἄρξαντα] Fris. in marg. ἀρξάμενον. — Συνακολουθήσαντες τούτῳ (diabolo) non sunt angeli lapsi (Daniel l. c. p. 209. n. 2) sed protoplasti; nam paullo ante: τινὶ φρονιμωτέρῳ συνεξηκολούθησαν. Cf. n. 10. Cum verbis σὺν αὐτῷ (cf. n. 7) subaudias τῷ λόγῳ, quum praecedat ἡ τοῦ λόγου δύναμις. Cf. c. 5. n. 1. Illos autem a sua consuetudine exclusit logos, quatenus diabolum e coelo et protoplastos e paradiso eiecit. C. 20: Μετῳκίσθησαν οἱ δαίμονες, ἐξωρίσθησαν οἱ πρωτόπλαστοι· καὶ οἱ μὲν ἀπ' οὐρανοῦ κατεβλήθησαν, οἱ δὲ ἀπὸ γῆς μὲν ἀλλ' οὐκ ἐκ ταύτης, κρείττονος δὲ τῆς ἐντανθοῖ διακοσμήσεως. — Hase (l. c. p. 215): „Es liegt in dieser Ansicht, dass der Sündenfall des Teufels dem des Menschen unmittelbar vorausging, und steht nichts entgegen, dass sich jener zunächst in der Verführung zu diesem äusserlich bethätigt habe, wie Justin (Tryph. c. 124) und Tatian (c. Graec. c. 7) es auffassen, letzterer jedoch die mosaische Erzählung hier nicht voraussetzend, sondern ein sich Anbetenlassen des erstgebornen Engels als Gott, der dadurch zum Teufel ward." Praecivit peccato diaboli in homines commisso peccatum superbiae. Comp. Daniel l. c. p. 197.

12. τ. πνεύμ. τ. δυνατωτέρου] Scil. τῆς ψυχῆς. Infra c. 12 μεῖζον τῆς ψυχῆς dicitur. H. e. illa θεοῦ μοῖρα (n. 3), τὸ θεῖον πνεῦμα (c. 13), πν. τοῦ θεοῦ (c. 13), πν. τὸ οὐράνιον (c. 20) s. ἐπουράνιον (c. 16), πν. τὸ ἅγιον (c. 15), πν. τὸ τέλειον (c. 20). C. 12: Δύο πνευμάτων διαφορὰς ἴσμεν ἡμεῖς, ὧν τὸ μὲν καλεῖται ψυχή, τὸ δὲ μεῖζον μὲν τῆς ψυχῆς θεοῦ δὲ εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις· ἑκάτερα δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πρώτοις ὑπῆρχεν, ἵνα τὸ μέν τι ὦσιν ὑλικοί, τὸ δὲ ἀνώτερον τῆς ὕλης.

διὰ δὲ τὴν παράβασιν [13] καὶ τὴν ἄγνοιαν ὁ πρωτόγονος δαίμων ἀποδείκνυται, [14] καὶ τοῦτον οἱ μιμησάμενοι, τούτου δὲ τὰ φαντάσματα, δαιμόνων στρατόπεδον ἀποβεβήκασι καὶ διὰ τὸ αὐτεξούσιον [15] τῇ σφῶν ἀβελτηρίᾳ παρεδόθησαν.

8. [1] Ὑπόθεσις δὲ αὐτοῖς τῆς ἀποστασίας οἱ ἄνθρωποι γίνονται. [2] Διάγραμμα γὰρ αὐτοῖς ἀστροθεσίας ἀναδείξαντες, ὥσπερ οἱ τοῖς κύβοις παίζοντες, τὴν εἱμαρμένην εἰσηγήσαντο λίαν ἄδικον. [3] Ὁ τε γὰρ κρίνων καὶ ὁ κρινόμενος καθ' εἱμαρ- B
μένην εἰσὶ γεγονότες, καὶ οἱ φονεύοντες καὶ οἱ φονευόμενοι, καὶ οἱ πλουτοῦντες καὶ οἱ πενόμενοι, τῆς αὐτῆς εἱμαρμένης ὑπάρχουσιν ἀπογεννήματα· [4] πᾶσα τε γένεσις, ὥσπερ ἐν θεάτρῳ, 12
τερπωλὴν παρέσχε τούτοις, παρ' οἷς, ὥς φησιν [5] Ὅμηρος,

13. καὶ τὴν ἄγνοιαν] Particulam καὶ epexegetice capias; παράβασις enim cernebatur in ἀγνοίᾳ, *ignorationes* veri dei, dum divinum sibi cultum primogenitus angelorum arrogaret. Praeter necessitatem Maranus mallet κ. τ. ἀπόνοιαν. Alius κ. τ. ἄνοιαν, h. e. *propter dementiam* (Thorheit, Frevel gegen Gott), coniecerit.

14. καὶ τοῦτον οἱ μιμ., τούτου δὲ τ. φαντ.] Sic recte Par. 1 et 2; accedunt Act. et Fris., nisi quod uterque τούτων mendose offert pro τοῦτον. Particula δὲ offensionem non habet; saepe enim ponitur ubi antecedentibus aliquid adiungitur quo illa explicantur. Notum est, ut unum tantummodo exemplum afferam, illud λέγω δέ, quo Tatianus cc. 3. 15 (λοιποῖς δὲ οὐδαμοῦ, λέγω δὲ τοῖς ψυχικοῖς) et alibi utitur; pariter Iustinus, e. g. Dial. c. Tr. cc. 69 et 120. Scholion in marg. Par. 1: συνεξακουστέον τὸ δαίμονες, ἵνα ᾖ· καὶ τοῦτον οἱ μιμησάμενοι δαίμονες ἀποδείκνυνται [= *fiunt*]. Sensus: ii ex angelorum numero, qui illum primogenitum imitati sunt, evaserunt (ἀποβεβήκασι, h. e. *facti sunt*, *sind geworden*: Ast Lex. Plat. Vol. I. p. 228) daemonum exercitus. Cf. Keil l. c. p. 588. n. 26. — Sed aliter ac supra exstat in editis. Gesnerus enim, quem Herold. secutus est, ex Fris. καὶ τούτων οἱ μιμ. τούτου δὲ τ. φαντ. (sic etiam Daniel l. c. p. 187) exhibuit. Quum vero intelligeret vitium in illis verbis culpâ librariorum inesse, τούτων et δὲ uncis inclusit. Atque caeteri editores easdem voculas e textu prorsus eiecerunt. Keil l. c. p. 587 ex δαιμόνων στρατ. tacite δαιμόνιον στρατ. fecit.

15. τῇ σφῶν ἀβελτηρίᾳ] Fris. in marg. τῆς ἀβελτηρίας. Etiam c. 12 τῇ σφῶν ἀβελτηρίᾳ. C. 16 χειμῶνι τῆς σφῶν ἀβελτηρίας. Pro ἀβελτηρίᾳ, si per codicum consensum liceret, ἀβελτερίᾳ scripserim. Sed istam formam, per η,

gressionem et ignorationem daemon fit; et qui hunc imitati sunt, huius videlicet inania visa, daemonum exercitus evaserunt ac propter arbitrii libertatem suae stultitiae traditi sunt.

8. Materia autem defectionis iis homines sunt. Nam quum iis tabulam positionis siderum ostendissent, velut qui tesseris ludunt, fatum introduxerunt valde iniustum. Nam et qui iudicat et qui iudicatur tales secundum fatum facti sunt, et qui occidunt et qui occiduntur, et divites et pauperes, eiusdem sunt fati effectus: ac tota genitura, tamquam in theatro, oblectamentum istis praebuit, apud quos, ut ait Homerus,

valde frequentant scriptores christiani, ut Hase ad Leon. Diac. p. 193. D (p. 409 ed. Bonn.) probavit.

1. Ὑπόθεσις...γίνονται] Iustinus Dial. c. Tr. c. 124 satanam magno casu cecidisse dicit διὰ τὸ ἀποπλανῆσαι τὴν Εὔαν. Sic etiam (Maran.) Irenaeus adv. haer. III. c. 33. §. 8: „Serpens initium et materiam apostasiae suae habens hominem.“ — Sermo hic est de daemonibus, diis Gentilium (c. 7. n. 10). Propter homines defecerunt; nam superbiâ inflati, quemadmodum diabolus (c. 7. n. 11. 13), ideoque divinitatem affectantes (cc. 9. 12), studuerunt illos a deo abducere ac sibi facere addictos: unde fatum (cum astrologiae inventione — cc. 8. 9) induxerunt.

2. Διάγραμμα γ. α. ἀστροθεσίας ἀναδ.] Astrologiam homines a daemonibus edoctos fuisse declarat Tertullianus De idololatria c. 9. [Adde Apolog. c. 35.] *Maranus.* — Sensus: Daemones hominibus monstrarunt siderum figuras, ex quibus ineluctabile cuiusvis posset fatum cognosci. Cum verbis ὥσπερ οἱ τοῖς κύβοις παίζοντες coll. c. 9: εὐαρεστοῦσι δὲ αὐτοῖς οἱ ἑπτὰ πλανῆται, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς πεττοῖς ἀθύροντες. Ut tesserarum iactus dissimiles sunt, sic diversi inter se sunt siderum positus. Cf. c. 9. n. 6.

3. Ὅ τε γὰρ κρ. etc.] Ostendit hoc absurdum sequi, admisso fato, ut ab una eademque causa res contrariae efficiantur, cum aliae tum iustae et iniustae: quod partim fieri non potest, partim etiam impium est. *Gesnerus.*

4. πᾶσα τε γένεσις, ὥσπερ ἐν θεάτρῳ] Verbis πᾶσα γένεσις non designatur *mundi inferioris natura* [Gesner.], sed *tota* illa ut vocant astrologi *genitura*, quae ex tabula positionis siderum constituitur. Hinc ait Tatianus c. 9 iracundum et laboriosum, [animosum et lassum,] temperantem et intemperantem, „ab iisdem geniturae gubernatoribus ta-

[5]*Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν.*
Οἱ γὰρ τοὺς [6]*μονομαχοῦντας βλέποντες καὶ θάτερος θατέρῳ σπουδάζων, καὶ ὁ γαμῶν καὶ παιδοφθορῶν καὶ μοιχεύων, γελῶν τε καὶ ὀργιζόμενος, φεύγων τε καὶ τιτρωσκόμενος,* [7]*πῶς οὐχὶ θνητὸς εἶναι νομισθήσεται; Δι' ὥνπερ γὰρ ἑαυτοὺς ὁποῖοί τινες πεφύκασι τοῖς ἀνθρώποις πεφανερώκασι, διὰ τούτων τοὺς* C *ἀκούοντας ἐπὶ τὰ ὅμοια προετρέψαντο. Καὶ μήτι γε οἱ δαίμονες αὐτοὶ μετὰ τοῦ ἡγουμένου αὐτῶν Διὸς ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην πεπτώκασι, τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν ὥσπερ καὶ οἱ ἄνθρωποι πραττηθέντες; Καὶ ἄλλως δὲ πῶς τιμητέον* [8]*τούτους παρ' οἷς δογμάτων ἐναντιότης ἐστὶ πολλή;* [9]*Ῥέαν μὲν γάρ, ἣν οἱ ἀπὸ τῶν Φρυγίων ὀρῶν Κυβέλην φασίν, ἀποτμήσεις αἰδοίων νενομοθετηκέναι διὰ τὸν ἐρώμενον ταύτης Ἄττιν· Ἀφροδίτη δὲ γάμου πλοκαῖς ἥδεται.* [10]*Μάγος ἐστὶν Ἄρτεμις, θεραπεύει ὁ Ἀπόλλων. Καὶ* D *μετὰ τὴν Γοργοῦς καρατομίαν, τῆς Ποσειδῶνος ἐρωμένης, ἀφ' ἧς Πήγασος ὁ ἵππος καὶ* [11]*ὁ Χρυσάωρ ἀνέθορε, τὰς σταγόνας τῶν αἱμάτων ἡ Ἀθηνᾶ καὶ Ἀσκληπιὸς διενείμαντο·* [12]*καὶ ὁ μὲν*

les exstitisse." Et c. 11: *Πῶς οὖν γένεσιν τὴν καθ' εἱμαρμένην ἀποδέξομαι*; [H. e. *Quomodo igitur nativitatem*, s. *genituram, a fato pendere concedam*. Cf. Baumgarten-Crusius *Comp. d. christl. Dogmengesch.* P. II (ed. Hase) p. 111.] — Ad verba *ὥσπερ ἐν θεάτρῳ* audiendus Clemens Alexandrinus. Eos qui deorum nuptias et liberorum procreationes et adulteria et convivia et risus induxerunt sic [Protrept. c. IV. §. 58] compellat: *οἵ μοι τῆς ἀθεότητος· σκηνὴν πεποιήκατε τὸν οὐρανόν*. *Maranus*. — Pro *τούτοις* Fris. in marg. *τοῖς τοιούτοις*.

5. *Ἄσβεστος ... θεοῖσιν*] Hom. Il. I. 599 et Od. VIII. 326.

6. *μονομαχοῦντας*] Gesner. *μονομαχοῦντες* errore. — Sic Paridem cum Menelao certantem Venus abripuit; Mars a Diomede vulneratus fugit. Caetera quae Tatianus diis exprobrat haud opus est exemplis probare. — Castigat etiam *γαμοῦντας*. Hic vero quum de nuptiis agat deorum, non patet quid, ubi haec scribebat, de hominum nuptiis statuerit: quas postea quidem certo reprobavit. Cf. Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 259 sqq..

7. *πῶς οὐχὶ θνητὸς*] Enallage numeri, pro *θνητοὶ εἶναι νομισθήσονται*. *Gesnerus*. — De daemonibus, qui sub deorum nominibus colebantur, quaerit Tatianus: quomodo non existimentur mortales? non quod eos mortales crederet, sed quia illos *per totam vitam mori*, ut ait c. 14, ac *toties mori* putabat *quoties sectatores suos ad peccandum erudiunt*. *Maranus*.

Inextinctus risus exortus est beatis diis.

Nam qui singulari certamine certantes spectant et alter alteri [certantium] favent, qui matrimonia init et pueros stuprat et moechatur, qui ridet et irascitur, qui fugit et vulneratur, quomodo non mortalis existimetur? Per quae enim se ipsi hominibus quales essent aperuerunt, per ea audientes ad similia facinora hortati sunt. Atque an non ipsi daemones cum duce ipsōrum Iove sub fatum ceciderunt, iisdem ac homines cupiditatibus superati? Praeterea autem quomodo isti colendi sunt apud quos magna est opinionum dissensio? Nam Rheam, quam Phrygiorum montium incolae Cybelen dicunt, pudendorum exsectiones [dicunt] lege sancivisse propter Attin quem amabat; Venus coniugii complexibus delectatur. Magus est Diana, medicus Apollo. Et post abscissum Gorgonis caput, quam Neptunus amabat, unde Pegasus equus et Chrysaor prosiluerunt, sanguinis guttas Minerva et Aesculapius partiti sunt: atque ex iis

8. *τούτους*] Fris. in marg. *αὐτούς*.

9. *Ῥέαν... Κυβέλην φασίν,... νενομοθετηκέναι*] Ita codd. msti, Gesner., Herold., Maran.; hic autem comma ante *φασὶν* posuit et cum verbis *ἦν... Κυβέλην* subaudivit *καλοῦσιν*. Par. 1 in marg.: *κατὰ κοινοῦ* [c. 1. n. 26] *τὸ φασίν*. H. e. *φασὶν* non solum ad *Κυβέλην* sed ad *νενομοθ.* etiam pertinere. Gesnerus infinitivo *νενομοθετηκέναι* censuit *λέγεται* addendum esse vel *νενομοθέτηκε* legendum; inde Morell., Duc., Worth. receperunt: *Ῥέαν* (sic —: solus Duc. *Ῥέα*)... *Κυβέλην φασίν, . . . νενομοθέτηκε*. — Fris. ad *ταύτης* in marg. *αὐτῆς*, ad *Ἄττιν* ibidem *Ἄττυν*. Heroldus *Ἄττην* scripsit. De diversis huius nominis formis videsis Hemsterhusium et Graevium ad Lucian. Tom. II. p. 283 et IX. p. 832 atque Salmasium ad Solin. p. 50. De Rhea et Atti (Ovid. Fast. IV. 223 sqq.) cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. VI. p. 405 sq. 408. Illius sacerdotes erant eunuchi.

10. *Μάγος ἐ. Ἄρτεμις*] Dianam magiae et veneficis praefuisse constat: Lunam enim volunt Dianam esse, quam veneficae suis carminibus e coelo detrahere ferebantur, *Gesnerus*.

11. *ὁ*] Herold. omisit. Aet. *χρυσάορ*, omisso articulo.

12. *καὶ ὁ μὲν* etc.] Aesculapius cruore Gorgonis (Medusae), ut Apollodorus narrat, ad homines resuscitandos usus est. Cf. Pauly l. c. Tom. I. p. 188. Minerva autem

ἀπ' αὐτῶν ἴσωζεν, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ὁμοίων λύθρων ἀνθρωποκτόνος καὶ πολεμοποιὸς ἐγίνετο. Ταύτην [13] μοι δοκοῦσιν Ἀθηναῖοι 13
μὴ βουληθέντες διαβάλλειν καὶ τὸν ἀπὸ τῆς Ἡφαίστου μίξεως γινόμενον τῇ γῇ προσάπτειν, ἵνα μὴ νομίζηται καθάπερ ἡ [14] Ἀταλάντη διὰ τὸν Μελέαγρον οὕτω καὶ ἡ Ἀθηνᾶ διὰ τὸν Ἥφαιστον τῆς ἀνδρείας ἐστερῆσθαι. Ὁ γὰρ ἀμφιγυήεις, ὡς 148
εἰκός, ὁ πόρπας καὶ [15] γναμπτὰς ἕλικας δημιουργῶν, τοῖς κοροκοσμίοις ἠπάτησε τὴν ἀμήτορα παῖδα καὶ ὀρφανήν. Ποσειδῶν ναυτίλλεται, πολέμοις Ἄρης ἥδεται, κιθαριστής ἐστιν ὁ Ἀπόλλων, Θηβαίοις Διόνυσος τυραννεῖ, Κρόνος [16] τυραννοκτονεῖ. Ζεὺς καὶ [17] θυγατρὶ συγγίνεται, καὶ ἡ θυγάτηρ ἀπ' αὐτοῦ κύει. Μαρτυρήσει μοι νῦν Ἐλευσὶς καὶ δράκων ὁ μυστικὸς καὶ Ὀρφεὺς ὁ

[18] Θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις

λέγων. Ἀϊδωνεὺς ἁρπάζει τὴν Κόρην, καὶ αἱ πράξεις αὐτοῦ

in scuto suo caput illius Gorgonis habebat.

13. μοι] Ita Par. 1, Aet., et Maranus. Caeteri codd. msti (Par. 2, Fris.) μὴ habent, sed in marg. Par. 2 μοι et Fris. ἤ, id quod debebat esse ἤ (sane). Legunt Gesner. et Herold. μή, sed ille μοι reponendum recte suspicatus est, Worth. cum Morello et Ducaeo ἤ (sic). — Ille ἀπὸ τῆς Ἡφαίστου μίξεως γενόμενος est Erechtheus, e terra natus (αὐτόχθων), de quo adeas Pauly l. c. Tom. III. p. 232.

14. Ἀταλάντη] Aet. Ἀτλάντη. — Mox ἀγνείας pro ἀνδρείας mallet Worthus. At, ut Maranus scite monuit, ea vox omnino retinenda. „Proprium enim est Minervae τὸ ἀνδρικόν, ut ait Iustinus in Orat. ad Gent. c. 2, ut quae nihil prorsus muliebre peragaret. Quamobrem si ei Vulcanus virginitatem eripuisset, simul eam virilitate illa privasset.“ Cf. Wesseling Observatt. p. 180.

15. γναμπτὰς] Par. 1. 2 et Aet. γναπτάς. — Vulcanus ap. Homer. Il. XVIII. 401: Apud Eurynomen et Thetin novennium fabricavi artificiosa multa, Πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας, κάλυκάς τε καὶ ὅρμους. — Minerva ἀμήτωρ παῖς καὶ ὀρφανὴ dicitur, quia ex Iovis tantum cerebro nata est.

16. τυραννοκτονεῖ] Gesner. interpretatus est *crudeliter occidit*, „ut qui filios sibi natos devoraverit.“ Iam Ducaeus hanc interpretationem repudiavit. Neque placet Davisii (ad Cicer. de nat. deor. III. c. 21) coniectura τεκνοκτονεῖ. Recte Maranus: „Quid vetat Saturnum tyrannicidam dici ob patrem solio deturbatum virilibus exsectis?“ Itidem Iuppiter, exemplum patris secutus,

quidem hic salutem afferebat, illa autem ex eodem cruore homicida et bellorum auctor exstitit. Videntur mihi Athenienses, quum de huius fama detrahere nollent, filium ex Vulcani coitu natum etiam terrae attribuere, ne ut Atalanta per Meleagrum ita Minerva per Vulcanum virilitate existimetur privata esse. Hic enim utrimque claudus, fibularum et flexarum inaurium opifex, his, ut verisimile est, puellarum ornamentis orbatam matre et pupillam infantem decepit. Neptunus navigat, bellis Mars delectatur, citharoedus est Apollo: Thebanos Bacchus tyrannide premit, Saturnus tyrannum occidit. Iuppiter etiam cum filia miscetur, et filia ex eo concipit. Testes mihi nunc erunt Eleusis et draco mysticus et Orpheus

Portas occludite profanis

dicens. Pluto rapit Proserpinam, et facinora eius fiunt

τυραννοκτόνος a Gregorio Naz. Orat. III. p. 107 vocatur. Uterque Iustino Apol. I. c. 21 πατροφόντης audit.

17. Θυγατρὶ] Intelligit Proserpinam: quae quidem, Iovis et Cereris filia, a patre sub draconis specie violata Dionysum genuit. C. 10: δράκων δὲ (ἦν) ὁ Ζεὺς διὰ τὴν Φερσέφατταν. Athenagoras Supplic. p. Christ. c. 20: Φερσεφόνῃ τῇ θυγατρὶ ἐμίγη, βιασάμενος καὶ ταύτην ἐν δράκοντος σχήματι, ἐξ ἧς καῖς Διόνυσος αὐτῷ. Coll. ibid. c. 32. Clemens Alex. Protr. c. 2. §. 16: Μίγνυται δ' αὖθις ὁ γεννήσας οὗτος Ζεὺς τῇ Φερσεφάττῃ, τῇ ἰδίᾳ θυγατρί, ... δράκων γενόμενος. Arnobius adv. nat. V. c. 21: „Quia nefarium videbatur satis patrem cum filia comminus uxoria coniugatione misceri, in draconis terribilem formam migrat.“ — Hinc δράκων ὁ μυστικός, quem Tatianus statim inter illius rei testes affert. Certe, ut Worthus observavit, asserit Clemens l. c. §. 22 hunc draconem, in mysteriis Eleusiniis adhibitum (μυστικόν), extractum fuisse a sinu τελουμένων ad exprimendam Iovis incontinentiam, qui sub draconis specie filiam vitiaverat. Ἐλευσὶς autem designat sacra Eleusidos seu Eleusinia; cf. Iustin. Orat. ad Gent. c. 2. n. 4. Quod vix memorassem, nisi Nourrius in Appar. ad Biblioth. Max. vett. Patrum P. I. p. 548 rem perverse tractasset.

18. Θύρας . . . βεβήλοις] De hoc Pseudo-Orphei fragmento adeas Iustin. Cohort. ad Gent. c. 15. n. 3, ubi Lobeckius laudatur. — Lectio βεβήλοις omnibus codd. mstis firmatur: quamquam Morell., Duc., Worth. βέβηλοι, ut apud Iustinum aliosque, fecerunt.

γεγόνασι μυστηρια· κλαίει Δημήτηρ τὴν θυγατέρα, [19] καί τινες ἀπατῶνται διὰ τοὺς Ἀθηναίους. Ἐν τῷ τεμένει τοῦ [20] Δητοΐδου B
καλεῖταί τις Ὀμφαλός· ὁ δὲ Ὀμφαλὸς τάφος ἐστὶν Διονύσου.
Ἐπαινῶ σε νῦν, ὦ Δάφνη· τὴν ἀκρασίαν τοῦ Ἀπόλλωνος νικήσασα ἤλεγξας αὐτοῦ τὴν μαντικήν, ὅτι μὴ προγνοὺς [21] τὰ περὶ
σὲ τῆς αὐτοῦ τέχνης οὐκ ὤνατο. [22] Λεγέτω μοι νῦν ὁ ἑκατη- 14
βόλος, πῶς Τάκινθον διεχρήσατο Ζέφυρος. Ζέφυρος αὐτὸν
νενίκηκε· καί, τοῦ τραγῳδοποιοῦ λέγοντος

[23] Ἄὔρα θεῶν ὄχημα τιμιώτατον,
ὑπὸ βραχείας αὔρας νικηθεὶς ἀπώλεσε τὸν ἐράμενον.

9. Τοιοῦτοί τινές εἰσιν οἱ δαίμονες· οὗτοι οἳ τὴν εἱμαρμένην ὥρισαν. [1] Στοιχείωσις δὲ αὐτοῖς ἡ ζώωσις ἦν. Τὰ γὰρ C
ἐπὶ τῆς γῆς ἑρπετὰ καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕδασι νηκτὰ καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς ὄρεσι τετράποδα, μεθ' ὧν ἐποιοῦντο τὴν δίαιταν ἔκβλητοι τῆς ἐν οὐρανῷ διαίτης [2] γεγενημένοι, ταῦτα τῆς ἐπουρανίου τιμῆς ἠξίωσαν, ἵνα τε νομισθῶσιν αὐτοὶ διατρίβειν ἐν οὐρανῷ [3] καὶ τὴν ἄλογον ἐπὶ γῆς πολιτείαν εὔλογον διὰ τῆς ἀστροθεσίας ἀποδείξωσιν. Ὥστε ὁ θυμικὸς καὶ ὁ ἐπίμοχθος, καὶ ὁ ἐγκρατευόμε-

19. καὶ ... Ἀθηναίους. Ἐν etc.] Sic Maranus recte interpunxit. Reliqui: ... θυγατέρα. καὶ ... Ἀθηναίους ἐν ... Δητοΐδου. καλεῖται etc.. Ducaeus διὰ τ. Ἀθ. vertit *propter Athenienses*. Sed supra quoque διὰ (*vermittelst, per*) τὸν Μελίαγρον et διὰ τὸν Ἥφαιστον. Cf. c. 7. n. 7. Maranus: „Ait Tatianus *Ceres filiam luget et nonnulli per Athenienses decipiuntur*, quia videlicet ex illo Cereris luctu originem mysteriorum repetebant, et, quos his mysteriis initiabant, iis multa quidem bona et, ut ait Cicero de legg. II. c. 14, spem meliorem moriendi promittebant: sed eos decipi pronuntiat Tatianus, quibus inanissimae illae spes illudebant."

20. Δητοΐδου] Aet. et Fris. et ex hoc Gesner. Δητωΐδου. — Ὀμφαλὸν scriptor non Delphos appellat (Worth.), sed locum in Apollinis (τοῦ Δητοΐδου) templo ubi Bacchus sepultus est (Maran.). Scholion in marg. Par. 1: ὁ ἐν τῷ ναῷ τῷ ἐν Δελφοῖς Ὀμφαλὸς ὀνομαζόμενος τάφος ἦν Διονύσου.

21. τὰ περὶ σὲ] Constat Daphnen, quum libidinem Apollinis fugeret, laurum induisse. — Antea Maranus absque necessitate legendum censuit ἢ τὴν ἀκρασίαν etc..

22. Λεγέτω etc.] Hic Apollinem misere destituebat ars illa,

mysteria: Ceres filiam luget, et quidam per Athenienses decipiuntur. In templo Latoidae est locus qui Omphalus dicitur: Omphalus autem sepulcrum est Bacchi. Laudo te nunc, o Daphne: victâ Apollinis intemperantiâ convicisti eius divinationem, quippe quum rei tibi eventurae ignarus fructum ex arte sua non perceperit. Dicat mihi nunc eminus iaculans Apollo, quomodo Hyacinthum Zephyrus occiderit. Zephyrus eum vicit; et, quum tragicus poeta dicat

Aura deorum vehiculum pretiosissimum,

ipse ab exigua aura victus perdidit quem amabat.

9. Tales sunt daemones; hi sunt qui fatum definierunt. Elementum autem iis fuit animalium in coelo collocatio. Nam animalia, quibuscum coelo eiecti degebant, in terris repentia vel in aquis natantia vel in montibus quadrupedes, coelesti honore dignati sunt, ut ipsi in coelo versari existimarentur et vitam in terra a ratione alienam rationi consentaneam esse per siderum positionem persuaderent. Itaque animosus et lassus, et temperans et intem-

quam sibi arrogabat, vaticinatrix. Si enim fatum Hyacinthi sibi adamati praescisset Apollo, neutiquam discum illum emisisset, quem Zephyrus flatu suo in caput Hyacinthi convertit, puerumque interemit. Eodem modo Apollinem perstringit Theophilus ad Aut. [I. c. 9] tanquam τὸν Ταχίνθου μόρον ἀγνοοῦντα. *Worthus.* — Cf. Pauly l. c. Tom. III. p. 1534.

23. Ἄνδρα ... τιμιώτατον] Tragici incerti fragmentum: Poetar. trag. graecc. fragmm. ed. Wagner, Vol. III (Vratisl. 1848) p. 238. Barnesius inter Euripidea retulit.

1. Στοιχείωσις] *Principium* (Worth.) cui fatidicam rem superstruebant. C. 17: τῶν ῥιζῶν αἱ κοιλίαι etc. στοιχείωσίς ἐστι τῆς τῶν δαιμόνων μοχθηρίας. Ζώωσις, *vivificatio s. animatio*, i. q. (Gesner.) situs vel figurae animalium in coelo. Cf. c. 8. p. 147. A.

2. γεγενημένοι] Herold. γεγενημένοι.

3. καὶ τὴν ἄλογον etc.] Daemones per siderum [in forma animalium] positionem perfecisse dicit ut vita a ratione aliena rationi consentanea videretur, quia scilicet per tabulam positionis siderum fatum induxerunt, et, sive quis virtutem colat sive vitiosus sit, ab iisdem geniturae gubernatoribus talis exstitit, non propria voluntate. Similia habemus paullo ante c. 8. *Maranus.* — Cf. c. 8. n. 4.

νος καὶ ὁ ἀκρατής, καὶ ὁ πτωχεύων [4]καὶ ὁ πλουτῶν, ἀπ' αὐτῶν ἐστι τῶν νομοθετησάντων τὴν γένεσιν. Ἡ γὰρ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου γραφὴ θεῶν ἐστι ποίημα. Καὶ τὸ [5]ἐπικρατῆσαν, ὥς D
φασιν, ἑνὸς αὐτῶν φῶς τοὺς πλείονας παραβραβεύει· καὶ ὁ νικώμενος εἰς αὖθις νῦν ἐπικρατεῖν εἴωθεν. [6]Εὐαρεστοῦσι δὲ αὐτοῖς οἱ ἑπτὰ πλανῆται, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς πεττοῖς ἀθύροντες. Ἡμεῖς δὲ καὶ εἱμαρμένης ἐσμὲν ἀνώτεροι, καὶ ἀντὶ πλανητῶν δαιμόνων ἕνα τὸν ἀπλανῆ δεσπότην μεμαθήκαμεν, καὶ οὐ καθ' εἱμαρμένην ἀγόμενοι τοὺς ταύτης νομοθέτας παρητήμεθα. Λέγε 15
μοι πρὸς τοῦ Θεοῦ, Τριπτόλεμος ἔσπειρε τοὺς πυρούς, καὶ με- 149
τὰ τὸ πένθος εὐέργετεῖ τοὺς Ἀθηναίους; Διὰ τί δὲ ἡ Δημήτηρ τῆς θυγατρὸς μὴ [7]ἀπολωλυίας τῶν ἀνθρώπων εὐεργέτις οὐκ ἐγένετο; Κύων ὁ τῆς Ἠριγόνης ἐν οὐρανῷ δείκνυται καὶ Σκορπίος ὁ τῆς Ἀρτέμιδος βοηθὸς καὶ Χείρων ὁ Κένταυρος [8]καὶ ἡ ἡμίτομος Ἀργὼ καὶ ἡ Καλλιστοῦς ἄρκτος. Εἶτα πῶς πρὶν τούτους περὶ τὰς προειρημένας πράξεις γενέσθαι ἀπόσμητος ἦν ὁ

4. καὶ ὁ πλουτῶν] Haec vulgo omissa sunt: adieci monitu Gesneri. C. 8 in eodem argumento afferuntur καὶ οἱ πλουτοῦντες καὶ οἱ πενόμενοι. Facile illa excidere poterant ob repetitum —ων. Worthus locum sic interpolandum censuit: ὥστε ὁ θυμικὸς [καὶ ὁ πραΰς], καὶ ὁ ἐπίμοχθος [καὶ ὁ σχολάζων], καὶ ὁ ἐγκρατευόμενος καὶ ὁ ἀκρατής, καὶ ὁ πτωχεύων [καὶ ὁ πλούσιος]. Wortho fucum fecit illud ἐπίμοχθος, quod Gesnero praeeunte reddidit *laboriosus*. Sed opponitur praecedenti θυμικός. Inde Maranus reddidit: *iracundus et patiens*. Ἐπίμοχθος vero, quod perraro apud veteres scriptores legitur, idem valet quod valde frequentatum ἐπίπονος, ut Pape (*Handwörterb. d. gr. Spr.* Tom. I. p. 795) recte monuit, h. e. *lassescens*: quae quidem significatio Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. III. p. 1744 exemplis probatur. — Antea Gesner. et Herold. ἀκρατὴς cum Fris., qui veram lectionem ἀκρατὴς in marg. suppeditat. Tum pro ἀπ' αὐτῶν, quod Par. 1 et Maranus recte habent, caeteri codd. msti et editores ἐπ' αὐτῶν dederunt. Denique Aet., Par. 2, Fris. non νομοθετησάντων sed ὀνομοθετησάντων (sic) exhibent. Nescio equidem cur Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 180) verbum ἐστι expunxerit et ὀνομαθετησάντων scripserit. Iam Gesner. eumque secutus Herold. in textu quidem ὀνομοθετησάντων inepte posuerunt, sed νομοθετησάντων, quod ille legendum coniectavit et Par. 1 firmat, in marg. indicarunt: unde receperunt reliqui editores.

perans, et pauper et dives, ab iisdem genituraе gubernatoribus tales exstiterunt. Nam zodiaci circuli descriptio deorum est opus. Quodsi dominetur (ita enim loquuntur) lux unius eorum, pluribus caeteris honorem praeripit: et qui alias vincitur hunc vincere solet. Delectantur autem iis septem planetae, velut qui tesseris ludunt. Nos autem et fato superiores sumus, et pro errantibus daemonibus unum dominum non errantem didicimus, et, quum fato non regamur, eius gubernatores reiicimus. Dic mihi per deum, fruges sevit Triptolemus, et post luctum beneficium in Athenienses contulit? Sed cur Ceres ante quam filiam amitteret bene de hominibus non merebatur? Canis Erigones in coelo ostenditur et Scorpius Dianae auxiliator et Chiron Centaurus et Argo dimidiata et Callistûs ursa. Quomodo igitur ante quam isti praedicta facinora ederent inornatum erat coe-

5. *ἐπικρατῆσαν*] Planetam dicit, qui plura habet testimonia fortitudinis, ut cum astrologis loquar. Hic ipsis dicitur thematis dominus sive gubernator. Sic genituraе dominus vocatur qui fortissimus est in natalitio themate seu figurâ coelesti sic dictâ. *Worthus.* — Paullo post Maranus voces *εἰσαῦθις* (sic vulgo, non divise) *νῦν* iubet transponi. Non mute.

6. *Εὐαρεστοῦσι δὲ* etc.] Male ista verba interpretati sunt Worthus de astrologis, qui in arte sua divinatrice oblectentur septem planetis, et Maranus de diis, qui septem planetis delectentur. Recte Gesnerus sic accepit ut septem planetae oblectentur zodiaci signis. Zodiacus enim est *κοίλωμα θεῶν* h. e. *δαιμόνων*: quo quidem opere daemones, quippe planetae (mox: *ἀντὶ πλανητῶν δαιμόνων, pro planetis* h. e. *erraticis daemonibus*) septem, etiam nunc delectantur. Daniel l. c.: „Des Zodiacus freuen sich die sieben Planeten, die ihre Thiere in ihn versetzt: wohlgefällig wandeln sie zwischen ihnen hindurch, von einer Stelle zur andern rückend und verschiedene Stellungen gegen einander einnehmend, wie die Steine im Bretspiel.“ Cf. c. 8. n. 2. Caeterum constat multos patres planetas pro daemonibus habuisse. — Vulgo *κακοῖς*. Cf. c. 1. n. 15.

7. *ἀχολωλυίας*] Aet., Par. 2, Fris. *ἀχολωμίας*. Etiam Gesner. et Herold.: sed ille verum adnotavit.

8. *καὶ*] Vulgo desideratur.

οὐρανός; Τίνι δὲ οὐ γελοῖον [9]εἶναι δόξει τὸ κατὰ μέν τινας διὰ τὴν Σικελίαν ἀστροθετούμενον Δελτωτόν, κατ' ἐνίους δὲ B
τῆς τοῦ Διὸς προσωνυμίας πρωτότυπον στοιχεῖον; Διὰ τί γὰρ οὐχὶ καὶ ἡ Σαρδὼ καὶ ἡ Κύπρος ἐν [10]οὐρανῷ τετίμηνται; Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ καὶ τῶν τοῦ Διὸς ἀδελφῶν, οἷ διενείμαντο τὰς βασιλείας, γραμμάτων [11]σχηματουργίαι κατεστηρίχθησαν; Πῶς τε ὁ πεδηθεὶς Κρόνος καὶ τῆς βασιλείας ἔκβλητος γενόμενος τῆς εἱμαρμένης οἰκονόμος καθίσταται; Πῶς τε [12]βασιλείας ὁ μηκέτι βασιλεύων δίδωσι; [13]Καταβάλλετε τοιγαροῦν τὸν λῆρον, καὶ μὴ διὰ τὸ μισεῖν ἡμᾶς ἀδίκως παρανομήσητε.

10. Μεταμόρφωσις ἀνθρώποις μεμυθολόγηται· μεταμορ- C
φοῦνται δὲ παρ' ὑμῖν καὶ οἱ θεοί. [1]Δένδρον ἡ Ῥέα γίνεται, 16
δράκων δὲ ὁ Ζεὺς διὰ τὴν Φερσέφατταν, αἴγειροι αἱ τοῦ Φαέθοντος ἀδελφαί, καὶ ἡ Λητὼ ζῶον εὐτελές, δι' ἣν Ὀρτυγία Δῆλος ἡ νῦν κέκληται. [2]Θεὸς εἰπέ μοι κύκνος γίνεται, καὶ τὴν ἀετοῦ μορφὴν ἀναλαμβάνει, καὶ δι' οἰνοχοΐαν τοῦ Γανυμήδους τῇ παιδεραστίᾳ σεμνύνεται; Τί μοι σέβειν θεοὺς δωρολήπτας,

9. *εἶναι*] Deest in Act. et Par. 2. Mox hic *ἀστροθετευόμενον*. Galland. errore *μετὰ μὲν* pro *κατὰ μέν*.— *Δελτωτόν* astrum trianguli formam habet ut *Δ*; triangula species est Siciliae quoque, unde (Plin. Hist. nat. III. 8, 14) Triquetra dicebatur. Scholion ad h. l. in marg. Par. 1: *Τινὲς δὲ διὰ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον Δέλτα φασίν· οὐ* [leg. *δ*] *ποιοῦσιν ἄνωθεν μὲν ὁ Νεῖλος, διϊστάμενος ἀφ' ἑνὸς τοῦ ἑαυτοῦ ῥεύματος εἰς δύο, κάτωθεν δὲ ἡ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν θάλασσα, εἰς ἣν τὰ στόματα τοῦ Νείλου ἐκδιδοῖ.*

10. *οὐρανῷ*] Fris. in marg. *ὀλύμπῳ*.

11. *σχηματουργίαι*] Vulgo *σχηματουργίᾳ*. Videlicet antiquiores libri habebant —*ΓΙΑΙ*, quod esse potest non solum —*γίᾳ* (iota in dativo adscribebatur: c. 7. n. 8) sed etiam —*γίαι*. Inde error natus. Hac autem emendatione, iam a Marano commendata, locus sanatur. Worthus minus recte censuit *τὰ ὀνόματα* ante *τῶν τοῦ Διὸς ἀδελφῶν* (h. e. Plutonis et Neptuni) deesse; pariter etiam Gesnerus (coll. Hase ad Leon. Diac. p. 478. ed. Bonn.) reddidit: *Quare non alii quoque fratres Iovis... nominum suorum literis sideribus adscripti sunt?*

12. *βασιλείας*] Pontanus de rebus coel. VIII. c. 2 a Gesnero laudatur: „Si geniturae gubernaculum accipienti Saturno, opportunoque in loco collocato, opportuno etiam ac

lum? Quis autem non rideat Deltotum illud propter Siciliam, ut quibusdam placet, vel, ut nonnullis, propter primam Iovis appellationis literam inter astra consecratum? Curnam non Sardiniae quoque et Cypro coelum concessum est? Quam ob causam non Iovis quoque fratrum, qui partiti sunt regna, literarum figurae in coelo fixae sunt? Quomodo vinctus Saturnus et regno eiectus fati moderator constituitur? Et quomodo regna donat qui non iam regnat? Proiicite igitur has nugas, neve iniusto in nos odio fas et iura violate.

10. Narratur fabulosa hominum transformatio: transformantur apud vos etiam dii. Rhea fit arbor, Iuppiter draco propter Proserpinam, populi Phaetontis sorores, et Latona vile animal, propter quam Ortygia vocata est quae nunc Delus est. Deus age fit cygnus, et aquilae formam suscipit, et dum Ganymedem a poculis habet de turpi puerorum amore gloriatur? Quid attinet deos colere munera

felici e loco beneficae stellae suffragium contulerint sitque diurna genitura: natus ille futurus est nobilis, praeclarisque in actionibus ac negotiis versabitur, honores, dignitates magistratusque eos consecuturus, quos signa, loca signorumque ipsorum domini eorumque configurationes pollicebuntur."

13. *Καταβάλλετε*] Duc. *κατα-βάλετε*. Aet. et Par. 2 *καββάλλετε*. — Pro *παρανομήσητε* iidem codices *παρανομίσητε*.

1. *Δένδρον* etc.] Ovidius Metam. X [104] Attin puerum, Rheae delicias, in pinum arborem mutatum scribit; de ipsa autem Rhea nihil tale legi. *Gesnerus*. — De Iove sub draconis forma Proserpinam violante adeas c. 8. n. 17. Vulgo *Φερσέφασσαν* (c. 1. n. 15) legitur. — Quod scriptor de Latona narrat id Apollodorus et Hyginus de Asteria, illius sorore, referunt: quae in coturnicem (*ὄρτυγα*) mutata se in mare demisit, ex eaque insula enata est, quae Ortygiae ac postea Deli nomen accepit. Cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. I. p. 876. Ducaeus: „Alii maluerunt Latonam ipsam sub tempus pariendi in coturnicem versam in insulam volavisse et sub ea forma latuisse Iunonem, unde postea Ortygiam insulam nominavit, quae eam exceperat. Vide Natalem Comitem Mythologiae lib. IX. c. 6."

2. *Θεὸς* etc.] Iuppiter in cygnum mutatus est, ut Ledam vitia-

καὶ ὀργιζομένους ἂν [3]μὴ λάβωσιν; [4]Ἐχέτωσαν οὗτοι τὴν εἱμαρμένην· τοὺς πλανήτας προσκυνεῖν οὐ βούλομαι. [5]Τίς ἐστιν ὁ Βερενίκης πλόκαμος; Ποῦ δὲ οἱ ἀστέρες αὐτῆς πρὶν τὴν προ- D
σιρημένην ἀποθανεῖν; [6]Πῶς δὲ ὁ τεθνεὼς Ἀντίνοος μειράκιον ἐν τῇ σελήνῃ ὡραῖον καθίδρυται; [7]Τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν, εἰ μή τις καὶ τοῦτον, ὡς τοὺς βασιλέας μισθοῦ δι' ἐπιορκίας τις, τοὺς θεοὺς καταγελῶν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι φήσας πεπίστευται, κατὰ τὸ ὅμοιον θεολογήσας τιμῆς καὶ δωρεᾶς ἠξίωται; Τί [8]μοι τὸν θεον σεσυλήκατε; Τί δὲ αὐτοῦ τὴν ποίησιν ἀτιμάζετε; Θύεις πρόβατον, τὸ δ' αὐτὸ [9]προσκυνεῖς· ταῦρός ἐστιν ἐν οὐρανῷ, καὶ [10]τὴν εἰκόνα σφάντεις αὐτοῦ. Ζῶον

ret, et bis aquilae formam suscepit, tum propter Asterien tum ut Ganymedem pocillatorem sibi futurum raperet. *Gesnerus.*— De vocabulo *οἰνοχοΐα* = *οἰνοχοεία* cf. Lobeck. ad Phryn. p. 493.

3. *μὴ*] In Par. 1 (prima manu) supra lineam scriptum est.

4. *Ἐχέτωσαν... βούλομαι*] C. 9: *Ἡμεῖς δὲ καὶ εἱμαρμένης ἐσμὲν ἀνώτεροι, καὶ ἀντὶ πλανητῶν δαιμόνων ἕνα τὸν ἁπλανῆ δεσπότην μεμαθήκαμεν.*

5. *Τίς* etc.] Minime post mortem demum Berenices capillus eius inter astra consecratus est (Pauly l. c. p. 1098). Unde Is. Vossius (Observv. in Catull. p. 264) pro *ἀποθανεῖν* scribendum putavit *ἀποταμεῖν*, scil. *τὸν πλόκαμον*. Non muto; nam interdum Tatianus a vulgari traditione recedit: cf. n. 1.

6. *Πῶς δὲ* etc.] Cf. Iustini Apol. I. c. 29. n. 6.

7. *Τίς... ἠξίωται*] Ita, ut supra in textu, Par. 1 et 2: nisi quod *εἰ μή τι* pro *εἰ μή τις* et *κατὰ τὸν ὅμοιον* pro *κατὰ τὸ ὅμοιον* habent; utramque coniecturam Marano debemus. Illud *τὸν ὁμ.* vix poteris defendere suppleudo *τρόπον*. Formula *κατὰ τὸ ὅμοιον* cc. 12 et 24 reperitur. Cum codicibus Parisinis consentit Aetonensis; in eo differt quod *αὐτὸν* praebet pro *οὐρανὸν* et *θεολογῆσαι* pro *θεολογήσας*. Consentit cum illis etiam Frisianus, qui vero *ἢ* ante *δι' ἐπιορκίας* exhibet et *θεολογῆσαι* pro *θεολογήσας*. Hunc codicem secutus est Gesnerus. Cum eo Heroldus facit; sed *τοὺς* ante *βασιλέας* omisit. Faciunt cum eodem Morellus et Worthus; sed *τι* post *εἰ μὴ* expunxerunt et ille *βασιλείας* pro *βασιλέας* dedit. Gesnerus: „Si legas *κατὰ τὸν Ὅμηρον* pro *κατὰ τὸν ὅμοιον*, id est *Homericam Theologiam imitatus*, clarior [!] sensus erit.“ Iade Ducaeus edidit: *εἰ μήτι καὶ... ἢ δι' ἐπιορκίας... πεπίστευται, κατὰ τὸν Ὅμηρον θεολογίσας* [sic] *τιμῆς* etc.. Equidem nolui ab iste emendatione Maraniana recedere.

accipientes, ac nisi acceperint irascentes? Habeant illi fatum: stellas errantes adorare nolo. Quis est ille Berenices crinis? Ubi stellae eius erant ante quam ipsa moreretur? Quomodo mortuus Antinous adolescens formosus in luna collocatus est? Quis eo istum evexit: nisi forte, quemadmodum fidem invenit si quis reges mercede conductus in coelum adscendisse non sine periurio ac deorum irrisione affirmaret, aliquis etiam hunc in deos simili ratione referens praemio et munere affectus est? Cur deum spoliastis? Cur ea quae creavit dedecoratis? Mactas ovem, et eamdem adoras: taurus est in coelo, et imaginem eius

Quamquam locus, sed minus convenienter, etiam sic constitui potest: ... *εἰ μήτι καὶ τοῦτον, ὡς τοὺς βασιλέας* [*perinde ut reges*], *μισθοῦ δι' ἐπιορκίας τις* etc. *φήσας πεπίστευται, καὶ* [id pro *κατὰ* maluit Gisb. Cuperus: Apotheos. Homeri, Amst. 1683, p. 111] *τὸν ὅμοιον* [*similem*, h. e. hominem] *θεολογήσας τ. κ. δ. ἠξίωται*; — vel sic: ...*καὶ κατὰ τὸ ὅμοιον* [id. Worthus commendavit] *θεολογήσας* etc.; Grabius (in Iustin. Apol. I edit. p. 42) pro *τοὺς θεοὺς καταγελῶν*, „quia haud regit accusativum," *τ. θ. καταγγελῶν* reposuit. At interdum occurrit *καταγελᾶν τινα*. Euripides Bacch. 286: *καὶ καταγελᾷς νιν*. Cf. Pape *Handwörterb. d. gr. Spr.* Tom. I. p. 1144. — De sententia audias Iustinum Apol. I. c. 21: *Καὶ τί γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας, οὓς ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες καὶ ὁμνύντα τινὰ προάγετε ἐωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαίντα Καίσαρα;*

8. *μοι*] Fris. in marg. *μου*. Casus dativus offensionem non habet. — Gentiles autem spoliabant deum, quod nomen eius ac cultum transferrent in res creatas. C. 18: *Τί δέ μοι θεοποιεῖς τὰ ἐν κόσμῳ*; Sic (Maran. in Add.) c. 12 daemones quoque vocantur *ἰδιοκαὶ θεότητος*.

9. *προσκυνεῖς*] Duc. *καὶ προσκυνεῖς*. — Gesnerus: „Fortasse illud dicit propter Arietem, quo conscenso Phryxus et Helle transfretarunt, inter sidera locatum: nam et proxime aliorum quoque coelestium signorum mentionem subiicit; tribuebant autem sideribus plerique Gentilium divinos honores. Aut forte quod Iuppiter Ammon Arietis specie in Lybia coleretur." Caeterum etiam Iustinus l. c. c. 24: *Ὅτι γὰρ οὖν τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν θεοί, παρ' οἷς δὲ θηρία, παρ' οἷς δὲ ἱερεῖα νενομισμένα ἐστίν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε.*

10. *τ. εἰκόνα*] H. e. *similem* taurum, in terra.

πονηρὸν [11] ὁ ἐνγόνασι ἐκθλίβει· καὶ τὸν ἀνθρωποποιὸν Προμηθέα καταφαγὼν ἀετὸς [12] τετίμηται. Καλὸς [13] ὁ κύκνος, ὅτι μοιχὸς ἦν· καλοὶ δὲ καὶ [14] οἱ ἑτεροήμεροι Διόσκουροι, τῶν Λευκιππίδων οἱ ἁρπασταί. [15] Κρείττων ἡ Ἑλένη, τὸν μὲν καρήξανθον Μενέλαον καταλιποῦσα, τῷ δὲ μιτρηφόρῳ καὶ πολυχρύσῳ Πάριδι κατακολουθοῦσα. Δίκαιος καὶ [16] Σώφρων, ὁ τὴν ἐκπορνεύσασαν εἰς Ἠλύσια πεδία μετατεθεικώς. Ἀλλ' οὐδὲ [17] ἡ Τυνδαρὶς ἀπηθανάτισται· καὶ σοφῶς ὁ Εὐριπίδης ὑπὸ Ὀρέστου τῆς προειρημένης γυναικὸς τὴν ἀναίρεσιν παρεισήγαγε. 150 17

11. [1] Πῶς οὖν γένεσιν τὴν καθ' εἱμαρμένην ἀποδέξομαι, τοιούτους αὐτῆς τοὺς οἰκονόμους θεωρῶν; Βασιλεύειν οὐ B

11. ὁ ἐνγόνασι] H. e. ὁ ἐν γόνασι καθήμενος ἀνήρ (Hercules). Est signum in coelo: Ingeniculatus (Vitruv. IX. 6) vel Ingeniculus (Firmic. VIII. 17) vel Geniculatus, scil. Hercules (Vitruv. l. c.). Gesnerus: „Est Hercules, qui, dextro genu nixus, sinistro pede capitis Draconis dextram partem opprimere conatur." Scholion in marg. Par. 1, manu Itali circiter ineunte saeculo XVI scriptum, sic habet: „Δράκων ὁ τὰ ἑσπέρια μῆλα φυλάττων· de his Ovidius in Fastis." Cf. Pauly l. c. Tom. III. p. 1169. — Gesner. et Herold. divise ὁ ἐν γόνασι dederunt; sed tum, propter sequentem vocalem, debebat esse ὁ ἐν γάνασιν. Duc. male ὁ Ἐνγόνασις. Pro ἐκθλίβει Aet. et Par. 2 θλίβει.

12. τετίμηται] Scil. haec aquila in coelo collocata est; itidem Prometheus. Plenius c. 9: ἐν οὐρανῷ τετίμηται. — Paullo ante Galland. τὴν pro τὸν vitiose.

13. ὁ κύκνος] Cf. c. 10. n. 2. Cygnus quoque inter sidera consecratus est. — Ironice Tatianus hic loquitur.

14. οἱ ἑ. Διόσκουροι] Pollucem ait Homerus concessisse Castori fratri dimidiam vitam, itaque alternis diebus eorum quemque lucere. Vide Hyginum. — Leucippi filiae tres fuerunt, quarum nomina recenset Pausanias Messenic. c. 31; idem vim eis illatam a Dioscuris memorat Laconic. c. 17. 18. *Gesnerus.*

15. Κρείττων ἡ Ἑλένη] Helena, soror Dioscurorum, fuit non minus libidine infamis quam fratres. De Helena stella [nautis invisa] vide Plinium Hist. nat. II. c. 37. *Gesnerus.* — Illa autem ut dea adorata est a Graecis et Romanis, ut Selecta histor. et liter. (Regiom. 1719) p. 205 sq. testimoniis probant.

16. Σώφρων] Vulgo σώφρων, „honestus." Censet Worthus (in Add.) Euripidem designari, fretus Theodoreti Therapeuticis Serm. III. p. 511: καὶ τὴν Ἑλένην δὲ...

tracidas. Is qui Engonasi vocatur premit animal noxium; et honore affecta est aquila opificem hominum Prometheum peredens. Praeclarus est cygnus, quoniam adulter erat; praeclari etiam sunt alternis diebus viventes Dioscuri, filiarum Leucippi raptores. Praestantior his est Helena, quae relicto flavicomo Menelao mitrigerum et abundantem auro Paridem secuta est. Aequus etiam exstitit Sophron, qui hanc meretricem in Elysios campos transtulit. Sed neque Tyndaris immortalitate donata est; ac sapienter Euripides hanc modo memoratam mulierem ab Oreste occisam tradit.

11. Quomodo igitur illam ex fato genituram probem, quum tales eius moderatores videam? Regnare nolo, di-

εἰς τὸν οὐρανόν (sed dicit Noster εἰς Ἠλύσ. πεδία), ἣ φησιν Εὐριπίδης, ἀνήγαγον. Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 68) ad Menelaum retulit, qui Helenam, quippe meretricem, in campos Elysios duxerit (μετατεθεικώς?). Equidem, Marano praeeunte, vocem (in codd. mstis nomina propria minusculis literis exarantur) de Sophrone accipio, cuius ipse Tatianus c. 34 mentionem fecit. Celeberrimus is erat mimographus, de quo plura disputavit Bode *Gesch. d. dram. Dichtk. d. Hell.* Tom. III. P. II (Lips. 1840) p. 87 sqq.; adde Pauly l. c. Tom. V. p. 34 sq.. — Tantum abest ut placidam Helenae fruitionem Menelao relinquant, ut Achillis etiam umbrae istam post fata in Elysio nupsisse non unus auctor narraverit. Cf. Selectt. hist. et lit. p. 201. Scholion in marg. Par. 1: Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Ἠλυσίοις συνοικεῖν λέγεται τῇ Μηδείᾳ καὶ τῇ Ἑλένῃ.

17. ἡ Τυνδαρὶς] Clytemnestram eo nomine indicatam esse Worthus existimat. Hanc Tyndarei filiam ab Oreste filio suo interfectam Euripides in *Oreste* narrat. Ad Helenam vero (scriptor partt. ἀλλ', οὐδὲ pergit) illam vocem referunt Gesnerus et Daniel (l. c.). Fabulatur Euripides l. c. 1361 sqq. insidias ei ab Oreste structas et tantum non vitam ereptam: cui tamen periculo a diis subrepta sit. Itaque Tatianus, ut interdum (cf. n. 5) solet, aliter tradidit: in eo tamen recte habet quod ista mortem oppetierit violentam. Plura de Helenae exitu in Selectt. p. 198 sq. exponuntur. — Pro ὑπὸ Ὀρ. Act. ἀπὸ Ὀρ.. Cf. praeterea c. 12. n. 20.

1. Πῶς... ἀποδέξομαι] Cf. c. 8. n. 4. Sensus: Non a fato pendet genitura; nam moderatores fati, sidera supra cc. 9 et 10 memorata, sub deorum nominibus molitione daemonum ex improbis hominibus et animalibus originem habent, ideoque nihil valent nec dominationem in

[2]*Θέλω, πλουτεῖν οὐ βούλομαι,* [3]*τὴν στρατηγίαν παρῆτημαι, πορνείαν μεμίσηκα, ναυτίλλεσθαι διὰ τὴν ἀπληστίαν οὐκ ἐπιτηδεύω, στεφάνους ἔχειν οὐκ ἀγωνίζομαι,* [4]*δοξομανίας ἀπήλλαγμαι, θανάτου* [5]*καταφρονῶ, νόσου παντοδαπῆς ἀνώτερος γίνομαι, λύπη μου τὴν ψυχὴν οὐκ ἀναλίσκει.* [6]*Δοῦλος ἐὰν ὦ, δουλείαν ὑπομένω· κἂν ἐλεύθερος ὑπάρχω, τὴν εὐγένειαν οὐ σεμνύνομαι.* [7]*Τὸν ἥλιον ὁρῶ πάντων τὸν αὐτόν, ἕνα δὲ κατὰ πάντων τὸν Θάνατον δι' ἡδονῆς καὶ ἐλαττώματος. Ὁ πλούσιος σπείρει, καὶ ὁ πένης τῆς αὐτῆς σπορᾶς μεταλαμβάνει· τελευτῶσιν οἱ πλου-* C *σιώτατοι, καὶ οἱ μεταιτοῦντες τὴν αὐτὴν ἔχουσι τοῦ βίου περιγραφήν. Πλειόνων χρῄζουσιν οἱ πλουτοῦντες, καὶ* [8]*δι' ἀξιοπιστίας μετὰ τῆς δόξης γίνονται· πένης δὲ καὶ ὁ μετριώτατος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐφιέμενος εὐμαρέστερον περιγίνεται.* [9]*Τί μοι καθ'* 18 *εἱμαρμένην ἀγρυπνεῖς διὰ φιλαργυρίαν; Τί δέ μοι καθ' εἱμαρμένην πολλάκις ὀρεγόμενος πολλάκις ἀποθνήσκεις; Ἀπόθνησκε τῷ κόσμῳ, παραιτούμενος τὴν ἐν αὐτῷ μανίαν· ζῆθι τῷ Θεῷ, διὰ τῆς* [10]*αὐτοῦ καταλήψεως τὴν παλαιὰν γένεσιν παραιτούμενος.*

homines exercent. Qui quidem, ut scriptor in iis quae sequuntur exponit, libera sua voluntate agunt. Itaque neutiquam fato peccarunt: non deus sed ipsi produxerunt malum; sed qui produxerunt fugere et repudiare possunt.

2. *Θέλω*] Gesner. et Herold. *θέλως.*

3. *τὴν στρατ. παρῆτ.*] Huc commode referri potest Tertulliani illud Apolog. c. 46: „Christianus nec aedilitatem affectat.“ *Worthus.* — Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 16): „Die Worte *πλουτεῖν οὐ βούλομαι* werfen einiges Licht auf seine äusseren Verhältnisse.“

4. *δοξομανίας*] Sic Par. 1. 2, Aet., Duc., Maran.; caeteri (ex Fris.) *δοξημανίας.* Cf. c. 19. n. 12. Illa vero forma praestantior est, ut alia exempla docent: *δοξοκαλία, δοξοκομπία, δοξολογία, δοξοσοφία.* Reperitur etiam adiectivum *δοξομανής* apud Athenaeum, Iamblichum et Suidam. Cf. Stephan. Thes. gr. lng. ed. Hase s. v. (Vol. II). Alii utuntur voce *δοξοκοπία*, ut Lucian. in Peregr. 2; eodem sensu profert *δοξοφαγία* Polybius VI. c. 9. §. 7.

5. *καταφρονῶ*] Aet. *καταφρονῶν.*

6. *Δοῦλος... ὑπομένω*] Cf. 1 Cor. 7, 21.

7. *Τὸν ἥλιον* etc.] Hoc argumento infra [c. 26] §. 43 perstringit Graecos hosce, sibi solis sapientiae gloriam arrogantes. *Worthus.*

8. *δι' ἀξιοπιστίας*] Bona enim nomina existimantur. Pro *καὶ... γίνονται* Marano legendum videtur

tescere non lubet, praeturam recuso, scortationem odi, navigare ob insatiabilem avaritiam non cupio, de coronis consequendis non dimico, ab insano gloriae amore liber sum, mortem contemno, quovis morbi genere superior sum, moeror animum non peredit. Si servus sum, servitutem sustineo; si liber sum, ingenuitatem non ostento. Solem video omnium eumdem, et unam omnium mortem, sive in voluptate vivas sive inopiâ labores. Dives seminat, et pauper eadem semente perfruitur; moriuntur ditissimi, et eumdem vitae exitum habent mendici. Pluribus rebus indigent divites, et ob fidem ipsis habitam gloriosi evadunt; pauper autem et moderatissimus ea quae sorti suae conveniunt desiderans facilius consequitur. Cur ex fato vigilas propter avaritiam? Cur, ex fato saepe appetens, saepe moreris? Morere mundo, repudians eius insaniam: vive deo, per ipsius cognitionem veterem originem repudians.

κἂν...γίνωνται: „*quamvis fides illis et honos habeatur.*“ — Gesner. εὐμαρ. περιγίν. reddit: *tranquillius vivit.*

9. *Τί μοι* etc.] Tua, inquit, culpa, tua stultitia, non fatum, improbis et nimiis acquirendi desideriis te obstringit. Qui autem suae cupiditati vivit is deo moritur. Peccatum enim mortem trahit comitem: sic alibi [c. 14] daemones toties mori ait quoties hominem aliquem deceperint. *Gesnerus.* — Nota scriptoris breviloquentiam primo adspecta obscuram. Verba *Τί... φιλαργυρίαν* hoc significant: Quî fit ut admisso fato prae avaritia vigiles? Id nequit fieri. Quodsi non avarus esses, non vigilares. Ergo tu, utpote libere agens, in culpa es, nec fatum te ad vigilantiam impellit. Verba autem quae sequuntur, *Τί... ἀποθνήσκεις*, solvas sic: Quid est cur, dum fatum in omnibus concupiscentiis tuis admittis, toties moriaris quoties concupiscas? Scilicet non fato sed tua sponte concupiscis. Ergo simul atque concupivisti tuâ culpâ spiritualiter mortuus es; cupiditati vivis, moreris deo. Verbum enim (ἀπο)θνήσκειν metaphorice de morte morali interpreteris, ut interdum reperitur: c. 13. p. 152. C et c. 14. p. 153. B. C. — Pro *Τί μοι... Τί δέ μοι*, cuius locutionis exempla c. 10. n. 8 (coll. c. 26) habes, male coniecit Gesnerus *Τί μή... Τί δὲ μή*, eamque coniecturam Morellus et Ducaeus in oratione posuerunt.

10. *αὐτοῦ*] Codd. msti et editi ἑαυτοῦ, ut sensus sit (Gesner.): *per comprehensionem*, s. *cognitionem, tui veterem statum* (Worth.: *veterem genituram* s. *veterem hominem*) *repudians.* Sed Maranus

Οὐκ ἐγενόμεθα πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν, ἀποθνήσκομεν δὲ δι' ἑαυ- D
τούς. Ἀπώλεσεν ἡμᾶς τὸ αὐτεξούσιον· [11] *δοῦλοι γεγόναμεν οἱ*
ἐλεύθεροι, διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπράθημεν. Οὐδὲν φαῦλον ὑπὸ
τοῦ Θεοῦ πεποίηται, τὴν πονηρίαν ἡμεῖς ἀνεδείξαμεν· οἱ δὲ ἀνα-
δείξαντες δυνατοὶ πάλιν [12] *παραιτήσασθαι.*

12. *Δύο πνευμάτων διαφορὰς ἴσμεν ἡμεῖς, ὧν τὸ μὲν*
καλεῖται ψυχή, τὸ δὲ μεῖζον μὲν τῆς ψυχῆς [1] *θεοῦ δὲ εἰκὼν καὶ*
ὁμοίωσις· ἑκάτερα δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· τοῖς πρώτοις ὑπῆρ-
χεν, ἵνα τὸ μέν τι ὦσιν ὑλικοί, τὸ δὲ ἀνώτεροι τῆς ὕλης. Ἔχει 151
δὲ οὕτω. Πᾶσαν ἔστιν ἰδεῖν τοῦ κόσμου τὴν κατασκευήν, σύμ-
πασάν τε τὴν ποίησιν, [2] *γεγονυῖαν ἐξ ὕλης, καὶ τὴν ὕλην δὲ*
αὐτὴν ὑπὸ τοῦ θεοῦ προβεβλημένην, ἵνα τὸ μέν τι αὐτῆς ἄπο-
ρον καὶ ἀσχημάτιστον νοῆται· πρὸ τοῦ διάκρισιν λαβεῖν, τὸ δὲ
κεκοσμημένον καὶ εὔτακτον μετὰ τὴν ἐν αὐτῇ διαίρεσιν. Ἔστιν 19
οὖν [3] *ἐν αὐτῇ ὁ οὐρανὸς ἐξ ὕλης* [4] *καὶ τὰ ἄστρα τὰ ἐν αὐτῷ·*
καὶ ἡ γῆ δὲ καὶ πᾶν τὸ ἀπ' αὐτῆς νοούμενον τὴν ὁμοίαν ἔχει
σύστασιν, ὡς εἶναι κοινὴν πάντων γένεσιν. Τούτων δὲ οὕτως B
ὑπαρχόντων, διαφοραί τινες τῶν ἐξ ὕλης εἰσίν, ὡς εἶναι τὸ μέν

et Kahnis (*D. Lehre v. heil. Geiste* P. I. p. 253) scite αὐτοῦ commendarunt. Irenaeus adv. haer. V. c. 12. §. 4: „Agnitio dei renovat hominem.“ Haec dei cognitio est pluris aestimanda quam munera quae mundus praebet (c. 32); anima per eam consequitur beatam immortalitatem (c. 13). Nullo modo fas est eam cum istis conferre qui in materia et rerum corporearum amore volutantur (c. 21).

11. *δοῦλοι... ἐπράθημεν*] Coll. Roman. 7, 15.

12. *παραιτήσασθαι*] Act. *παραιτῆσαι*. — C. 15: *δυνατὸν δὲ πάντι τῷ νενικημένῳ πάλιν νικᾶν.*

1. *θεοῦ δὲ εἰκὼν κ. ὁ.*] Scholion in marg. Par. 1 manu itala (cf. c. 10. n. 11): „Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.“ Haec petita sunt ex Vulg. Psalm. 4, 7. — Cf. de duobus hic memoratis spirituum generibus c. 7. n. 3 et 12. Utrumque genus, quorum alterum animam vocat, alterum animâ maius deique imaginem referens, protoplastis datum erat. Postquam vero peccarunt, posterius spiritûs genus (*τὸ θεῖον πνεῦμα*), quod immortalitatis fons ipsis erat, ab iis discessit (c. 7. p. 146. D. 147. A), ita tamen, ut quasdam spiritualis virtutis scintillas retinerent ipsorum posteri (c. 13. p. 152. D). Inde potest etiam nunc quisque eorum, dummodo velit, virtute colenda in eius societatem redire et immortalitatem

Non facti sumus ut moreremur, sed morimur nostrâ culpâ. Perdidit nos libera voluntas: servi facti sumus qui liberi eramus, per peccatum venditi sumus. Nihil mali factum est a deo, nos ipsi improbitatem produximus: eam vero qui produxerunt denuo possunt repudiare.

12. Duo spirituum discrimina novimus, quorum alter vocatur anima, alter animâ praestantior dei imago et similitudo; uterque autem primis hominibus inerat, ut partim ex materia constarent, partim materiâ praestantiores essent. Res autem sic se habet. Universam patet mundi constructionem et universum opus ex materia esse factum, ipsam autem materiam a deo productam: ita ut partim rudis et informis intelligatur, antequam divisionem acciperet, partim ornata et digesta, post peractam in ea divisionem. Coelum igitur et stellae in eo ex-materia constant; et terra ac quidquid ea continetur similem habet constitutionem, ita ut communis sit omnium origo. Quamvis autem haec ita se habeant, sunt tamen quaedam eorum quae ex materia con-

consequi (c. 15. p. 154. D, c. 20. p. 159, comp. c. 13. p. 153. A). In quo omnibus, ut ipsis contingat, studiose est elaborandum. C. 15: *Καὶ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς ὅπερ ἔχοντες ἀπολωλέκαμεν τοῦτο νῦν ἀναζητεῖν, ζευγνῦναί τε τὴν ψυχὴν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ καὶ τὴν κατὰ θεὸν συζυγίαν πραγματεύεσθαι.* C. 20: *Καὶ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς ἐπικοσθήσαντας τὸ ἀρχαῖον παραιτήσασθαι πᾶν τὸ ἐμποδὼν γινόμενον.* — Similiter Irenaeus adv. haeres. V. c. 6 sqq. al. docuit. Cf. Baumgarten-Crusius *Compend. d. christl. Dogmengesch.* ed. Hase Tom. II. p. 225. — Pro *τὸ μὲν ... τὸ δὲ* Semler ad Baumgartenii *Untersuchung theol. Streitigkk.* Tom. II. p. 78 sine ratione *τῷ μὲν ... τῷ δὲ* commendavit. Illa formula paullo post (bis) repetitur.

2. *γεγονυῖαν*] Sic Par. 1, Duc., Maran.; caeteri *καὶ γεγονυῖαν*. Putavit igitur Tatianus materiam non esse principii expertem (c. 5. p. 145. C) sed a deo creatam (tamquam rudem molem) ac postea (ut mundus exsisteret) formatam. Similiter Iustinus docuit. Cf. meum librum De Iust. Mart. scriptis et doctr. p. 130.

3. *ἐν αὐτῇ*] Scil. *τῇ διαιρέσει*, qua *ἡ τοῦ κόσμου κατασκευὴ* effecta est.

4. *καὶ*] In Aet. deest. Mox pro *ἐν αὐτῷ* Fris. (Gesner. et Herold.) *μὲν αὐτῷ*, sed veram lectionem in marg. habet. Idem pro *ἡ γῆ* offert *ἐν γῇ*, idque pariter Ges-

τι κάλλιον, τὸ δὲ καὶ αὐτὸ μὲν καλὸν [5]πλὴν ὑπό τινος κρείττονος ἐλαττούμενον. Ὥσπερ γὰρ ἡ μὲν τοῦ σώματος σύστασις μιᾶς ἐστιν οἰκονομίας, περὶ δὲ [6]αὐτό ἐστι τοῦ γεγενῆσθαι τὸ αἴτιον· καὶ τούτων οὕτως ὄντων, διαφοραί τινές εἰσι δόξης ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ μὲν ὀφθαλμός [7]τίς ἐστιν, τὸ δὲ οὖς, τὸ δὲ τριχῶν διακόσμησις καὶ ἐντοσθίων οἰκονομία, μυελῶν τε καὶ ὀστέων καὶ νεύρων σύμπηξις· θάτερον δὲ θατέρου ὂν διάφορον, κατ' οἰκονομίαν συμφωνίας ἐστὶν ἁρμονία· παραπλησίως καὶ ὁ κόσμος, C κατὰ τὴν τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν δύναμιν [8]τὰ μέν τοι φαιδρότερα, τὰ δέ τινα τούτοις ἀνόμοια κεκτημένος, θελήματι τοῦ δημιουργήσαντος [9]πνεύματος μετείληφεν ὑλικοῦ. [10]Τὰ δὲ καθ' 20 ἕκαστα δυνατὸν κατανοῆσαι τῷ μὴ κενοδόξως ἀποσκοραπίζοντι [11]τὰς θειοτάτας ἑρμηνείας, αἳ κατὰ χρόνον διὰ γραφῆς ἐξελήλεγμέναι πάνυ θεοφιλεῖς τοὺς προσέχοντας αὐταῖς πεποιήκασιν. [12]Ὅμως δὲ οὖν καὶ οἱ δαίμονες (οὓς ὑμεῖς οὕτω φατέ), σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες, κτησάμενοί τε πνεῦμα τὸ ἀπ' αὐτῆς,

ner. (qui genuinam scripturam coniectura assecutus est) et Herold. receperunt.

5. πλὴν] Act. πάλιν.

6. αὐτό] Gesner. et Herold. (ex Fris.) αὐτῷ. Sed ille αὐτὸ vel ταὐτὸ coniecit legendum esse: prius Par. 1. 2 et Act. firmatur. — Caeterum egregia est a Tatiano hîc proposita comparatio mundi cum corpore humano.

7. τίς] Fris. in marg. τί.

8. τὰ μέν τοι] Sic Par. 1 et 2; sic Maranus quoque. Caeteri codd. msti et editores τὰ μέν τι. Conieceris τὰ μέν τινα, quum τὰ δέ τινα sequatur: qua quidem mutatione haud est opus. Cf. Epist. ad Diogn. c. 2. n. 4.

9. πνεύματος μετείλ. ὑλικοῦ] Scholion in marg. Par. 1: πνεῦμα καὶ τὴν ἐν τοῖς οὖσιν ἀκουστέον δημιουργικὴν δύναμιν καθ' ἣν ἕκαστον εἶδος· τοῖς ὑπ' αὐτὸ τὸ ὅμοιον τοῦ προαγαγόντος ὑφίστησιν. — Pearsonus argutius quam verius pro ὑλικοῦ mallet ὁλικοῦ. Est autem πνεῦμα ὑλικὸν i. q. (c. 4) πνεῦμα τὸ διὰ τῆς ὕλης διῆκον. Haec mundi anima non eodem cum divino spiritu sed inferiori potius loco habenda est; ἔλαττόν ὑπάρχει τοῦ θειοτέρου πνεύματος (c. 4). Inest in omnibus creaturis: in stellis, angelis, hominibus, animalibus, plantis; et quamvis una in omnibus (quod qualitatem eius attinet) eademque sit, diverso tamen modo singulis inhaeret (infra: ἓν δὲ ὑπάρχον καὶ ταὐτὸν διαφορὰς ἐν αὐτῷ κέκτηται): v. c. plus illius inest angelis quam hominibus, hominibus plus quam animalibus, animalibus plus quam plan-

stant discrimina, ita ut aliud quidem pulchrius sit, aliud vero pulchrum sed tamen ab alio praestantiori superatum; Quemadmodum enim corporis constitutio unius est descriptionis, et circa illud versatur nascendi causa; et quamvis haec ita se habeant, tamen quaedam sunt in eo dignitatis discrimina, et aliud est oculus, aliud est auris, aliud capillorum ornatus et intestinorum distributio, et medullarum et ossium et nervorum compages; et quum aliud ab alio differat, summus est in communi distributione concentus: similiter mundus, secundum auctoris sui potestatem quaedam splendidiora, quaedam his dissimilia continens, voluntate opificis spiritum accepit materialem. Haec autem singulatim perspicere potest qui non superbe respuit divina oracula, quae tempore procedente literis consignata omnino amicos deo eos fecerunt qui animum ipsis advertunt. Daemones igitur (ita enim appellatis), quum ex materia compacti essent, et spiritum ex ea traxissent, intemperantes

tis etc.. — Prorsus aliter Stoici de anima mundi docebant: nempe eam non pro dei opificio sed pro ipso deo habebant, qui seipsum uniret partibus mundi. Cf. c. 4. n. 8.

10. *Τὰ*] Hoc Maranus ex Par. 1 pro vulg. τὸ reposuit.

11. *τὰς θειοτάτας ἑρμηνείας*] Quidni intelligat auctor noster versionem LXX interpretum, quam philosophis hisce, graecis scilicet, perlegendam proponit? *Worthus.* Contra Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 138): „Es sind wohl im Allgemeinen die Aussprüche der heiligen Autoren zu verstehen, welche als die ἑρμηνεῖς des sich offenbarenden Gottes angesehen werden.“ — Pro *διὰ γεωφῆς* (divise: sic Par. 1 et Act.) Gesner., Herold., Morell., Worth. *διαγραφῆς*, ut est in Fris. et Par. 2.

12. *Ὅμως . . . πολιτευόμενοι*] De partt. ὅμως δὲ οὖν cf. Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 679. Morellus pro οὕτω vitiose *οὕτε* dedit. Pro τε (ante *πνεῦμα*) tu forsan τὸ scripseris: *daemones, ex materia compacti, spiritu ex ea sumto intemperantes* etc.. Noli mutare. Gesner., Herold., Morell., Worth. non *ἀπ' αὐτῆς* (Par. 1, Act.) sed *ὑπ' αὐτῆς* (Fris., Par. 2) dederunt. Pro κ. τ. ὅμ. *αὐτῇ* Act. κ. τ. ὅμ. *αὐτοί*. — Ad verba *σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες* (cf. c. 15. n. 12) est scholion in marg. Par. 1: *δαίμονες* [h. e. angeli boni et mali] *σύνθετοι ἐξ ὕλης καὶ εἴδους*. Cf. n. 9. Vocantur hoc loco (coll. c. 20) *δαίμονες* ut apud scriptores

ἄσωτοι καὶ λίχνοι γεγόνασιν, οἱ μέν τινες αὐτῶν ἐπὶ τὸ καθα- D
ρώτερον τραπέντες, οἱ δὲ τῆς ὕλης ἐπιλεξάμενοι τὸ ἔλαττον καὶ
κατὰ τὸ ὅμοιον αὐτῇ πολιτευόμενοι. [13] Τούτους δέ, ἄνδρες Ἕλ-
ληνες, προσκυνεῖτε, γεγονότας μὲν ἐξ ὕλης, μακρὰν δὲ τῆς εὐ-
ταξίας εὑρεθέντας. Οἱ γὰρ προειρημένοι, τῇ σφῶν ἀβελτηρίᾳ
πρὸς τὸ κενοδοξεῖν τραπέντες καὶ ἀφηνιάσαντες, [14] ληταὶ θεό-
τητος γενέσθαι προεθυμήθησαν· ὁ δὲ τῶν ὅλων δεσπότης ἐν-
τρυφᾶν αὐτοὺς εἴασε μέχρις ἂν ὁ κόσμος πέρας λαβὼν ἀναλυ-
θῇ, καὶ ὁ δικαστὴς παραγένηται, καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι, διὰ
τῆς τῶν δαιμόνων ἐπαναστάσεως ἐφιέμενοι τῆς [15] τοῦ τελείου 152
θεοῦ γνώσεως, τελειοτέραν διὰ τῶν ἀγώνων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως
τὴν μαρτυρίαν λάβωσιν. Ἔστιν οὖν πνεῦμα ἐν φωστῆρσι, πνεῦ-
μα ἐν ἀγγέλοις, πνεῦμα ἐν φυτοῖς καὶ ὕδασι, [16] πνεῦμα ἐν ἀν-
θρώποις, πνεῦμα ἐν ζώοις· ἓν δὲ ὑπάρχον καὶ ταὐτὸν διαφο-
ρὰς ἐν αὐτῷ κέκτηται. Ταῦτα δὲ ἡμῶν λεγόντων οὐκ ἀπὸ γλώτ- 21
της οὐδὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἐννοιῶν, συντάξεώς τε σοφιστικῆς,
θειοτέρας δέ τινος ἐκφωνήσεως [17] λόγοις καταχρωμένων, οἱ βου-
λόμενοι μανθάνειν σπεύσατε. Καὶ οἱ τὸν Σκύθην [18] Ἀνάχαρσιν
μὴ ἀποσκορακίζοντες καὶ νῦν μὴ ἀναξιοπαθήσητε παρὰ τοῖς βαρ- B
βαρικῇ νομοθεσίᾳ παρακολουθοῦσι παιδεύεσθαι. Χρήσασθε τοῖς

classicos in universum *numina superiora*, die höheren Wesen. Inde σῶς ὑμεῖς οὕτω φατέ. Cf. Baumgarten-Crusius l. c. p. 194. Pariter scholion ad verba οἱ μέν τινες etc. in marg. Par. 1: τοῦτο πλατωνικόν, εἰς δύο διαιροῦν εἴδη τοὺς δαίμονας, ἀϋλοτέρους καὶ ὑλικωτέρους, καὶ τοὺς μὲν ἀϋλοτέρους ἀγαθοὺς εἶναι, τοὺς δὲ ὑλικωτέρους πονηροὺς καὶ κακοποιούς. Minime autem, ut Worthus censuit, designantur angelorum liberi quos post lapsum ex humanis mulieribus procrearunt (Iust. Apol. I. c. 5, II. c. 5), sed angeli isti quorum lapsus c. 7 (cf. ibid. n. 14) memoratur. Daniel (l. c. p. 188): „Selbst die Dämonen — was ihr darunter zu verstehen pflegt — welche von der Materie genommen und welche von der Weltseele belebt worden sind, wurden üppig und übermüthig. Zwar einige von ihnen wandten sich zum Bessern, die andern suchten sich einen niedrigern Standpunkt in der materiellen Welt und handelten demgemäss.“ Inde c. 16: Τούτους δὲ νικᾶν ἄν τις θελήσῃ, τὴν ὕλην παραιτησάσθω.

13. Τούτους . . . προσκυνεῖτε] Adoratis hos daemones, quorum dux Iuppiter est. Cf. c. 7. n. 10.

et gulosi evaserunt, alii quidem ad puriorem materiam conversi, alii autem viliorem eligentes et ad eius similitudinem vitam instituentes. Hos adoratis, Graeci, factos quidem ex materia, longe autem a recto ordine remotos. Hi enim modo memorati, suâ stultitiâ ad inanem gloriam conversi, fraenis excussis latrones divinitatis fieri conati sunt; universorum autem dominus tamdiu illudere eos sivit dum mundus ad finem perductus dissolvatur, et iudex adveniat, et omnes homines, qui perfecti dei cognitionem, licet a daemonibus oppugnati, desiderant, perfectius propter certamina testimonium in die iudicii consequantur. Spiritus igitur est in stellis, spiritus in angelis, spiritus in plantis et aquis, spiritus in hominibus, spiritus in animalibus: quamvis vero unus et idem sit, habet tamen in se discrimina. Quumque haec disseramus non linguâ nec probabilibus rationibus aut sophistarum apparatu, sed divinioris cuiusdam vocis sermonibus utamur: qui discere vultis festinate. Et qui Scytham Anacharsin non respuitis etiam nunc ne indignemini ab iis erudiri qui barbaricam disciplinam sequuntur. Dogmata nostra adsciscite, saltem ut Babyloniorum di-

14. *λῃσταὶ θεότητος*] Quippe superbia impulsi daemones, dii Gentilium, divinum sibi cultum arrogabant. Pariter de hominibus c. 10 (cf. ibid. n. 8): *Τί μοι τὸν θεὸν σεσυλήκατε;*

15. *τ. τελείου Θ.*] Vid. Daniel. l. c. p. 146.

16. *πνεῦμα ἐν ἀνθρώποις*] Scholion in marg. Par. 1 manu itala (cf. c. 10. n. 11): „Virgilius in VI°: *Spiritus intus alit totamque infusa per artus* etc.“ Aen. VI. 726. — *Διαφορὰς* animae mundi, quae statim memorantur, ad illius referas quantitatem in singulis materiae formis diversam; cf. n. 9. Ex *αὐτῷ* (cf. c. 7. n. 7) Worthus effecit *αὐτῷ*.

17. *λόγοις*] Sic cum Par. 1 et Marano scripsi. Caeteri codd. msti et editores *λόγῳ*. — Mox pro *οἱ* Aet., Par. 2, Fris. (Gesner., Herold.) *οὓς οἱ*.

18. *Ἀνάχαρσιν*] Hunc Graeci valde admirabantur, ut eum inter septem sapientes numerarent. Cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. I. p. 452. — Pro *μὴ* Gesner. et Herold. *καὶ* dederunt ex Fris.; is vero in marg. genuinam lectionem, reliquis codicibus probatam, offert. Deinde in codd. mstis et editis non *ἀναξιο-*

δόγμασιν ἡμῶν, [19]κἂν ὡς τῇ κατὰ Βαβυλωνίους προγνωστικῇ· κατακούσατε λεγόντων ἡμῶν, κἂν ὡς δρυὸς μαντευομένης. Καὶ τὰ μὲν [20]προειρημένα παραφόρων δαιμόνων ἐστὶν ἀντισοφιστεύματα, τὰ δὲ τῆς ἡμετέρας παιδείας ἐστὶν ἀνωτέρω τῆς κοσμικῆς καταλήψεως.

13. [1] Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτήν, θνητὴ δέ. Ἀλλὰ δύναται ἡ αὐτὴ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν.

παθήσητε („entrüstet euch nicht wie über etwas euch Unwürdiges," cf. Pape in Lex. s. v.) sed ἀξιοπαθήσητε inepte legitur, id quod Worthus ante me notavit. De βαρβαρικῇ νομοθεσίᾳ c. 1. n. 1 adeas.

19. κἂν] Gesner. et Herold. pariter atque Fris., Aet. et Par. 2 μὴ addunt. In Par. 1 μὴ supra lineam scriptum est a recentiori manu. Male editores ante Maranum distinxerunt sic: κἂν ... προγνωστικῇ κατακούσατε etc.: ita ut reponendum esset κἂν· ὡς τῆς κ. Β. προγνωστικῆς, et claudo pede sequeretur κἂν ὡς δρυὸς μαντευομένης. — Babylonios supra (c. 1. n. 9) astronomiae inventores esse dixit; sed etiam astrologiam colebant et ex sideribus futura divinabant. Verbis κἂν ὡς δρυὸς μαντευομένης (Gesner.) „Dodonaeum oraculum insinuare videtur; aiunt enim ex Aegypto geminas columbas advolavisse, utramque nigram, unam in Africam, alteram in Dodonam, quae fago insidens humana voce elocuta sit. Est autem fagus de genere quercuum."

20. προειρημένα] Scil. ἡ κατὰ Βαβ. προγνωστικὴ et δρῦς μαντευομένη. Perperam interpretes: *quae supra recensuimus.* Sic paullo ante οἱ γὰρ προειρημένοι sunt daemones *modo memorati;* coll. c. 10 τῆς προειρ. γυναικός, c. 18 τοὺς προειρημένους (sc. δαίμονας), c. 41 τῶν προειρημένων (septem sapientium). Inde etiam patet verba τὰ δὲ τῆς ... καταλήψεως non (cum Daniele l. c. p. 228) referenda esse ad dogma quod c. 13 exponitur, sed respicere potius ad ea quae antecedunt (Χρήσασθε τοῖς δόγμασιν ἡμῶν — κατακούσατε λεγόντων ἡμῶν) et generalem sententiam inferre. Iustinus Apol. II. c. 15: Οὐκ ἔστι δὲ ἡμῶν τὰ διδάγματα κατὰ κρίσιν σώφρονα αἰσχρά, ἀλλὰ πάσης μὲν φιλοσοφίας ἀνθρωπείου ὑπέρτερα.

1. Οὐκ ἔστιν ... πεποιημένη] Locus difficillimus est; inde variae exstiterunt interpretationes. 1°. Scholiastes putavit Tatianum per mortalem animam intelligere vim illam qua animal consistat, animalibus cunctis communem, quae simul cum corpore pereat: non item rationalem facultatem (hanc enim excipi) a qua artes et disciplinae prodeant. Scholion in margine omnium codicum comparet: Ψυχὴ θνητή· τὴν ζωογόνον [Fris. et Aet. ζωολόγιον mendose] λέγει δύναμιν, ἥτις κοινὴ πάντων ζώων ἐστίν,

vinationem; aurem nobis dicentibus accommodate, saltem ut quercui vaticinanti. Sunt haec quidem quae modo memoravimus furentium daemonum praestigiae, nostra autem disciplina sublimior est quam ut eam mundus possit comprehendere.

13. Non est immortalis, Graeci, anima per se, sed mortalis. Potest tamen eadem non mori. Moritur enim et

ἢ καὶ συμφθείρεται τοῖς σώμασιν [Fris. αἵμασιν]· οὐ μέντοι καὶ [haec vocula in Fris. et Aet. omissa est] ἡ λογικὴ δύναμις [scil. θνητή]· αὕτη γὰρ ἐξήρηται, ἀφ' ἧς αἱ τέχναι καὶ [Fris. et Aet. ἢ καὶ] ἐπιστήμαι προβάλλονται. Idem fere pronuntiavit Nourrius in Apparatu ad Bibl. Max. vett. Patrum P. I. p. 540. Iam Gesnerus contra scholiastam monuit: „Quamquam ipse Tatianus [c. 12] duo spirituum genera proponens alterum animam vocat, alterum animâ praestantius ad imaginem dei factum esse dicit: hoc loco tamen animam a nobiliore mente non satis distinguere videtur. Nam si animam non rationalem intelligit, cur de eadem dicit: τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ κεκοιμημένη, quod solius rationalis est?" 2°. Gesnerus censuit Tatianum hoc loco ψυχοπαννυχίαν docuisse, h. e. animas post mortem dormire. Quam doctrinam Tertullianus De anim. c. 58 reprobavit: „Quid ergo fiet in tempore isto? Dormiemus? At enim animae nec in viventibus dormiunt; corporum enim est somnus." Cf. Hagenbach *Lehrb. d. Dogmengesch.* (ed. 2) P. I. p. 188. Sed obstant evidenter illi sententiae verba θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος. 3°. Worthus opinatus est in dogmate de anima Tatianum cum Iustino facere, eumque non animae immortalitatem denegare ex dei voluntate pendentem, sed naturae ipsius animae tributam. Exposuit quidem Martyr animam beneficio dei, non per se, immortalem esse (Dial. c. Tr. c. 5. n. 5), id vero Assyrius suae menti convenienter excoluit; atque ille, ut alias differentias (Semisch *Justin d. Märt.* P. II. p. 464 sq.) mittam, animae et corporis discidium inducit, hic utramque hominis partem dicit (c. 15. n. 2. 9) arctissime consociatam esse. 4°. Ab editore Anglicano non dissidet Maranus, qui insuper contendit in toto hoc capite mortem animae non esse accipiendam de dissolutione sed de peccato ac vitioso rerum corporearum amore. At lubenter Tatianus (e. g. c. 14 — coll. c. 11. n. 9) voces θανάτου et (ἀπο)θνήσκειν significatione propriâ et metaphoricâ componit in una eademque enuntiatione; nec quidquam de verbis θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος editor Benedictinus curatius statuit. 5°. Morellus, Ducaeus (uterque in nota marginali), Operinus (Histor. doctr. de immort. mortt. p. 345), Tellerus (Fid. dogm. de resurr. carn. p.

Θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος μὴ γινώσκουσα C
τὴν ἀλήθειαν· ἀνίσταται δὲ εἰς ὕστερον [2]*ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ*
κόσμου σὺν τῷ σώματι, θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμ-
βάνουσα. Πάλιν τε οὐ θνήσκει, κἂν πρὸς καιρὸν λυθῇ, [3]*τὴν*
ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ πεποιημένη. Καθ' ἑαυτὴν γὰρ σκότος [4]*ἐστίν,*
καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ φωτεινόν. Καὶ τοῦτο ἔστιν ἄρα τὸ εἰρημέ-
νον· [5]*Ἡ σκοτία τὸ φῶς οὐ καταλαμβάνει. Ψυχὴ γὰρ οὐκ αὐ-* 22
τὴ [6]*τὸ πνεῦμα ἔσωσεν, ἐσώθη δὲ ὑπ' αὐτοῦ,* [7]*καὶ τὸ φῶς τὴν*
σκοτίαν κατέλαβεν. [8]*Ἡ λόγος μέν ἐστι τὸ τοῦ θεοῦ φῶς, σκό-*

180) existimarunt Tatianum hoc velle: post mortem animas piorum gratiâ dei mox immortales esse, impiorum vero exstingui; in fine mundi cum corpore illas iterum copulari, has resuscitari ad aeternos cruciatus. Dicit quidem scriptor animam piam, quippe deum cognoscentem (coll. c. 11. n. 10), *οὐ θνήσκειν κἂν πρὸς καιρὸν λυθῇ*, sed illud *οὐ θνήσκειν* indicat eam neutiquam *θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ* accipere, qui impiae obtingit. Neque illud *κἂν λυθῇ* valet i. q. *etiamsi solvatur a corpore*, sed (Tatianeae de anima sententiae congruenter) est animo supplendum *μετὰ τοῦ σώματος*: *etiamsi dissolvatur* (pereat) *cum corpore*. 6°. Praeeuntibus Dodwello (Epistolary discourse that the soul is a principle naturally mortal etc., Lond. 1706, p. 37), Daniele, Redepenningio (*Origenes* P. II. p. 106) locum interpretor sic: Per se anima immortalitatem non consequitur, verum est morti obnoxia. Dei autem voluntate anima, quae ipsum cognovit, post mortem quidem simul cum corpore, cuius membris inerat, ad tempus dissolvitur, sed eadem cum corpore die iudicii resurgit ut deinceps nullo modo moriatur ac beate vivat in aeternum. Improbi quoque anima, quae divina veritate est destituta, post mortem cum corpore quidem dissolvitur, sed cum eodem resurgit tempore iudicii ut in ipsa immortalitate morti quippe perpetuis suppliciis (der ewigen unseligen Fortdauer) tradatur. Tale quid secta quaedam Arabica medii saeculi tertii (refutata ab Origene) docuit, teste Eusebio Hist. eccl. VI. c. 37: *τὴν ἀνθρωπείαν ψυχὴν τέως μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν ἅμα τῷ τελευτῇ συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι καὶ συνδιαφθείρεσθαι, αὖθις δέ ποτε κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν σὺν αὐτοῖς ἀναβιώσασθαι*. A Damasceno *θνητοψυχῖται* vocantur. Cf. Baumgarten-Crusius *Compend. d. christl. Dogmengesch.* ed. Hase, Tom. II. p. 378. — Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 228 sq.): „Das *πνεῦμα ἅγιον* und das *πνεῦμα* im Menschen sind bei Tatian identisch; daher die Paradoxe dass alle Menschen nach dem Falle blos aus zwei Theilen, *σῶμα* und *ψυχή*, bestehen [c. 12. n. 1] und sich blos durch die articulirte

dissolvitur una cum corpore quae veritatem ignorat; resurgit autem postea in fine mundi una cum corpore, mortem per supplicia in immortalitate accipiens. Rursus autem non moritur, etiamsi ad tempus dissolvatur, quae dei cognitione instructa est. Per se enim nil est nisi tenebrae, nec quidquam in ea luminosum. Atque id ipsum est quod dicitur: *Tenebrae lucem non comprehendunt*. Non enim anima spiritum servavit, sed ab eo servata est, et lux tenebras comprehendit. Sane logos quidem est divina lux, tenebrae vero

Stimme von den Thieren unterscheiden [c. 15]. Nur in den Herzen der Frommen wohnt wie in einem Tempel Gott, *διὰ τοῦ πρεσβεύοντος πνεύματος* [c. 15]; der *διάκονος τοῦ πεπονθότος θεοῦ* [in fin. huius cap.] vereinigt sich mit der Seele, welche Gott erkannt hat, und macht sie der ewigen seligen Fortdauer fähig und gewiss. Dass aber die Seele des Frommen eben so wie die des Gottlosen auf eine Zeitlang sich auflöst, das liegt mit Nothwendigkeit in ihrer Natur gegeben und bedingt. Sie ist zu eng mit dem Körper, in dessen Gliedern sie als *πολυμερές τι* [c. 15] wohnt, verbunden als dass sie nicht jedes Schicksal mit ihm theilen müsste. Der Leib zerfällt, die Seele mit ihm: der Leib steht auf, ebenso die Seele: und nun verherrlicht sich die Kraft des himmlischen Gastes an der erleuchteten und frommen. Sie ist durch die Gemeinschaft mit ihm dem ewigen wahren Tode, der Qual, entronnen und empfängt *ἐν ἀθανασίᾳ τὸ ἀθάνατον μετὰ ἀπολαύσεως*, die Seele des Gottlosen dagegen *μετὰ ἀθανασίας τὸ λυπηρόν*" [c. 14]. — Caeterum in Act. et Par. 2 verba *καθ' ἑαυτὴν* praetermissa sunt: quae praetermissio non probanda (Worth.) sed vituperanda (Maran. et Daniel l. c.) est.

2. *ἐπὶ συντελείᾳ τ. κόσμου*] Cf. c. 6. n. 1.

3. *τ. ἐπίγνωσιν τ. θεοῦ πεπ.*] Cf. c. 11. n. 10.

4. *ἐστίν*] Sic codices msti; editores, Gesnero et Heroldo exceptis, *ἐστί*.

5. *Ἡ σκοτία ... καταλαμβάνει*] Ioann. 1, 5.

6. *τὸ πνεῦμα*] Scil. *τὸ θεῖον*. Cf. c. 7. n. 3. 12.

7. *καὶ τὸ φῶς τὴν σκοτίαν κατέλ.*] H. e. divinus illuminator (*πνεῦμα s. λόγος*) animam tenebricosam apprehendit.

8. *Ἡ*] Hoc Par. 1 et 2 suppeditarunt. Caeteri codd. msti pariter atque editi *ὁ* praebent. Scriptor autem hic non *πνεῦμα* (*θεῖον*) sed *λόγος* dixit, quod respiceret Ioanneum prologum, ex quo locum paullo ante (n. 5) attulit. *Ἀνθυπόστημον* appellatur *ψυχή*, h. e. (ut verbis supra usurpatis utar) *μὴ γινώσκου-*

τος δὲ ἡ ἀνεπιστήμων ψυχή. [9]Διὰ τοῦτο μόνη μὲν διαιτωμένη πρὸς τὴν ὕλην νεύει κάτω, συναποθνήσκουσα τῇ σαρκί· συζυγίαν δὲ κεκτημένη τὴν τοῦ θείου πνεύματος οὐκ ἔστιν ἀβοήθητος, [10]ἀνέρχεται δὲ πρὸς ἅπερ αὐτὴν ὁδηγεῖ χωρία τὸ πνεῦμα· [11]τοῦ μὲν γάρ ἐστιν ἄνω τὸ οἰκητήριον, τῆς δὲ κάτωθέν ἐστιν ἡ γένεσις. [12]Γέγονε μὲν οὖν συνδίαιτον ἀρχῆθεν τὸ πνεῦμα τῇ ψυχῇ· τὸ δὲ πνεῦμα ταύτην [13]ἕπεσθαι μὴ βουλομένην αὐτῷ καταλέλοιπεν. Ἡ δὲ ὥσπερ ἔνασμα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ κεκτημένη, καὶ διὰ τὸν χωρισμὸν τὰ [14]τέλεια καθορᾶν μὴ δυναμένη, ζητοῦσα τὸν θεὸν κατὰ πλάνην πολλοὺς θεοὺς ἀνετύ- 153
πωσε, τοῖς [15]ἀντισοφιστεύουσι δαίμοσι κατακολουθήσασα. Πνεῦμα δὲ τοῦ Θεοῦ παρὰ πᾶσιν μὲν οὐκ ἔστι, παρὰ δέ τισι τοῖς [16]δικαίως πολιτευομένοις καταγόμενον καὶ [17]συμπλεκόμενον τῇ ψυχῇ διὰ προαγορεύσεων ταῖς λοιπαῖς ψυχαῖς τὸ κεκρυμμένον ἀνήγγειλε· καὶ αἱ μὲν πειθόμεναι σοφίᾳ [18]σφίσιν αὐταῖς ἐφείλκοντο πνεῦμα συγγενές, αἱ δὲ μὴ πειθόμεναι καὶ [19]τὸν διάκονον τοῦ πεπονθότος θεοῦ παραιτούμεναι θεομάχοι μᾶλλον ἢπερ θεοσεβεῖς ἀνεφαίνοντο.

σα τὴν ἀλήθειαν, utpote spiritûs divini consortio destituta.

9. *Διὰ τοῦτο* etc.] C. 20: *Κόσμος γὰρ ἡμᾶς ἔτι καθέλκει, καὶ δι' ἀτονίαν τὴν ὕλην ἐπιζητῶ. Πτέρωσις γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς τὸ πνεῦμα τὸ τέλειον, ὅπερ ἀποβ-ρίψασα διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἔπτη ὥσπερ νεοττὸς καὶ χαμαιπετὴς ἐγένετο· μεταβᾶσα δὲ τῆς οὐρανίου συνουσίας τῶν ἐλαττόνων μετουσίαν ἐπεπόθησεν.*

10. *ἀνέρχεται δὲ*] Nempe anima cum spiritu divino coniuncta cognoscit coelestem veritatem et ita vitam consequitur.

11. *τοῦ*] Par. 2 *τούτου*. Spiritûs divini sedes est sublimis: est enim *θεοῦ μοῖρα* (c. 7) vel *εἰκών* (c. 12. n. 1). Animae origo est inferne: h. e. ex spiritu (anima) materiam permeante, qui in hominibus *ψυχὴ* vocatur (c. 12 et ibid. n. 9, c. 15. n. 2). — Scholion in marg. Par. 1: *οἱονεὶ ἀπήχημα.*

12. *Γέγονε* etc.] Cf. c. 12. n. 1. — *Ἀρχῆθεν*, in protoplastis.

13. *ἕπεσθαι*] Aet., Par. 2, Fris. *ἕσεσθαι*. Sic etiam Gesner. et Herold., qui insuper (cum Fris.) *μὴ* omiserunt. Ille vero lectionem genuinam, Par. 1 probatam, coniectura consecutus est.

14. *τέλεια*] Fris. (Gesner. et Herold.) *τελεταί*, sed in marg. *τέλεια*. Par. 2 *τελενταῖα*.

15. *ἀντισοφιστεύουσι*] Sic etiam supra [c. 12]- artes daemonum vocabat *ἀντισοφιστεύματα*. *Maranus.* — Ad *κατακολουθήσασα* Fris.

ignara anima. Quapropter sola degens deorsum ad materiam vergit, una cum carne moriens; cum divino autem spiritu copulata non caret auxilio, sed eo adscendit quo deducitur a spiritu: huius enim sedes est in supernis, istius origo est in inferioribus. Et initio quidem convivebat spiritus cum anima; spiritus vero hanc sequi nolentem deseruit. Illa autem quum eius virtutis quasdam veluti scintillulas retineret, sed ab eo separata intueri res sublimiores non posset, dum deum quaerit, opinionis errore multos deos effinxit, praestigias daemonum sequens. Porro spiritus dei non omnibus inest, sed apud quosdam iuste viventes devertens et cum anima eorum complicatus per praedictiones reliquis animabus res absconditas nuntiavit; et quae sapientiae quidem paruerunt cognatum sibi spiritum attraxerunt, quae vero non paruerunt et ministrum dei passi reiecerunt cum deo potius pugnare quam eum colere deprehensae sunt.

in marg. *κατακολουσοῦσα*. Gesner. errore *κατακολουθήσατα*, quod Herold. in *κατακολουθήσαντα* inepte mutavit.

16. *δικαίως*] Sic (cum Par. 1) Duc. et Maran.; caeteri *δικαίοις*. Iam Gesnerus illud lectum voluit. Literae autem *οι* et *ω* saepe a librariis commutantur; cf. Iust. Dial. c. Tr. c. 17. n. 5. — Ad verba *παρὰ δέ τισι* etc. scholion in marg. Par. 1: *τοῦτο οὐ καλῶς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸν Διονυσίου τοῦ πάνυ* [Areopagitae?] *σκοπόν*.

17. *συμπλεκόμενον*] Fris. in marg. *περιπλεκόμενον*. — De sententia c. 20: *ἡμεῖς δὲ τὰ ὑφ' ἡμῶν ἀγνοούμενα διὰ προφητῶν μεμαθήκαμεν, οἵτινες... τὰ ὅσα μὴ ἐγίνωσκον αἱ λοιπαὶ ψυχαὶ προὔλεγον*.

18. *σφίσιν αὐταῖς*] Duc. male *σφίσιν αὐταῖς*. — *Πνεῦμα ψυχῇ συγγενὲς* quid sit patet ex verbis supra pronuntiatis: *Γέγονε μὲν οὖν συνδίαιτον ἀρχῆθεν τὸ πνεῦμα τῇ ψυχῇ*. Spiritus quidem ab anima discessit, ita tamen, ut spiritualis virtutis tamquam scintillulae remanerent.

19. *τ. διάκονον τ. πεπονθ. θεοῦ*] Similiter infra c. 15 *τοῦ προσβεύοντος πνεύματος* fit mentio. — Appellationes *Ἰησοῦς* et *Χριστὸς* nuspiam in Oratione deprehenduntur; sed haud dubie orthodoxiae convenienter Tatianus de salvatore docuit. Pariter enim ut hic Christum *θεολογεῖ* c. 21: *Οὐ μαραίνομεν... θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ γεγονέναι καταγγέλλοντες*. Huc Caius videtur respexisse, in fragmento apud Routh. Reliqq. sacr. (ed. 2) Tom. II p. 129, qui in li-

14. Τοιοῦτοί τινές ἐστε καὶ ὑμεῖς, ὦ Ἕλληνες, ῥήμασι μὲν 2
στωμύλοι, γνώμην δὲ ἔχοντες ἀλλόκοτον, [1]καὶ τὴν πολυκοιρανίην I
μᾶλλον ἤπερ τὴν μοναρχίαν ἐξησκήσατε, καθάπερ ἰσχυροῖς νο-
μίζοντες δαίμοσι κατακολουθεῖν. Ὥσπερ γὰρ ὁ ληστεύων, ἀπάν-
θρωπος ὤν, διὰ τόλμης τῶν ὁμοίων ἐπικρατεῖν εἴωθεν, οὕτω
καὶ οἱ δαίμονες, εἰς πολλὴν κακίαν ἐξοκείλαντες, τὰς [2]μεμονω-
μένας παρ' ὑμῖν ψυχὰς δι' ἀγνοιῶν καὶ φαντασιῶν ἐξηπατήκα-
σιν. [3]Οἱ θνήσκουσι μὲν οὐ ῥᾳδίως, σαρκὸς γὰρ ἀμοιροῦσι·
ζῶντες δὲ θανάτου πράττουσιν ἐπιτηδεύματα, τοσαυτάκις καὶ
αὐτοὶ θνήσκοντες ὁσάκις ἂν τοὺς ἑπομένους αὐτοῖς τὰς ἁμαρτίας
ἐκπαιδεύσωσιν. Ὥσθ' ὅπερ ἐστὶν αὐτοῖς περιττὸν ἐν τῷ νῦν, C
μὴ ὁμοίως τοῖς ἀνθρώποις ἀποθνήσκειν, τοῦθ' ὁπότ' ἂν μέλλωσι
κολάζεσθαι παρὸν αὐτοῖς· οὐ μεθέξουσιν ἀϊδίου ζωῆς, [4]ἀντὶ θα-
νάτου ἐν ἀθανάτῳ μεταλαμβάνοντες. Ὥσπερ δὲ ἡμεῖς, οἷς τὸ 24
θνήσκειν [5]ῥᾳδίως ἀποβαίνει νῦν, εἰς αὖθις μετὰ ἀπολαύσεως ἣ

bris Iustini et Tatiani aliorumque patrum dicit Christum θεολογεῖσθαι. Temere Semler ad Baumgartenii *Untersuchung theol. Streitigkk.* Tom. II. p. 77 ex τοῦ πεπ. effecit εὐπεπονθότος. „Diess würde eine Beschreibung Gottes seyn, der mitleidig, geneigt gegen diese Seelen heisset.“ Kahnis (*D. Lehre v. heil. Geiste* P. I. p. 244): „Diener des leidenden Gottes ist der h. Geist, nicht [sic Möhler *Patrologie* ed. Reithmayr, Tom. I, p. 263 explicuit] weil Christus durch sein Leiden die Mittheilung des h. Geistes uns verdient hat (denn es ist hier vom vorchristlichen Standpunkte die Rede), sondern als der grosse Prophet, welcher dem kommenden Heilande den Weg bahnt.“ — Scholion in marg. Par. 1 ad verba quae sequuntur: Ἀλλά γε καὶ Παύλου τοῦ θείου ἀποστόλου τί τὸ Ἀποκαλύπτεται ὀργὴ τοῦ θεοῦ [Rom. 1, 18]... ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων βούλεται; Διότι, φησί, γνόντες τὸν θεὸν [v. 21]... ηὐχαριστησαν, καὶ τὰ τούτ· ν ἐξῆς. Εἰ γὰρ μὴ εἶχον πνεῦμα θεοῦ, τί καὶ κατάκριτοι ἐπιδιακρίνῳ [in cod. ἐπὶ διακρίνῳ] δυνάμει τοῦ ἐπὶ τὰ κρείττω ποδηγεῖν οἷον τε ὄντος; Τί δὲ καὶ ἡ ἐν ἀδικίᾳ τοῦ θεοῦ ἀλήθεια κατεχομένη;

1. καὶ τ. πολυκοιρανίην ... μοναρχίαν] Vocem μοναρχίας veteres Christiani lubenter ad unitatem dei designandam adhibebant (cf. Iustin. De mon. c. 1. n. 1); opponitur hîc πολυκοιρανία, deorum multitudo, pariter atque in Iustin. Cohort. ad Gent. c. 17, ubi ad illud Homeri Il. II. 204 respicitur: Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη etc.. Pro

14. Tales estis etiam vos, Graeci, verbis quidem diserti, mente autem absurdi: ac principatum multorum potius quam unius professi estis, dum statuitis daemones assectari quasi potentes essent. Quemadmodum enim latro, quum inhumanus sit, audaciâ solet similes sui domare, sic daemones quoque, ad magnam improbitatem progressi, solitarias apud vos animas ignoratione et inanibus visis deceperunt. Qui quidem non facile moriuntur, sunt enim carnis expertes; viventes vero mortis instituta profitentur, toties nimirum et ipsi morientes quoties ad peccandum sectatores suos erudiunt. Itaque quod nunc praecipuum iis est, ut similiter ac homines non moriantur, id iis adfuturum est quando suppliciis tradentur: [tunc] non erunt aeternae vitae participes, quae pro morte in immortalitate assumitur. Quemadmodum autem nos, quibus nunc facile mori contingit, postea vel immortalitatem cum voluptate vel dolorem cum

ἐξησκήσατε Gesner. et Herold., ut Fris. et Aet., ἐξηγκήσατε dederunt. Princeps autem ille editor veram scripturam, Par. 1 et 2 firmatam, coniectavit.

2. μεμονωμένας] Omnes editores (Maranum excipias) cum Fris. μεμωρωμένας (fatuas) exhibuerunt. Genuinam lectionem Par. 1. 2 et Aet. offerunt. Anima μεμονωμένη quaenam sit, patet ex c. 13; est scilicet μόνη διαιτωμένη, h. e. μὴ κεκτημένη συζυγίαν τοῦ θείου πνεύματος. Quum idcirco deum ignoraret, daemonum artibus decepta est multosque deos effinxit. Dicuntur daemones c. 7 diaboli φαντάσματα imitati esse. — Paullo ante Duc. vitiose ἐξωκειλαντες.

3. Οἱ θνήσκουσι... ζῶντες δὲ θανάτου... θνήσκοντες] Cf. c. 8. n. 7 et c. 13. n. 1. — Pro ἐκπαιδεύσωσιν Aet. et Par. 2 ἐκπαιδεύουσι.

4. ἀντὶ θανάτου] Maranus legi vult ἀντιθανάτου (sic). In errorem eum duxit breviloquentia Tatianea. Animo enim cum μεταλαμβάνοντες subaudias ταύτην. Verbis autem ἀ. θαν. ἐν ἀθ. μεταλαμβ. praecedentia μεθέξουσιν ἀϊδ. ζ. explicantur; negatio igitur ad totam sententiam pertinet.

5. ῥᾳδίως] Aet. ῥᾴδιον. Morell. mox ἀκοβαίνειν. Tum pro εἰς αὖθις (inde a die iudicii) vulgo εἰσαῦθις scribitur; itidem paullo post. Dein Gesner., Herold., Morell., Worth. non ἀθανασίας (Par. 1. 2) sed ἀθανασίης (Fris., Aet.) dederunt, id quod abhorret a consuetudine Tatiani. Quomodo autem

τὸ ἀθάνατον ἢ τὸ λυπηρὸν μετὰ ἀθανασίας προσλαμβάνομεν, οὕτω καὶ οἱ δαίμονες τῇ νῦν ζωῇ πρὸς τὸ πλημμελεῖν καταχρώμενοι, [6]διὰ παντὸς καὶ διὰ τοῦ ζῆν ἀποθνήσκοντες, εἰς αὖθις ἕξουσιν τὴν [7]αὐτὴν ἀθανασίαν, ὁμοίαν τῆς παρ' ὃν ἔζων χρό- D
νον, κατὰ δὲ τὴν σύστασιν ὁμοίαν ἀνθρώποις τοῖς κατὰ γνώμην διαπραξαμένοις ἅπερ αὐτοῖς παρ' ὃν ἔζων χρόνον νενομοθετήκασι. Καὶ μήτι γε [8]τοῖς μὲν ἀνθρώποις ἐλάττονα τῆς ἁμαρτίας ἐξανθοῦσι τὰ εἴδη διὰ τὸ μὴ πολυχρονίως βιοῦν, τοῖς δὲ προειρημένοις δαίμοσι τὸ πλημμελεῖν μειζόνως ἀποβέβηκε διὰ τὸ ἄπειρον τῆς βιότητος;

15. [1]Καὶ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς ὅπερ ἔχοντες ἀπολωλέκαμεν τοῦτο νῦν ἀναζητεῖν, ζευγνῦναί τε τὴν ψυχὴν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ καὶ τὴν κατὰ θεὸν συζυγίαν πραγματεύεσθαι. [2]Ψυχὴ μὲν οὖν ἡ τῶν ἀνθρώπων πολυμερής ἐστι καὶ οὐ μονομερής· συν- 154
θετὴ γάρ ἐστιν, ὡς εἶναι φανερὰν αὐτὴν διὰ σώματος· οὔτε γὰρ ἂν αὐτὴ φανείη ποτὲ χωρὶς σώματος, οὔτε ἀνίσταται ἡ σὰρξ χω-

τὸ ἀθάνατον (cc. 7. 15) et ἀθανασία differant, bene ex hoc loco cognoscitur. Ἀθανασία est *immortalitas* in universum, τὸ ἀθάνατον *beata immortalitas* (μ. ἀπολ.). De sententia c. 13. n. 1 inspicias.

6. διὰ παντὸς κ. διὰ τ. ζῆν ἀποθν.] H. e. *welche immer selbst während ihres Lebens sterben*. Supra: ζῶντες δὲ θανάτου πράττουσιν ἐπιτηδεύματα, τοσαυτάκις καὶ αὐτοὶ θνήσκοντες ὁσάκις ἂν τοὺς ἑπομένους αὐτοῖς τὰς ἁμαρτίας ἐκπαιδεύσωσιν. Cf. n. 3. — Maranus praeter necessitatem, verbis καὶ διὰ deletis, legi mallet διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἀποθνήσκοντες.

7. αὐτὴν] Id ex Par. 1. 2 et Act. reposui. In editis desideratur. — Mox pro τῆς post ὁμοίαν Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 196) τῇ scripsit. Sed illud adiectivum interdum genitivo struitur: Xenoph. Anab. IV. c. 1. §. 17, Ioann. 8, 55. Quodsi scripter paullo post iungit cum dativo, subtiliter egit. Cf. Bernhardy *Wissensch. Syntax d. griech. Spr.* p. 140. Verba ὁμοίαν ἀνθρώποις τοῖς κ. γ. διαπραξαμένοις, pro ὁμοίαν τῇ ἀνθρώπων τῶν κ. γ. διαπραξαμένων (*der Beschaffenheit nach aber eine eben solche Unsterblichkeit wie diejenigen Menschen sie erhalten welche* etc.), simili modo pronuntiata sunt atque illud Homeri Il. XVII. 51: κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι. Comp. Xenoph. Cyrop. V. c. 1. §. 4. — Pro κατὰ δὲ τὴν Act. et Par. 2 κατὰ μὲν τήν.

8. τοῖς μὲν ἀνθρώποις] Par. 1 et Fris. τοῖς ἑπομένοις (sic, c. spir. leni) τοῖς, Act. et Par. 2 τοῖς ἑσομένοις τοῖς. Certissima emenda-

immortalitate percipimus, sic daemones quoque praesenti vitâ ad peccandum abutentes, perpetuo etiam in vitâ morientes, postea eamdem immortalitatem habebunt, similem prioris dum viverent, conditione autem parem [immortalitati] istorum hominum qui sua sponte gesserunt quidquid viventibus [daemones] praescripserunt. Atque an non hominibus pauciores peccatorum species ob vitae brevitatem efflorescunt, praedictis autem daemonibus ob infinitum aevum magis peccare contingit?

15. Iam oportet ut quod habentes amisimus id nunc requiramus, et animam cum spiritu sancto copulemus et ad coniunctionem cum deo enitamur. Sane anima quidem hominum est multarum partium et non simplex; composita enim est, ita ut manifesta fiat per corpus: neque enim ipsa apparuerit unquam sine corpore, neque resurgit caro sine

tione Gesnerus τοῖς μὲν ἀνθρώποις restituit.

1. *Καὶ χρὴ...πραγματεύεσθαι*] Cf. c. 12. n. 1. — Verba *ζευγνῦναι* etc. indicant quid sit quod homines antiquitus habuerint et nunc requirere debeant.

2. *Ψυχὴ...χωρὶς ψυχῆς*] Hic inprimis locus Orationis agit de relatione corpus inter et animam intercedente. Morellus pro *συνθετὴ* (sic omnes codd. msti) admisit *συνεστὴ*, quod quidem fortuito accidisse videtur, nimirum errore typographico; nam *σ. γ. ἐστιν* reddidit: *componitur enim*. Simliter in Epist. ad Diogn. c. 10. n. 4 erravit. Incepta autem scriptura in editionem Ducaeanam transiit; a Müntero (*Handb. d. dlt. christl. Dogmen-Gesch.* Tom. II. P. I. p. 151) et Olshausenio (Opuscc. theol. p. 167) temere probata est. Gesnerus et Heroldus (cum Fris.) non *αὐτὴ*, ante *φανείη*, sed *αὐτῇ* dederunt. — *Πόλυμερὴς* i. q. *multis partibus constans*, *vielltheilig*. Hesychius: *πολυμερές· εἰς πολλὰ μεριζόμενον*. *Μονομερὴς* i. q. *unius partis*, *simplex*. Cf. Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. V. p. 1177. Itaque anima hominis non est simplex sed *πολυμερὴς*, non incomposita sed *συνθετὴ*, quia dispertita est per singula corporis membra; per eadem sese manifestat: omnino ita connexa est corpori ut ab eo separari non possit. Theophilus ad Aut. I. c. 5: *διὰ τῆς κινήσεως τοῦ σώματος νοεῖται ἡ ψυχή*. Sic Daniel quoque (*Tatian. d. Apol.* p. 204 sq.) et Ritter (*Gesch. d. chr. Philosoph.* P. I. p. 338) explicuere. Insuper ille, quo melius scriptoris

ρὶς ψυχῆς. Ἔστι γὰρ ἄνθρωπος οὐχ, ὥσπερ [3] οἱ κορακόφωνοι δογματίζουσιν, ζῶον λογικόν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· δειχθήσεται γὰρ κατ' αὐτοὺς [4] καὶ τὰ ἄλογα νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικά. Μόνος δὲ ἄνθρωπος εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις τοῦ Θεοῦ· λέγω δὲ ἄνθρωπον οὐχὶ τὸν ὅμοια τοῖς ζώοις πράττοντα, ἀλλὰ τὸν πόῤῥω μὲν [5] ἀνθρωπότητος πρὸς αὐτὸν δὲ τὸν Θεὸν κεχωρηκότα. Καὶ περὶ μὲν τούτου [6] ἐν τῷ περὶ ζώων ἀκριβέστερον ἡμῖν συντέτακται. Τὸ δὲ νῦν [7] συνέχον ῥητέον ποταπή τίς ἐστιν ἡ κατὰ 25 B
Θεὸν εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις. Τὸ μὲν ἀσύγκριτον οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ αὐτὸ [8] τὸ ὄν· τὸ δὲ συγκρινόμενον οὔτι ἕτερον ἢ αὐτὸ τὸ παρόμοιον. Ἄσαρκος μὲν οὖν ὁ τέλειος Θεός, ἄνθρωπος δὲ σάρξ· [9] δεσμὸς δὲ τῆς σαρκὸς ψυχή, σχετικὴ δὲ τῆς ψυχῆς ἡ σάρξ. Τὸ δὲ τοιοῦτον τῆς συστάσεως εἶδος [10] εἰ μὲν ὡς ναὸς

sententia intelligatur, haec monuit: „Nach Tatian ist die menschliche Seele nur ein Theil des πνεῦμα ὑλικόν, welches jede Partikel der Materie durchströmt. Körper und Seele sind demnach so nothwendig mit einander vereinigt dass keines ohne das andere sein kann. Die Seele ist daher nicht in einem Theile des Leibes vorzugsweise, sie strömt in allen Gliedern."

3. οἱ κορακόφωνοι] Quinam isti [cf. c. 1. n. 24] fuerint, haud liquet. Sextus Empiricus Pyrrhon. hypotyp. II. c. 5 inter varias hominis definitiones a philosophis factas et hanc quorundam fuisse dicit, hominem fuisse ζῶον λογικόν, θνητόν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. Haud absimile vero est Stoicos hîc intelligi, celebres nimirum ob artem quam dixerunt ἐριστικήν. *Worthus.* — Multi Patres hominem ζῶον λογικόν (Vernunftwesen) dixerunt, ut Iustinus Dial. c. Tr. c. 93, De resurr. c. 8 (Τί γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστὸς ζῶον λογικόν;), Tertullianus adv. Marc. II. c. 4 („animal rationale intellectus et scientiae capax"), Lactantius Institt. div. II. c. 1.

4. καὶ τὰ ἄλογα] Vide Sextum Empir. l. c. I. p. 13. *Worthus.*

5. ἀνθρωπότητος] Iuxta Tatianum ἀνθρωπότης est (Worth.) omne illud in homine quod ipsi cum reliquis animalibus commune est. — Homo, quatenus spiritus ei inest divinus, est imago et similitudo dei (coll. c. 12) et differt a brutis; quatenus autem spiritûs consortio destitutus est, praestat illis solâ voce articulatâ.

6. ἐν τῷ περὶ ζώων] Scholion in marg. Par. 1: Καὶ περὶ ζώων οὗτος ἀνὴρ ἔγραψεν. Ledermann Examen des hérésies de Tatien p. 4: „D'après le sens du passage devait se rattacher à l'anthropologie." Daniel l. c. p. 112: „Der

anima. Est enim homo non, ut corvorum instar crocitantes decernunt, animal rationale, mentis et scientiae capax; nam secundum eos ipsae belluae mentis et scientiae capaces ostendentur. Solus autem homo imago et similitudo dei; hominem autem dico non eum qui similia belluis faciat, sed qui procul ab humanitate constitutus ad ipsum deum pervenerit. Atque id equidem in libro *de animalibus* accuratius disserui. Quod autem nunc ad rem maxime pertinet disserendum est: qualis sit illa secundum deum imago et similitudo. Quod comparari non potest nihil est aliud quam ipsum ens; quod autem comparatur nihil aliud quam quod simile est. Sane carnis quidem expers perfectus deus, homo autem caro; vinculum carnis est anima, animam continet caro. Talis quidem naturae species si se instar tem-

Verlust des Buchs ist namentlich deshalb zu bedauern, weil sein Inhalt wahrscheinlich über Tatian's Lehre von der Seele Licht werfen würde." Cf. c. 16. n. 3. — Morell. μὲν omisit.

7. συνέχον] Morell. συνέχων vitiose. Formulam τὸ συνέχον (*was die Hauptsache in sich hält, ausmacht*), repetitam c. 41 et interpretibus minus recte intellectam, Polybius frequentavit. — Pro ποταπή τίς ἐστιν (duplex interrogatio coarctata: cf. Heindorf. ad Plat. Hipp. mai. p. 298. A) editi ποταπή τις ἐστιν —. De forma ποταπὸς adeas Lobeck. ad Phryn. p. 56 sqq..

8. τὸ ὄν] Summus deus. Cf. Iustin. Cohort. ad Gent. c. 22. — Mox omnes codd. msti οὔτι ἕτερον ἢ αὐτὸ τὸ παρόμοιον offerunt: nisi quod Fris., quocum Gesner. et Herold. faciunt, male ὅντι pro οὔτι habet. Legendum coniecit Gesnerus: ... ὅντι ἕτερον ἢ αὐτό, παρόμοιον δέ. Eamque coniecturam Morell., Duc., Worth. in textu perperam collocarunt. Laudavit Maranus similem Tertulliani sententiam adv. Marc. II. c. 9: „Imago veritati non usquequaque adaequabitur; aliud est enim secundum veritatem esse, aliud ipsam veritatem esse."

9. δεσμὸς ... ἡ σάρξ] Anima quidem v i n c u l u m carnis est, quia per eam connectuntur et firmantur omnes corporis partes. *Gesnerus.* — Verbis σχετικὴ δὲ τῆς ψυχῆς ἡ σάρξ id vult Tatianus: carnem [s. corpus] comprehensivam animae esse, si ita barbare loqui liceat, seu domicilium et habitaculum ipsius. *Worthus.* —. Vox σχετικὴ est stoicae originis: Ritter l. c. p. 337.

10. εἰ μὲν ... πνεύματος] Coll. 1 Cor. 3, 16. — Supra c. 13 (n. 19) nominavit spiritum sanctum διάκονον τοῦ πεποιθότος θεοῦ.

ᾖ, καταοικεῖν ἐν αὐτῷ βούλεται Θεὸς διὰ τοῦ προσεύοντος πνεύματος· ταμούσαν δὲ μὴ ὄντος [11]τοῦ σκηνώματος, προφύχει τῶν θηρίων ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὴν ἔναρθρον φωνὴν μόνον, τὰ δὲ λοιπὰ τῆς αὐτῆς ἐκείνοις φιλίτης ἐστίν, οὐκ ὢν ὁμοίωσις τοῦ C
Θεοῦ. Δαίμονες δὲ πάντες σαρκίον μὲν οὐ πέπτηνται, [12]πνευματικὴ δέ ἐστιν αὐτοῖς ἡ σύμπηξις, ὡς πυρός, ὡς ἀέρος. Μόνοις [13]δὲ τοῖς πνεύμασι Θεοῦ φρουρουμένοις εὐσύνοπτα καὶ τὰ τῶν δαιμόνων ἐστί [14]σώματα, τοῖς λοιποῖς δὲ οὐδαμοῦ, λέγω δὲ [15]ταῖς ψυχικοῖς. Τὸ γὰρ ἧττον κατάληψιν οὐχ ἰσχύει ποιεῖσθαι τοῦ κρείττονος. Διὰ τοῦτο γοῦν ἡ τῶν δαιμόνων ὑπόστασις οὐκ ἔχει μετανοίας τόπον. [16]Τῆς γὰρ ὕλης καὶ τῆς πονηρίας εἰσὶν ἀπαυγάσματα. [17]Τλη δὲ τῆς ψυχῆς κατεξουσιάζειν ᾐθέλησεν· καὶ [18]κατὰ τὸ αὐτεξούσιον οἱ μὲν Θανάτου νόμους τοῖς 26
ἀνθρώποις παραδεδώκασιν· οἱ δὲ ἄνθρωποι μετὰ [19]τὴν τῆς ἀθα- D
νασίας ἀποβολὴν Θανάτῳ τῷ διὰ πίστεως τὸν Θάνατον νενικήκασι, καὶ διὰ μετανοίας κλῆσις αὐτοῖς δεδώρηται κατὰ τὸν εἰπόντα λόγον· [20]Ἐπειδὴ βραχύ τι παρὰ ἀγγέλους ἠλαττώθησαν. Δυνατὸν δὲ παντὶ [21]τῷ νενικημένῳ πάλιν νικᾶν, τοῦ Θανάτου τὴν

11. τ. σκηνώματος] Cf. Epist. ad Diogn. c. 6. n. 7. Praeterea c. 13. n. 1 inspicias.

12. πνευματικὴ etc.] C. 12 (n. 12) daemones σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες dicuntur, h. e. qualis est ignis et aëris. Similiter Basilius de spir. sanct. c. 16. Cf. Baumgarten-Crusius *Comp. d. chr. Dogmengesch.* ed. Hase P. II. p. 201.

13. δὲ] Fris. in marg. γοῦν.

14. σώματα] Morell., Worth., Maran. σώματος, citra codd. auctoritatem. — Mox Duc. οὐδαμῶς sine causa.

15. τ. ψυχικοῖς] Non verendum est ne hanc vocem [repetitam c. 16] Tatianus eodem sensu usurpet ac Gnostici. Neque enim, ut illi, catholicos hac voce designat, sed eos tantum qui non ita vivunt ut in eis habitet spiritus sanctus. In quo quidem Tatianum auctorem habet apostolum qui ait 1 Cor. 2, 14: ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ. Maranus.

16. Τῆς . . . ἀπαυγάσματα] Scholion in marg. Par. 1: Διὰ τί δαίμοσιν ἐπιστροφὴ πρὸς τὸ κρεῖττον οὐκ ἔστιν; — Worthus: „Aperte [?] alludit ad Hebr. 1, 3, ubi Christus dicitur ἀπαύγασμα paternae gloriae. Sicut enim Christus eo nomine impeccabilis erat, sic ex adverso daemones, cum sint ὕλης omnisque malitiae ἀπαυγάσματα

pli habeat, lubenter id incolit deus per legatum spiritum; si vero tale non sit tabernaculum, praestat homo belluis sola voce articulata, caetera vero eiusdem est atque illae vivendi rationis, ut qui non sit similitudo dei. Porro daemones omnes nullam habent carnem, sed spiritualis est iis compages, ut ignis, ut aëris. Ii autem soli qui spiritu dei communiti sunt facile videre possunt etiam daemonum corpora, caeteri vero nequaquam, hoc est psychici. Nam praestantius ab inferiore comprehendi non potest. Propterea ergo daemonum natura non habet poenitentiae locum. Materia enim et nequitia in iis relucent. Materia autem potestatem in animam exercere voluit; ac secundum liberum arbitrium isti quidem leges mortis hominibus tradiderunt: homines vero post immortalitatis iacturam morte per fidem obeunda mortem superaverunt, et per poenitentiam vocatio iis concessa est secundum effatum quod dicit: *Quoniam paullulum inferiores angelis exstiterunt.* Potest autem quisquis victus est rursus vincere, si mortis condi-

[cf. Bretschneideri Lex. man. in libros Ni Ti p. 39]; continuo in peccatum feruntur, neque aliud agunt quam ut homines in peccatum ac mortem trahant."

17. Τλη... ἠθέλησεν] Quod ait materiam animae imperare voluisse id explicat c. seq., ubi docet daemones adhibita inferiore ac viliore materia operam dare ut nos vincant. Unde hortatur ut materiam repudiet quisquis illos vincere volet. *Maranus.*

18. κατὰ τὸ] Fris. et Aet., Gesner. et Herold., τὸ κατὰ τό.

19. τὴν... ἀκοβολήν] Par. 2 τὰς ἀκοβολάς. — Mori per fidem (Gesner.) est deum sequi et a peccatis seperari. C. 11: Ἀπόδνησκε τῷ κόσμῳ... ζῆθι τῷ θεῷ.

20. Ἐπειδὴ... ἠλαττώθησαν] Psalm. 8, 5. — De verbis κ. τ. εἰκόντα λόγον Iust. Dial. c. Tr. c. 87. n. 2 adeas. Maranus: „Est aliquid subintelligendum atque ex supra dictis eruendum, ita ut haec sit sententia: Per poenitentiam vocatio hominibus concessa, quia inferiores sunt angelis secundum scripturam quae dicit" etc..

21. τῷ νενικημένῳ] Nimirum peccatis. Cf. c. 11. n. 12 et c. 12. n. 1. — Mox codd. mss. et editi κεφαιτούμενον.

σύστασιν παραιτουμένῳ. Τίς [22] δέ ἐστιν αὕτη, εὐσύνοπτον ἔσται τοῖς βουλομένοις ἀνθρώποις τὸ ἀθάνατον.

16. [1] Δαίμονες δὲ οἱ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτάττοντες οὔκ εἰσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί. Πῶς γὰρ ἂν γένοιντο δραστικαὶ [2] καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν, χωρὶς εἰ μὴ ζῶν μὲν ὁ ἄνθρωπος ἀνόητος 155
καὶ ἀδύνατος γένοιτο, νεκρὸς δὲ γενόμενος λοιπὸν δραστικωτέρας πιστεύοιτο μεταλαμβάνειν δυνάμεως; Ἀλλ' οὔτε τοῦθ' οὕτως ἐστίν, [3] ὡς ἐν ἄλλοις ἀπεδείξαμεν. Καὶ χαλεπὸν οἴεσθαι [4] τὴν ἀθάνατον, ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος μερῶν ἐμποδιζομένην, φρονιμωτέραν, ἐπειδὰν ἀπ' αὐτοῦ μεταναστῇ, γίνεσθαι. Δαίμονες γάρ, τῇ σφῶν κακοηθείᾳ [5] τοῖς ἀνθρώποις ἐκβακχεύοντες, ποικίλαις καὶ ἐψευσμέναις δραματουργίαις [6] τὰς γνώμας αὐτῶν παρατρέπουσι κάτω νενευκυίας, ὅπως μεταρσιοῦσθαι πρὸς τὴν ἐν οὐρα- B
νοῖς πορείαν ἐξαδυνατῶσιν. Ἀλλ' οὔτε ἡμᾶς τὰ ἐν κόσμῳ λέ- 27
ληθε, καὶ [7] ἡμῖν εὐκατάληπτον τὸ θεῖον τῆς ἀπαθανατιζούσης τὰς ψυχὰς δυνάμεως ἡμῖν προσελθούσης. Βλέπονται δὲ καὶ ὑπὸ [8] τῶν ψυχικῶν οἱ δαίμονες, ἐσθ' ὅτε τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτοὺς ἐκείνων δεικνύντων, ἵνα τε [9] νομισθῶσιν εἶναί τινες, ἢ καί τι

22. δέ ἐστιν] Sic Par. 1. Ducaeus et Maranus ἐστιν omiserunt. Caeteri δὲ γάρ.

1. Δαίμονες... ψυχαί] Cf. Iust. Apol. I. c. 18. n. 7.

2. καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν] Anima enim post mortem cum corpore perit, tempore iudicii ad immortalitatem revocanda: c. 13. n. 1. — Editores (c. Fris.) inepte sic habent: ... ἀποθανεῖν χωρίς; εἰ μὴ ὁ ζῶν ἄνθρωπος μὲν, ἀνόητος δὲ, ἀδύνατος γένοιτο. Excipias Ducaeum et Maranum. Ille enim ante χωρὶς signum interrogandi collocavit, hic vero etiam verba quae sequuntur immutavit: χωρὶς εἰ μὴ ὁ ζῶν μὲν ἄνθρωπος ἀν. καὶ ἀδ. γένοιτο. Dedi equidem sicut in Par. 1 et in marg. Fris. comparet. De formula χωρὶς εἰ μὴ (= ἐκτὸς εἰ μή, Ps.-Iust. Epist. ad Zen. et Ser. c. 7) Lobeck. ad Phryn. p. 459 disputavit. Nos: „Wie sollten die Seelen böser Menschen sogar nach dem Tode thatkräftig sein können? Man müsste denn annehmen dass der Mensch während seines Lebens thöricht und machtlos gewesen, durch den Tod aber eine wirksamere Kraft erhalten habe. Doch dies ist nicht der Fall."

3. ὡς ἐν ἄλλοις ἀπεδ.] Amissum quendam hoc loco Tatianus librum designat, in quo fusius de natura daemonum se disseruisse testatur. *Worthus.* — Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 114: „Allein ob-

tionem repudiet. Quae autem haec sit, facile perspicere poterunt homines qui immortalitatem concupiscunt.

16. Daemones autem qui hominibus imperant non sunt hominum animae. Quomodo enim efficaces fuerint etiam post mortem: nisi forte homo quamdiu vivit insipiens et invalidus fuerit, mortuus vero efficaciore credatur deinceps praeditus potestate? Sed neque hoc ita se habet, ut alibi demonstravimus. Ac difficile est existimare animam immortalem, quae corporis membris impeditur, sagaciorem, quum ex eo migraverit, fieri. Daemones enim, dum pro sua nequitia in homines debacchantur, deorsum vergentia eorum ingenia variis et fallacibus machinationibus pervertunt, quominus ad viam coelorum erigi possint. Sed neque nos ea latent quae in mundo sunt, et divinum facile a nobis comprehendi potest, si vis quae animas immortales facit ad nos accesserit. Videntur autem etiam a psychicis daemones, quum ipsi nonnunquam hominum adspectui se exhibent: vel ut existimentur aliquid esse, vel etiam

gleich Tatianus wirklich mit Vorliebe die Dämonenlehre behandelt, so können doch jene Worte der Apologie füglich auf die Schrift περὶ ζώων [c. 15. n. 6] bezogen werden, wo jener Gegenstand auch zur Sprache kommen musste." Pariter Maranus in Praef. p. CV statuit.

4. τὴν ἀθάνατον] Scriptor ironice (n. 2) id de anima pronuntiat. Caetera dicit hypothetice: „Si posset fieri animae a corpore separatio, vix credibile esset illam, quippe separatam, sagaciorem fore et efficaciorem."

5. τοῖς ἀνθρώποις] Par. 1 et 2 in marg. τοὺς ἀνθρώπους.

6. τ. γνώμας . . . κάτω νεν.] C. 13: μόνη μὲν διαιτωμένη πρὸς τὴν ὕλην νοῦς κάτω... συζυγίαν δὲ κεκτημένη τὴν τοῦ θείου πνεύματος οὐκ ἔστιν ἀβοήθητος etc..

7. ἡμῖν... ἡμῖν] Fris. et Aet., Gesner. et Herold., ὑμῖν... ὑμῖν. Iam princeps editor illam lectionem, Par. 1 et 2 firmatam, coniectavit. Priori ἡμῖν in Aet. ἐστιν additum est. Substantivum δυνάμεως male deest in codd. editis et mstis. Designatur spiritus dei (n. 6).

8. τ. ψυχικῶν] Cf. c. 15. n. 15.

9. νομισθῶσιν] Aet., Par. 2, Fris., indeque Gesner. et Herold. νομίζουσιν, Par. 1 νομίζωσιν, magis accedens ad veram scripturam, quae reperitur in marg. Par. 2, unde Maran. quoque recepit; caeteri edi-

βλάψωσι καθάπερ πολεμίους φίλοι κακοὶ τὴν γνώμην ὑπάρχοντες, [10] ἢ τιμῆς εἰς αὐτοὺς τοῖς ὁμοίοις αὐτοῖς τὰς ἀφορμὰς παράσχωσιν. Εἰ γὰρ δυνατὸν αὐτοῖς, πάντως ἂν καὶ τὸν οὐρανὸν σὺν ἅμα τῇ λοιπῇ κοιήσει καθείλκυσαν. Νῦν δὲ τοῦτο μὲν πράττουσιν οὐδαμῶς· ἀδυνατοῦσι γάρ· ὕλῃ δὲ τῇ κάτω πρὸς C
τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς ὕλην πολεμοῦσι. [11] Τούτους δὲ νικᾶν ἄν τις θελήσῃ, τὴν ὕλην παραιτησάσθω. [12] Θώρακι γὰρ πνεύματος ἐπουρανίου καθωπλισμένος πᾶν τὸ ὑπ' αὐτοῦ περιεχόμενον σῶσαι δυνατὸς ἔσται. Εἰσὶ μὲν οὖν καὶ νόσοι καὶ στάσεις τῆς ἐν [13] ἡμῖν ὕλης· δαίμονες δὲ αὐτοὶ τούτων τὰς αἰτίας, ἐπειδὰν συμβαίνουσιν, ἑαυτοῖς [14] προσγράφουσιν, ἐπιόντες ὁπόταν καταλαμβάνῃ κάματος. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτοὶ χειμῶνι τῆς σφῶν ἀβιλτηρίας κραδαίνουσι τὴν ἕξιν τοῦ σώματος· οἳ λόγῳ θεοῦ δυνάμεως πληττόμενοι δεδιότες ἐπίασι, καὶ ὁ πάμνων θερα- D
πεύεται.

17. Περὶ γὰρ τῶν [1] κατὰ τὸν Δημόκριτον συμπαθειῶν τε 28
καὶ ἀντιπαθειῶν τί καὶ λέγειν ἔχομεν, ἢ τοῦθ' ὅτι κατὰ τὸν κοινὸν λόγον ἀβδηρολόγος ἐστὶν ὁ ἀπὸ τῶν Ἀβδήρων ἄνθρωπος; [2] Ὥσπερ δὲ ὁ τῇ πόλει τῆς προσηγορίας αἴτιος, φίλος ὢν Ἡρακλείους ὥς φασιν, ὑπὸ τῶν Διομήδους ἵππων κατεβρώθη, τρόπῳ τῷ αὐτῷ καὶ ὁ τὸν μάγον Ὀστάνην καυχώμενος ἐν ἡμέρᾳ

tores νομίζονται ex coniectura Gesneri. Idem error deprehenditur c. 40 (n. 5).

10. ἢ τιμῆς] Codd. msti et editi εἰ τοῖς, Fris. in marg. ἢ τῆς. Hic verbis εἰς αὐτοὺς adiungit θρησκείας, et sic editi quoque. Marani coniecturae debetur id quod posui in oratione. *EI* et *H* saepe a librariis commutantur: vid. Indd. edit. meae Iust. Tom. I. P. II. p. 477, Tom. II. p. 281, Tom. III. P. II. p. 373. C. 8 de daemonibus, Gentilium diis: πῶς τιμητέον τούτους. Ex παράσχωσιν Morell. temere fecit παρέχωσιν. — Τοῖς ὁμοίοις αὐτοῖς h. e. psychicis illis, hominibus spiritu divino destitutis. Inde infra; ὕλῃ δὲ τῇ κάτω πρὸς τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς ὕλην πολεμοῦσι.

11. Τούτους . . . παραιτησάσθω] Cf. c. 12. n. 12 et c. 15. n. 17.

12. Θώρακι . . . ἔσται] Coll. Ephes. 6, 13. 14. 17.

13. ἡμῖν] Sic Par. 1 alia manu et Maranus. Reliqui omnes ὑμῖν.

14. προσγράφουσιν] Aet. προγράφουσιν.

1. κατὰ τὸν Δημόκριτον] Brandis: „Democritus scheint die Wechselbeziehung der Dinge und Wesen

aliquid tamquam inimicis noceant amici mala mente praediti, vel ut similibus sibi occasionem ipsorum colendorum praebeant. Nam si possent, profecto ipsum coelum cum caeteris rebus creatis subverterent. Nunc autem nequaquam id faciunt: non enim possunt; sed materiâ inferiore materiam sibi similem oppugnant. Hos si quis vincere velit, materiam repudiet. Loricâ enim spiritus coelestis armatus servare poterit quidquid ab eo circumdatum est. Sane habet quidem materia nostra morbos et tumultus; causas autem eorum, quum accidunt, daemones ipsi sibi adscribunt, eodem tempore accedentes quo morbus invadit. Interdum etiam ipsi tempestate stultitiae suae concutiunt habitum corporis [nostri]: qui verbo potentiae dei percussi discedunt territi, et aeger sanatur.

17. De occultis enim secundum Democritum consensionibus et dissensionibus quid dicere possimus, nisi id, quod communi sermone contritum est, abderitequum esse hominem Abderâ oriundum? Quemadmodum autem is a quo urbs illa nomen accepit, Herculis ut ferunt amicus, a Diomedis equis devoratus est: sic etiam iste qui de mago

sehr weit ausgedehnt zu haben und, im Gegensatz gegen alle spätere Atomistik, der Magie nicht abhold gewesen zu sein." *Handb. der Gesch. d. gr.-röm. Philos.* P. I. p. 338 sq.. Cf: quae ibi memorantur. — Ad ἀβδηροδόγας quod attinet (qua voce solus Tatianus usus est), monendum est abderiticam mentem in proverbium abiisse de stupore. Cf. Pape *Wörterb. d. griech. Eigennamen* s. Ἄβδηρα.

2. Ὥσπερ etc.] Abderam, Thraciae urbem, Hercules eodem loco condidit quo Abderus amicus ab equis Diomedis laceratus est. Cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* P. I. p. 3. — Ὁ τὸν μάγον Ὀστάνην ναυχάμενος est Democritus. Scholion ad illud τ. μ. Ὀστ. in marg. Par. 1: παρὰ τοῖς Πέρσαις. In marg. Fris. et Act.: Ὀστάναι οἱ μάγοι τοῖς Πέρσαις ἐκαλοῦντο. Sic etiam Suidas s. v.. Werthus: „Duos certe Osthanas memorat Plinius Hist. nat. XXX. c. 2: unum, qui de magia primus commentatus Xerxem regem Persarum bello, quod is Graeciae intulit, comitatus est, alterum, qui Alexandri Magni temporibus *non levem auctoritatem addidit professioni.* Ad priorem respicere Tertullianum lib. de anima c. 57 adnotavit Pa-

συντελείας πυρὸς αἰωνίου βορᾷ παραδοθήσεται. Καὶ ὑμεῖς δέ, τοῦ γέλωτος ἦν μὴ ἀποπαύσησθε, τῶν αὐτῶν [3] ὥσπερ καὶ οἱ γόητες τιμωριῶν ἀπολαύσετε. Διόπερ, ὦ [4] Ἕλληνες, κεκραγότος 156
[4] ὥσπερ ἀπὸ τοῦ μετεώρου κατακούσατέ μου, μηδὲ ἐπιτωθάζοντες τὴν ὑμετέραν ἀλογιστίαν ἐπὶ τὸν κήρυκα τῆς ἀληθείας μετάγετε. Πάθος οὐκ ἔστι δι' ἀντιπαθείας ἀπολλύμενον, οὐδὲ ὁ μεμηνὼς [5] σκυτίδων ἐξαρτήμασι θεραπεύεται. [6] Δαιμόνων εἰσὶν ἐπιφοιτήσεις· καὶ ὁ νοσῶν καὶ ὁ λέγων ἱρᾶν, καὶ ὁ μισῶν καὶ ὁ βουλόμενος ἀμύνεσθαι, τούτους λαμβάνουσι βοηθούς. [7] Τρόπος δὲ αὐτοῖς τῆς μηχανῆς οὗτος. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν γραμ- 29
μάτων χαρακτῆρες, [8] στίχοι τε οἱ ἀπ' αὐτῶν, οὐ καθ' ἑαυτούς εἰσι δυνατοὶ σημαίνειν [9] τὸ συντεταγμένον, σημεῖα δὲ τῶν ἐννοιῶν σοφίσιν ἄνθρωποι δεδημιουργήκασι, παρὰ τὴν ποιὰν αὐ- B
τῶν σύνθεσιν γινώσκοντες ὅπως καὶ ἡ τάξις τῶν γραμμάτων ἔχειν νενομοθέτηται, παραπλησίως καὶ τῶν ῥιζῶν αἱ [10] ποικιλίαι, νευρῶν τε καὶ ὀστέων παραλήψεις, οὐκ αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς δραστικαί τινές εἰσι, στοιχείωσις δέ ἐστι τῆς τῶν δαιμόνων μοχθηρίας, οἳ πρὸς ἅπερ [11] ἕκαστον αὐτῶν ἰσχύει ὡρίκασιν. Ἐπεὶ δ' ἂν παρειλημμένην ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων θεάσωνται τὴν δι'

melius. Nec dubium quin de eodem hic agat Tatianus. De hoc autem Osthane gloriatus dicitur Democritus, sive quod ipsum invisserit ipsoque in peregrinationibus suis familiariter usus fuerit, seu etiam quod libros eius de re magica perlegerit. Certe testis est Clemens Alex. Strom. I. p. 304 Democritum Babylonem, Persidem et Aegyptum adiisse, τοῖς τε μάγοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύοντα." Cf. Democriti Abd. Operum Fragmm. ed. Mullach (Ber. 1843) p. 44. — Ἐν ἡμέρᾳ συντελείας, scil. τῶν ὅλων (c. 6. n. 1) sive τοῦ κόσμου (c. 13. n. 2).

3. ὥνπερ] Fris. et Par. 2 ὧν περὶ habent; sic editi quoque (Morell. ὧν πέρι). Unus Maranus legitimam lectionem (Fris. in marg., Par. 1, Aet.) in textu posuit. Mox Par. 2 ἀπολαύσητε. Exposuit de vocabulo γόης Karsten Philosoph. graecc. vett. Reliqq. Vol. II. p. 27 sqq.. — De sententia cf. Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 247.

4. ὥσπερ ἀπὸ τ. μετεώρου] *Clamantem ex loco superiori*, tamquam praeconem. Etiam Iustinus Apol. II. c. 12: Εἶθε καὶ νῦν τις ἂν τρ. φ. ἀνεβόησεν ἐπί τι βῆμα ὑψηλὸν ἀναβάς· Αἰδέσθητε etc..

5. σκυτίδων ἐξαρτ.] Scholion in marg. Par. 1 manu itala (cf. c. 10. n. 11): „Fortasse de Lupercis

Ostane gloriatur die consummationis igni depascendus tradetur. Vos quoque, nisi risum desinatis, eadem ac magi supplicia luetis. Quocirca, Graeci, velut ex loco excelso clamantem me audite, nec cachinnando vestram dementiam in praeconem veritatis transferte. Morbus non tollitur per occultam dissensionem, nec furiosus pelliculis appensis curatur. Daemonum sunt aggressiones: et qui aegrotat et qui amare se dicit, et qui odit et qui ulcisci cupit, hos capiunt adiutores. Modus autem machinationis eorum sic se habet. Quemadmodum enim literarum figurae, et versus qui ex iis constant, non possunt per se id quod componitur indicare, sed sibi homines signa cogitationum instituerunt, ex certa eorum constructione id percipientes cuius significandi causâ etiam ordo literarum institutus est: similiter radicum varietates, et nervorum ossiumque appositiones, non per se quidquam efficiunt, sed sunt elementum improbitatis daemonum, qui ad quid unumquodque illorum valeret definierunt. Ubi autem vident consentire homines ut sibi per eas res mini-

hoc intelligit." Gesnerus: „Σκυτίδας interpretor *pelliculas;* his enim aut linteis amuleta quaedam illigata stulti homines appendunt."

6. *Δαιμόνων εἰσὶν ἐπιφοιτήσεις*] Sic infra [c. 18] §. 31 *οἱ νομιζόμενοι θεοὶ τοῖς τινων ἐπιφοιτῶντες μίλεσιν* etc.. Amuleta, philtra et alia magica damnat impietatis ob malum finem; saepius enim adulteriis vel inimicitiis promovendis adhibentur. Non reprehendit hic medicinam artem sed magiam. *Gesnerus.*

7. *Τρόπος*] Gesner. (ex Fris.) et Herold. *τόπος*, quod quidem vitiose hic legi iam ille observavit. — *Αὐτοῖς*, h. e. daemonibus.

8. *στίχοι*] Aet. *στοῖχοι.*

9. *τὸ συνταττόμενον*] Maran.: *id quod cogitatur et componitur.* — Mox Herold. *τῶν δὲ* pro *δὲ τῶν.*

10. *ποικιλίαι . . . παραλήψεις*] Morell. et Worth. *ποικιλίαι.* Iidem cum Gesnero et Heroldo *παράληψις* (ex Fris.). — Pearsono verba *νευρῶν τε καὶ ὀστέων παράληψις* (sic) superflua videntur esse. At vero huc respiciunt verba infra posita: *Πῶς γὰρ...νευροῦ δὲ ὄντος μου λείψανον τὸ ἐν ἐμοὶ... αἰσθητόν τι ἀπεργάσεται;* Tum Maranus *θρασυναί τινος* legendum male coniecit.

11. *Ἕκαστον*] Aet. et Fris., Gesner. et Herold., *Ἕκαστος.* Sed Fris. in marg. veram lectionem praebet. Mox pro *ἰσχύει* (Fris. in marg.)

αὐτῶν ὑπηρεσίαν, [12]λαμβάνοντες σφίσιν αὐτοῖς δουλεύειν τοὺς ἀνθρώπους ἀπεργάζονται. Πῶς [13]δ' ἂν ἀγαθὸν μοιχείαις ὑπηρετεῖν; Πῶς δὲ καὶ σπουδαῖον πρὸς τὸ μισεῖν τινας [14]παριόντας βοηθεῖν; Ἢ πῶς ὕλη καλὸν [15]προσανάπτειν τὴν εἰς τοὺς μεμηνότας βοήθειαν καὶ μὴ τῷ Θεῷ; [16]Τέχνη γὰρ τῆς θεοσεβείας τοὺς ἀνθρώπους παρατρέπουσιν, πόαις αὐτοὺς καὶ ῥίζαις πείθεσθαι παρασκευάζοντες. Ὁ δὲ Θεός, εἴπερ αὐτὰ πρὸς τὸ ποιεῖν ἅπερ οἱ ἄνθρωποι βούλονται κατεσκεύακεν, πονηρῶν ἂν ἦν πραγμάτων δημιουργός· ἐπεὶ αὐτὸς μὲν [17]πᾶν τὸ εὖ πως ἔχον ἐδημιούργησεν, ἡ δὲ τῶν δαιμόνων ἀσωτία τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ πρὸς τὸ κακοποιεῖν ἐχρήσατο, καὶ τούτων ἐστὶ [18]τῆς κακίας εἶδος καὶ οὐχὶ τοῦ τελείου. Πῶς γὰρ ζῶν μὲν ἥμισυ μοχθηρὸς εἶην, νεκροῦ δὲ ὄντος μου [19]λείψανον τὸ ἐν ἐμοί, μηδὲν ἐμοῦ πράττοντος, τὸ μήτε κινούμενον ἀλλὰ μήτε αἰσθανό-

codd. msti, Gesner. et Herold. *ἰσχύειν* habent. — Maranus: „Daemones definivisse dicit ad quid res eiusmodi valerent, h. e. quid per radicum varietates et ossium appositiones ipsi perficerent et quos in usus ista adhiberent, ad fucum hominibus faciendum.“ Non enim sanant daemones sed illudunt (c. 18). — De voce *στοιχείωσις* c. 9 n. 1 consulas.

12. *λαμβάνοντες*] Sic Par. 1. Caeteri codd. msti, Gesner. et Herold. *ὑπολαμβάνοντες*. Ille *ἐπιλαμβάνοντες* coniecit legendum, idque editores receperunt. — Iustin. Apol. I. c. 14: *διὰ μαγικῶν στροφῶν χειροῦνται πάντας*. Apol. II. c. 5: *τὰ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδούλωσαν . . . διὰ μαγικῶν γραφῶν*.

13. *δ' ἄν*] Maran. *δὲ ἄν*. Dein Aet. et Fris. *μοιχείας*. Ita etiam Gesner., Herold., Worth.

14. *παριόντας*] Par. 2 *παριέντας*.

15. *προσανάπτειν*] Codd. msti et editi *προσννάπτειν*. Debebat saltem esse *προσσνάπτειν*, iterata litera σ, quod quidem Gatakerus ad Marc. Anton. IV. §. 21. p. 141 commendavit. Sed melius Ducaeus legit *προσανάπτειν*. C. 20: *τ. μαρτυρίαν προσάπτειν σε δεῖ τῷ Θεῷ*.

16. *Τέχνη* etc.] C. 18: *τέχνη δὲ τοὺς ἀνθρώπους αἰχμαλωτεύουσι*. — Tum pro *πόαις* (Par. 1. 2 et in marg. Fris.) Aet. et Fris. atque editores, Ducaeo et Marano exceptis, *ποίαις* habent: quae forma minus erat frequentata, ut Lobeck. ad Phryn. p. 496 docet. Etiam infra c. 18: *διὰ πόας*. Maranus: „Non legitimum herbarum usum damnat Tatianus, nec medicinam daemonibus acceptam refert, sed in superstitiosas radicum et ossium ap-

stretur, tunc prehendunt eos et in servitutem suam redigunt. Quomodo autem honestum adulteriis ministrare? Quomodo item praeclarum procedendo opem ferre ut nonnulli odio habeantur? Aut quomodo decorum materiae attribuere furentium curationem ac non deo? Arte enim a dei cultu homines avertunt, dum eos adducunt ut herbis et radicibus fidem habeant. Deus autem, siquidem haec ad id efficiendum creasset quod hominibus lubet, malarum sane esset rerum opifex; quia ipse quidem omnia bene se habentia creavit, daemonum vero intemperantia iis quae in mundo sunt ad male agendum usa est, etiam horum est nequitiae species ac non perfecti dei. Quomodo enim vivus ego minime sim malus, mei autem mortui, nihil agente me, reliquiae, quae non moventur immo nec sentiunt, aliquid quod sentia-

positiones invehitur. *Aliud est enim*, inquit Augustinus De doctr. chr. II. c. 45, *dicere: Tritam herbam si biberis, venter non dolebit; et aliud est dicere: Istam herbam collo si suspenderis, venter non dolebit. Ibi enim probatur contemperatio salubris, hic significatio superstitiosa damnatur.*“

17. *πᾶν τὸ εὖ πως ἔχον*] Coll. Gen. 1, 31.

18. *τῆς πονίας εἴδος*] *Nequitiae species*, ad magiam pertinens, de qua hic agitur. — Fris. (Gesn. et Her.) *καὶ οὐχὶ τοῦ θεοῦ τοῦ τελείου*. Unde Morell., Duc., Worth. *κ. ο. τοῦ θεοῦ τελείου* dederunt. Reliqui cödd. msti et Maran. *καὶ οὐχὶ τοῦ τελείου*. Cf. c. 12. n. 15.

19. *λείψανον τὸ ἐν ἐμοί*] Magi enim defunctorum ossibus [n. 10] non raro ad suas artes abutuntur. Eodem autem argumento probat nihil secundum naturam per ista effici posse, quo supra asseruit animas hominum non esse daemones. Nam si vel anima vel partes corporis tantum post mortem valerent, in vivis corporibus multo amplius valere deberent: quod cum non fiat, manifestum est falso quae dicuntur eis attribui. Si tamen nonnihil aliquando per cadaverum partes aut aliam materiam efficitur, id non facultate naturali aut effectu in rebus latente (quem sympathiam et antipathiam vocant) sed daemonum dolo contingit. *Gesnerus.* — Scholiasta in marg. Par. 1, non dubitans de vi reliquiarum, haec ad locum notavit: *Τοῦτο οὐκ αἰσίως παρελήφθη, καὶ κατὰ τῆς τῶν ἱερῶν μαρτύρων τῶν ἁγίων λειψάνων θαυματουργίας.*

μενον, αἰσθητόν τι ἀπεργάσεται; Πῶς δὲ ὁ τεθνεὼς [20]οἰκτίστῳ θανάτῳ δυνήσεται πρὸς τιμωρίαν τινὸς ἐξυπηρετῆσαι; Τοῦτο γὰρ εἰ οὕτως εἴη, πολλῷ μᾶλλον ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν οἰκεῖον ἐχθρὸν ἀμύνηται· δυνάμενος γὰρ καὶ ἄλλοις βοηθεῖν ἔκδικος πολλῷ μᾶλλον ἑαυτοῦ κατασταθήσεται.

18. Φαρμακεία δὲ καὶ πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ εἶδος τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐπιτεχνήσεως. Εἰ γάρ τις ὑπὸ τῆς ὕλης θεραπεύεται, 157
[1]πιστεύων αὐτῇ, θεραπευθήσεται μᾶλλον αὐτὸς δυνάμει θεοῦ προσανέχων. Ὥσπερ γὰρ τὰ δηλητήρια συνθέσεις εἰσὶν ὑλικαί, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ ἰώμενα τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως ἐστίν. [2]Εἰ δὲ τὴν φαυλοτέραν ὕλην παραιτούμεθα, πολλάκις καὶ διὰ τῆς ἐφ' ἕτερον τῶν κακῶν τινος ἐπιπλοκῆς ἰάσασθαί τινες ἐπιτηδεύουσι, καὶ τοῖς κακοῖς ἂν πρὸς τὸ ἀγαθὸν καταχρήσονται. Καθάπερ [3]δὲ τῷ λῃστεύοντι συνδειπνήσας, κἂν μὴ λῃστὴς· αὐτὸς ᾖ, ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ συνεστιαθῆναι τιμωρίας μεταλαμβάνει, [4]τρόπῳ τῷ αὐτῷ ὁ μὴ κακός, τῷ δὲ φαύλῳ ἀναμιγείς, πρὸς B
[5]τὸ νομιζόμενον καλὸν συγχρησάμενος, διὰ τὴν εἰς αὐτὸ κοι-

20. *οἰκτίστῳ θανάτῳ*] Ut intelligatur Tatiani sententia, observandum est antiquos existimasse animas hominum violenter mortuorum multo plus posse in magicis operationibus, quam eorum qui sicca et matura morte obierunt. Hanc opinionem etiam confirmabat, quod illas ad ipsum sepulcrum detineri crederent. Cfr. Tertullianus De anima c. 57 et Porphyrius De abstinentia animalium II. p. 212. *Maranus.*

1. *πιστεύων αὐτῇ*] Medica ars reprehendenda est (cf. c. 17. n. 6), si materiae tribuat quod est dei faciatque ex causa materiali efficientem. Cf. c. 20.

2. *Εἰ δὲ... παραιτούμεθα, κ. καὶ δ. τ. ἐφ' ἕ. τ. κακῶν... τ. κακοῖς... καταχρήσονται*] Sic Maranus ex Par. 1 reposuit. Interpres Campidon.: „Wenn nun wir die schlechte Materie verwerfen, so versuchen doch Einige" etc.. Alius aposiopesin statuerit: *Εἰ δὲ... παραιτούμεθα* [*ὀρθῶς φρονοῦμεν s. πράττομεν*]. Cf. Winer *Gramm. d. neutest. Sprachidioms* (ed. 4) p. 537. Caeteri codd. msti: *εἰ δὲ... παραιτούμενα* (in marg. Fris. et Par. 2 *παραιτούμενοι*)· *πολλάκις γὰρ* (Aet. *καὶ*) *διὰ τ. ὑφ'* (Fris. in marg. et Aet. *ἐφ'*) *ἕτερον τῶν κακῶν... τοῖς κακοῖς* (Fris. in marg. et Aet. *τῶν καλῶν... τοῖς καλοῖς*) *... καταχρήσονται*. Sic etiam Gesner. (c. Fris.) et Herold.; sed coniecit ille, ut *παραιτούμενοι* quod in marg. Fris. invenit habeat quocum

tur efficiant? Quomodo autem qui morte miserrima mortuus est poterit ad alicuius ultionem operam navare? Hoc enim si ita esset, multo magis a se ipso proprium inimicum propulsaret; nam qui opem etiam aliis ferre potest multo magis sui ipsius vindex erit.

18. Medicandi autem ratio et quidquid ea continetur eiusdem est artificii. Nam si quis materiâ curatur, ei confidens, multo magis curabitur si ad potestatem dei confugiat. Quemadmodum enim ea quae nocent compositiones sunt materiales, sic etiam quae sanant eiusdem sunt naturae. Quodsi deteriorem materiam recusamus: saepe nonnulli etiam per malae alicuius rei cum alia coniunctionem mederi conantur, et malis ad bonum utentur. Quemadmodum autem is qui cum latrone coenavit, etiamsi ipse non sit latro, tamen quia convivatus est poenae fit particeps, sic qui non est malus, sed cum eo quod malum est implicatur, eo ad opinatum bonum utens, propter commercium

copuletur, οἱ pro εἰ scribendum esse: quae quidem lectio tolerari non potest. Caeteri editores: οἱ δὲ... παραιτούμενοι· πολλάκις γὰρ διὰ τ. ὑφ' ἕτερον τῶν καλῶν... τοῖς καλοῖς (Duc. τῶν κακῶν... τοῖς κακοῖς)... καταχρήσονται. Wortho locus ita videtur restituendus:... τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως ἐστιν εἴδη, τὴν φαυλοτέραν ὕλην παραιτούμενα. — Maranus: „Videtur Tatianus *materiam deteriorem* intelligere non eam cuius naturae aliquid insit vitii (nihil enim non creatum a deo, nihil non bonum esse paulo antea monebat), sed eam quae, cum sua sponte nihil afferat ad morbi curationem, sine superstitione ac magicae operationis crimine ad morbos curandos adhiberi non potest. Quia autem saepe fiebat ut eiusmodi res, ad dissimulandum et occultandum scelus, cum aliis rebus sua sponte ad aegros levandos utilibus coniungerentur, ne sic quidem magicae operationis crimen evitari pronuntiat."

3. δὲ] Duc. δὲ ὁ. — Ad verba proxima scholion in marg. Par. 1 manu itala (cf. c. 10. n. 11): Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τοῖς ἁμαρτωλοῖς συνησθιάσατο.

4. τρόπῳ τῷ αὐτῷ] Sic ex Par. 1 et 2 reposui. Editi (cum Fris.) καὶ addunt. Aet. τρόπῳ δὲ αὐτῷ καὶ οὐ (pro ὁ) μὴ etc..

5. τὸ κ. καλὸν] Codd. mstι τὸν κ. κακόν. Sic etiam Gesner. et Herold.; quamquam ille in versione habet: *eoque ad bonum ut putat*

νωνίαν ὑπὸ [6] τοῦ κρίνοντος θεοῦ κολασθήσεται. Διὰ τί γὰρ ὁ 31
πιστεύων ὕλης οἰκονομίᾳ πιστεύειν οὐ βούλεται τῷ θεῷ; Τίνος
δὲ χάριν οὐ τῷ δυνατωτέρῳ προσέρχῃ δεσπότῃ, θεραπεύεις δὲ
μᾶλλον [7] αὐτὸν ὥσπερ ὁ μὲν κύων διὰ πόας, ὁ δὲ ἔλαφος δι'
ἐχίδνης, ὁ δὲ σῦς διὰ τῶν ἐν ποταμοῖς καρκίνων, ὁ δὲ λέων
διὰ τῶν πιθήκων; Τί δέ [8] μοι θεοποιεῖς τὰ ἐν κόσμῳ; Τί δὲ
θεραπεύων τὸν πλησίον εὐεργέτης [9] ἀποκαλῇ; Λόγου δυνάμει
κατακολούθησον. Οὐ θεραπεύουσι δαίμονες, τέχνῃ δὲ τοὺς ἀν- C
θρώπους αἰχμαλωτεύουσι· [10] καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος
ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἐοικέναι τοὺς προειρημένους λῃσταῖς. Ὥσπερ
γὰρ ἐκείνοις ἔθος ἐστὶ ζωγρεῖν τινας, εἶτα τοὺς αὐτοὺς [11] μι-
σθοῦ τοῖς οἰκείοις ἀποκαθιστᾶν, οὕτω καὶ οἱ νομιζόμενοι θεοὶ
τοῖς τινων ἐπιφοιτῶντες μίλεσιν, ἔπειτα [12] δι' ὀνείρων τὴν εἰς
αὐτοὺς πραγματευόμενοι δόξαν, δημοσίᾳ τε τοὺς τοιούτους προϊέ-
ναι κελεύσαντες, πάντων ὁρώντων, ἐπειδὰν τῶν ἐγκοσμίων ἀπο-
λαύσωσιν, [13] ἀποπτάμενοι τῶν καμνόντων, ἣν ἐπραγματεύσαντο
νόσον περιγράφοντες, τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκα- D
θιστῶσιν.

effectum abutatur. Morell. et Worth.: τὸ ν. κακόν. Veram scripturam καλὸν Fris. in marg. praebet. Mox εἰς αὐτὸ congruenter exhibui pro vulg. εἰς αὐτόν, quod quidem nequit ferri, ut iam Maranus vidit.

6. τ. κρίνοντος] Fris. et Par. 2 addunt τοῦτον. Idem est in editis: demum Maranus expunxit. „Nam superiora verba, τῷ δὲ φαύλῳ ἀναμιγείς, non significant coniunctionem cum hominibus malis sed cum rebus; eamque Tatianus vitiosam esse demonstrat, exemplo petito ex ipsa cum hominibus malis coniunctione."

7. αὐτὸν] = σέ (Hom. Od. VI. 27. XIV. 389), ut interdum apud recentiores scriptores. Cf. Pape *Handwörterb. d. gr. Spr.* Tom. I. p. 333. Fris. in marg. σαυτόν. Duc. σεαυτὸν admisit. Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 147) voluit αὐτὸν legi: sed formas αὐτοῦ etc. huspiam agnoscunt codices Tatiani. — Maranus: „Non legitimum medicinae usum vituperat [cf. c. 17. n. 16 et c. 18. n. 1], sed, postquam incantationes notavit, nunc illud etiam praescribit ut medicinae non fidamus quasi ipsa in se aliud praeter materiales compositiones habeat, sed utilitatem quam ex ea percipimus ad deum referamus. Basilius in ultima longiorum Regularum pluribus demonstrat sic medicina utendum esse ut morborum levatio non huic arti sed deo accepta referatur." — Quae Tatianus de cane, cervo, sue, leone

quod cum eo habuit a deo iudice condemnabitur. Cur enim qui materiae dispositioni credit deo non vult credere? Cur vero ad potentiorem dominum non accedis, sed potius tibi mederis ut canis gramine, cervus viperâ, sus cancris fluvialibus, leo simiis? Cur divinitatem iis tribuis quae in mundo sunt? Cur proximum sanans beneficus vocaris? Verbi potentiam sequere. Non sanant daemones, sed arte homines capiunt; et valde admirandus Iustinus recte pronuntiavit similes esse modo memoratos latronibus. Quemadmodum enim isti quosdam solent capere vivos, deinde suis eos pretio restituere, sic etiam qui existimantur dii, postquam quorundam corporibus obrepserunt, ac deinde opinionem praesentiae suae per somnia fecerunt, in publicum eos prodire iubent, et omnibus spectantibus, quum mundanis rebus se expleverint, ab aegrotantibus avolant et, morbo quem inflixerant deleto, homines pristinae valetudini restituunt.

hic memorat alii quoque scriptores referunt, ut Plinius Hist. nat. XXV. c. 8, XXVIII. c. 42, XXXII. c. 19. Aelianus Var. Hist. I. c. 9.

8. *μοι*] Cf. c. 11. n. 9.

9. *ἀκοκαλῇ*] Gesner. (c. Fris.), Herold., Duc., Worth. *ἀκοκαλεῖ*. Inde Pearsonus legit *εὐεργέτην ἀκοκαλεῖ*. Sed *ἀκοκαλῇ* Par. 1. 2 et Act. tuentur. — Quae sequuntur vulgo (Act., Fris. — Gesn., Her., Morell., Worth.) cum praecedentibus iunguntur: *ἀκοκ., λόγου ὄντ. καταπολουθῆς* [sic]; Fris. in marg. et Duc. habent *καταπολουθήσας*. Par. 2 *καταπολουθεῖς*. Genuinam scripturam *καταπολούθησον* ante me Maranus ex Par. 1 suppeditavit. *Λόγος* autem hic (coll. c. 25. n. 15) ad doctrinam divinam debet referri, in re christiana omnibus conspicuam.

10. *καὶ... λησταῖς*] De his verbis, etiam ab Eusebio Hist. eccl. IV. c. 16 laudatis, adeas meam Opp. Iustini editionem, Tom. II. p. 250. fragm. VII. Sed Iustinus aliter intellexisse videtur atque Tatianus.

11. *μισθοῦ*] Sic codd. msti; unus Par. 2 *μισθεί*, sed in marg. *μισθοῦ*. Fris. in marg. *μισθῷ*, id quod Morell., Duc., Worth. male in textu posuerunt.

12. *δι' ὀνείρων*] Iustinus Apol. I. c. 14: *ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν ὑμᾶς δούλους καὶ ὑπηρέτας, καὶ ποτὲ μὲν δι' ὀνείρων ἐπιφανείας... τοὺς ἔσθ' ὅπως ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀγωνιζομένους.*

13. *ἀποπτάμενοι*] Fris. in marg. *ἀποστάμενοι*.

19. Ὑμεῖς δὲ τούτων οὐκ ἔχοντες τὴν κατάληψιν παρ' ἡμῶν 32
τῶν εἰδότων [1] ἐκπαιδεύεσθε, λέγοντες θανάτου καταφρονεῖν καὶ
τὴν αὐτάρκειαν ἀσκεῖν. Οἱ γὰρ παρ' ὑμῖν φιλόσοφοι τοσοῦτον
[2] ἀποδέουσι τῆς ἀσκήσεως, ὥστε παρὰ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως
ἐτησίους χρυσοῦς ἑξακοσίους λαμβάνειν τινὰς εἰς οὐδὲν χρήσι-
μον, ὅπως μηδὲ τὸ γένειον [3] δωρεὰν καθειμένον αὐτῶν ἔχωσι.
[4] Κρίσκης οὖν, ὁ ἐννεοττεύσας [5] τῇ μεγάλῃ πόλει, [6] παιδεραστίᾳ
μὲν πάντας ὑπερήνεγκεν, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν.
[7] Θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, 158
[8] ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ καὶ ἐμέ, [9] ὡς κακῷ τῷ θανάτῳ
περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι, διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν
[10] λίχνους καὶ ἀπατεῶνας τοὺς φιλοσόφους συνήλεγχεν. Τίνας

1. ἐκπαιδεύεσθε] Herold. ἐκπαιδεύεσθαι. Maranus longam parenthesin induxit: ... ἐκπαιδεύεσθε. Λέγοντες θανάτου ... ἀσκεῖν, (οἱ γὰρ παρ' ὑμῖν ... ἡμᾶς εἴωθεν;) εἶτ' φατε μὴ δεῖν δεδ. etc. — Qui αὐτάρκειαν exercet nihil extra se desiderat, quum nullo vel auxilio vel subsidio indigeat.

2. ἀποδέουσι] Sic Par. 2 supra lineam et Maranus. Caeteri ἀποδεύουσι. Mox pro χρυσοῦς (cf. Pape *Handwörterb. d. gr. Spr.* s. v. χρύσεος, Tom. II. p. 1305) editi omnes χρυσοὺς offerunt. Spectat Tatianus ad imperatorem Marcum Aurelium, qui philosophis et rhetoribus larga manu salaria constituit. Cfr. Salmasius ad Capitol. vit. Anton. Pii c. 11 (ubi etiam de summa a Tatiano memorata exponitur) et Bernhardy *Grundriss d. röm. Litteratur* (Hal. 1830) p. 127 sq.. Praecipue Cynicos carpit, ex quorum numero Crescens erat; hi nihil philosophorum habebant praeter barbam et pallium. Cfr. Salmasius ad Capitol. vit. Marci Anton. c. 23 fin. et Bernhardy *Grundriss d. griech. Litteratur* P. I (Hal. 1836) p. 405.

3. δωρεὰν] Scholion in marg. Par. 1 manu itala (cf. c. 10. n. 11): Τὸ δὲ δωρεὰν ἀντὶ τοῦ ἀμισθὶ δεῖ λαμβάνειν. — Antea pro γένειον Fris. et Aet. (Gesner et Herold.) habent γένει. Tum pro καθειμένον Par. 2 καθειμένων.

4. Κρίσκης ... συνήλεγχεν] Haec verba Eusebius Hist. eccl. IV. c. 16 (ed. Heinichen. Tom. I) p. 368 laudavit. — De forma Κρίσκης vide Iustin. Apol. II. c. 3. n. 3. Pro οὖν Eus. γοῦν. Articulum ὁ ante ἐννεοτ. Galland. errore omisit.

5. τῇ μεγάλῃ πόλει] Etiam c. 29 τῆς μεγάλης πόλεως. Minime Megalopolis in Arcadia designatur (Gesner. et Duc.), sed Roma; haec pari modo appellatur a Porphyrio, cuius verba exhibui ad Iustin. l. c. c. 12. n. 9. Idem nomen, ut Maranus observavit, interdum aliis urbibus defertur, ut Alexandriae ap.

19. Vos autem, qui haec non perspicitis, a nobis, qui scimus, erudimini: utcunque mortem a vobis contemni et continentiam exerceri dicatis. Vestri enim philosophi tantum absunt ab hac exercitatione, ut quotannis nonnulli a Romanorum rege sexcentos aureos accipiant ad nullum finem utilem, ne scilicet vel barbam gratis promissam gerant. Crescens quidem, qui in magna urbe nidum posuit, puerorum amore omnes superabat, et pecuniae studio omnino addictus erat. Iste autem mortis contemtor ita ipsam metuebat mortem, ut Iustino, non secus ac mihi, mortem veluti malum machinationibus inferre conatus sit, quia veritatem praedicans gulae et fraudis philosophos arguebat.

Evagrium II. c. 4 et Constantinopoli ap. Photium Nomocan. c. 2. tit. 8. — Pro *ἐννεοττεύσας* Morell. et Maran. *ἐννεοτεύσας*.

6. *παιδεραστίᾳ*] Sic ex Par. 1. 2 et ex Eusebio reposui. Vulgo *παιδεραστείᾳ*. — Mox Aet. *πάντων* pro *πάντας*.

7. *Θανάτου δὲ ὁ κ. οὕτως αὐτὸν ἐ. τ. θ.*] Eusebius perperam interpolavit: *Θανάτου δὲ ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων* (haec Duc. recepit) *οὕτως αὐτὸς* (hoc, pro *αὐτόν*, Pearson. quoque admisit) *ἐ. τ. θ.*

8. *ὡς καὶ Ἰουστῖνον* etc.] Iustinus Apol. II. c. 3: *Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, ἢ κἂν ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου.*

9. *ὡς*] Codd. msti et editi *οὗς* habent. Fris. in marg. *οἷον*. Illud autem *ὡς* Gesneri debetur coniecturae, cui etiam Pearsonus („οὗς vel dele, vel lege *ὡς*"), Worthus, Maranus, Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 40), Semischius (*Justin d. Mart.* P. I. p. 53) calculum criticum adiecerunt. Literae *ω* et *ου* saepe a librariis commutantur. Mox Aet. *περιλαβεῖν* pro *περιβαλεῖν*. — Eusebius vero locum exhibet sic: *ὡς καὶ Ἰουστῖνον καθάπερ μεγάλῳ κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι*. Inde textum Tatiani mutandum esse Henr. Stephanus (in Praefatione editioni Epist. ad Diogn. praefixa), Ducaeus, Tentzelius (Miscellann. ecclesiast. P. I. p. 220), Nourrius (Appar. ad Biblioth. Max. vett. Patrum P. I. p. 527) temere coniecerunt. Eusebius de industria videtur locum isto modo dedisse. Nam verba *καθάπερ καὶ ἐμὲ* nihil proposito eius conducebant; „probat enim (Maran.) ex hoc testimonio Iustinum insidiis a Crescente strucis occisum fuisse: quod idem Tatiano non evenit."

10. *λίχνους κ. ἀπατεῶνας τ. φ. συνήλ.*] Euseb. *λίχνους τ. φ. κ. ἀπατεῶνας ἐξήλεγχε*. Inde idem

13. Τί λόγους etc.] Iust. Cohort. ad Gent. c. 35: οὐ γὰρ ἐν λόγοις ἀλλ' ἐν ἔργοις τὰ τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας πράγματα. Athenag. Suppl. p. Christ. c. 33: οὐ γὰρ μελέτῃ λόγων ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα. — Act. ἐφεστῶτες pro ἀφεστῶτες.

14. καταχρᾶσθε] Herold. καταχρᾶσθαι.

15. τοὺς... ἀποκρύπτετε] Quum Tatianus opponat philosophorum in angulis disputationes superbae in publicum proditioni, liquet eum loqui de doctrina, quam philosophorum plerique instar mysterii occultam tenebant. Vide Synesium Ep. 142. *Maranus.* — Philosophi enim, ut laterent, solebant angulos petere: unde ψιθυρίζειν ἐν γωνίᾳ (Plat. Gorg. p. 485. D, Themist. Or. 22) dicebantur. Praeter necessitatem Worthus pro ἀποκρύπτετε admisit ἀποκηρύττετε.

16. διὰ κ.τ.λ. Ἀ. ψελλισμῶν] No-

mones vobis quasi proprio iure vendicetis, tamen disseritis velut caecus cum surdo. Cur tenetis instrumenta fabrilia, qui fabricari non scitis? Cur sermones profitemini, qui ab operibus longe distatis: gloriâ nimirum inflati, in calamitatibus autem demissi? Actiones vestrae speciem habent a ratione alienam; nam in publico cum pompa incedítis, sermones autem in angulis occultatis. Missos vos fecimus quum tales cognosceremus, neque iam vestras res attingimus, sed verbum dei sequimur. Cur enim, o homo, literarum bellum excitas? Cur earum pronuntiationes ut in pugillatu attice balbutiendo collidis, quum te magis apte ad naturam loqui deceret? Nam si, quum Atheniensis non sis, atticissas, dic mihi cur non dorice loquaris. Quomodo hoc tibi asperius videtur, illud hilarius ad colloquium?

27. Quodsi te istorum tenet eruditio: cur mihi dogmatum quae mihi placent opiniones eligenti bellum indicis? Quomodo enim non absurdum est latronem quidem propter illud nomen cuius accusatur non puniri, antequam veritas diligenter explorata fuerit, nos autem per anticipatam ex convitiis sine examine opinionem odio haberi? Dia-

tat contractam vocum pronuntiationem. — Antea pro *συγχρούεις* Aet. *συγχρόσεις*.

17. *βαρβαρικώτερον*] Βάρβαρος hic dicitur de sermone aspere sonante. Sic *βαρβαρόφωνος* apud Homerum (Il. II. 867) legitur. Plerumque illud vocabulum aliter usurpatur: c. 1. n. 1.

1. *Πῶς γὰρ* etc.] Iustinus Apol. I. c. 4: *Ἐξ ὀνόματος μὲν γὰρ ἢ ἔπαινος ἢ κόλασις οὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἢν μή τι ἐνάρετον ἢ φαῦλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι δύνηται. Καὶ γὰρ τοὺς κατηγορουμένους ἐφ' ὑμῶν πάντας πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμωρεῖτε, ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα ὡς ἔλεγχον λαμβάνετε.* Adde Athenag. Supplic. p. Christ. c. 2 et Tertullian. Apolog. c. 2.

2. *μή*] Aet. *καί*.

3. *Διαγόρας*] Hic, teste Suida s. v., *ἄθεος* fuit, ac mysteria sic contemsit ut etiam ea sectantes averteret; quare Athenienses talentum iis polliciti sunt qui eum interfecissent. Quod *Φρυγίους* Diagorae *λόγους* attinet, Vossius (De histor. gr., ed. Westerm., p. 13) putat illos tractasse eorum historiam quae ad Cybelen, matrem Phrygiam, pertinebant: ut homines a sacris eius deterrerentur. Quare apud Suidam *λόγοι ἀποκρυγίζοντες* vocantur: istam

ναῖος ἦν, ἀλλὰ τοῦτον ἐξορχησάμενον τὰ παρ' Ἀθηναίοις μυστήρια τετιμωρήκατε· καὶ τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγοις ἐντυγχάνοντες ἡμᾶς μεμισήκατε. [4] Λέοντος κεκτημένοι τὰ ὑπομνήματα πρὸς τοὺς ἀφ' ἡμῶν ἐλέγχους δυσχεραίνετε· καὶ τὰς περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν δόξας [5] Ἀπίωνος ἔχοντες παρ' ἑαυτοῖς ὡς B ἀθεωτάτους ἡμᾶς ἐκφεύγετε. Τάφος τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς καθ' ὑμᾶς δείκνυται, [6] κἂν ψεύδεσθαί τις τοὺς Κρῆτας λέγῃ. Τῶν πολλῶν [7] θεῶν ἡ ὁμήγυρις οὐδέν ἐστι. Κἂν ὁ καταφρονῶν αὐτῶν Ἐπίκουρος δαδουχῇ, τοὺς ἄρχοντας οὐδὲν πλέον τοῦ θεοῦ κατάληψιν ἣν ἔχω περὶ τῶν ὅλων ταύτην οὐκ ἀποκρύπτομαι. [8] Τί μοι συμβουλεύεις ψεύσασθαι τὴν πολιτείαν; Τί δὲ λέγων θανάτου καταφρονεῖν [9] διὰ τέχνης φεύγειν αὐτὸν καταγγέλλεις; [10] Ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω παρδίαν ἐλάφου· τὰ δὲ τῶν ὑμετέρων λό- C

enim deam veteres turrigeram repraesentabant. Haud dubie autem in illis libris fabulae quoque descriptae erant aliorum numinum a Graecis e Phrygia receptorum. Cf. Mounier Disput. de Diagora Melio (Roterod. 1838) p. 83 sqq.. Diagoras autem et, qui statim memorantur, Leo Pellaeus et Apio grammaticus hanc deorum refellendorum viam sequebantur, ut eos vel homines esse (Arnob. adv. nat. IV. c. 29) probarent vel ad physicas rationes (Euseb. Praepar. ev. III. c. 1) revocarent. — Sensus: Vos, quamquam Diagoram ob impietatem sacrilegam damnavistis, tamen Phrygios eius libros legitis; id sane facitis: atqui infensum in nos animum non abiicitis. Maranus autem, ab Abbate de Monsoury (cf. c. 1. n. 20) monitus, pro τετιμωρήκατε commendavit τετιμήκατε. „Diagoram Atheniensem, quamvis mysteria evulgaverit, in pretio habetis; et qui Phrygios illius libros legitis nos odio habetis.“ In Par. 1 et 2 non ἐντυγχάνοντες sed ἐντυγχάνοντας errore comparet.

4. Λέοντος] Is Λίγυπτιακὰ (Hygin. Poett. astron. II. 20) sive περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν (Clem. Alex. Strom. I. c. 21. §. 106) scripsit. A Tertulliano De coron. milit. c. 7 Aegyptius et ab Arnobio l. c. Pellaeus appellatur. Adeas Westermannum ad Vossium l. c. p. 462. n. 5. — Ergo (Worth.): Leonis sc. falsorum numinum ἐλέγχους (coll. quae n. 3 monui) lubenter legitis, Christianorum vero ἐλέγχους aegre animo fertis.

5. Ἀπίωνος] Sic recte omnes codd. msti et editi. Unus Maranus Ἀπείωνος (Iustin. Cohort. ad Gent. c. 9. n. 9) dedit. Illo Apion infra c. 38 ὁ γραμματικὸς et ἀνὴρ δοκιμώτατος (cf. Voss. l. c. p. 235) appellatur, qui Aegyptiacorum libros quinque scripserit: ad quos Tatianus hic respicit. Cf. Schliemann

goras Atheniensis erat, sed ei poenam irrogastis quod Atheniensium mysteria evulgasset: et qui Phrygios illius libros legitis odio nos habetis. Qui Leonis commentarios servatis moleste fertis nostras redargutiones; et qui Apionis de diis Aegyptiis opiniones apud vos habetis nos tamquam impiissimos relegatis. Sepulcrum Olympii Iovis apud vos monstratur, licet quidam Cretenses mentiri dicat. Nihil est illa multitudinis deorum congregatio. Quamvis contemtor eorum Epicurus taediferi munere fungatur, principes non diutius celo quam de deo eiusque universorum principatu cognitionem habeo. Cur mihi auctor es ut meum institutum mentiar? Et qui mortem a te contemni dicis cur hortaris ut eam astute declinem? At ego cor cervi non habeo: ve-

Die Clementinen etc. (Hamb. 1844) p. 111 sqq.. — Mox ἐκκηρύσσεται vulgo pro ἐκκηρύττεται (cf. c. 1. n. 15) legitur; sic paullo infra (p. 164. C) recte κηρύττουσιν exstat.

6. κἂν ψ. τις τ. Κρ. λέγῃ] Cretensium vanitas de Iovis apud se sepulcro, multaque id genus mentientium, in vulgi fabulam abiit. *Gesnerus.* — Illi potissimum idcirco ψεῦσται vocabantur quod iactarent sepulcrum apud se esse Iovis, quem reliqui Graeci esse putabant immortalem deorum patrem. Callimachus, ad quem Tatianus pronomine τις videtur respicere, Hymn. in Iov. v. 8 sq. (coll. Athenag. Supplic. p. Christ. c. 30):

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Etiam Epimenides περὶ χρησμῶν fertur cecinisse: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. Plura dabunt recentiores interpretes Epist. ad Tit. 1, 12.

7. θεῶν ἡ ὁμήγυρις] Formula Homero usitata (Il. XX. 142). — Interpunctio debetur Marano; caeteri sic:... οὐδέν ἐστι, κἂν... δαδουχῇ τοὺς ἄρχοντας. οὐδὲν πλέον etc.. Worthus: „Innuit hoc loco Tatianus Epicurum, sicuti et alios philosophos, coactum solummodo poenae metu populari sententiae se accommodasse et hinc numerosam deorum turbam non manifeste denegasse.“ Cf. Iustin. Cohort. ad Gent. c. 20. n. 1.

8. Τί μοι σ. ψ. τ. πολ.] Cf. Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 17.

9. διὰ τέχνης] Cf. Iustin. Apol. I. c. 28. n. 5.

10. Ἐγὼ etc.] Minime tam ignavus sum (Hom. Il. I. 225: κραδίην ἐλάφοιο ἔχων) ut mortem timeam. Thersites ἀμετροεπὴς apud Homerum (l. c. II. 212) dicitur.

γων ἐπιτηδεύματα κατὰ τὸν ἀμετροεπῆ Θερσίτην γίνεται. Πῶς 45
πεισθήσομαι [11]τῷ λέγοντι μύδρον τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην
γῆν; Τὰ γὰρ τοιαῦτα λόγων ἐστὶν ἄμιλλα καὶ οὐκ ἀληθείας δια-
κόσμησις. Ἢ πῶς οὐκ ἠλίθιον [12]πείθεσθαι τοῖς Ἡροδώρου
βιβλίοις περὶ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου, γῆν ἄνω κηρύττουσιν,
κατειληλυθέναι τε ἀπ' αὐτῆς λέοντα τὸν ὑφ' Ἡρακλέους φονευθέν-
τα; Τί δ' ἂν ὠφελήσειε λέξις Ἀττικὴ καὶ φιλοσόφων σωρεία καὶ
συλλογισμῶν πιθανότητες καὶ μέτρα γῆς καὶ ἄστρων θέσεις καὶ
ἡλίου δρόμοι; Τὸ γὰρ περὶ τοιαύτην ἀσχολεῖσθαι ζήτησιν νομο-
θετοῦντός ἐστιν ἔργον ἑαυτῷ τὰ δόγματα. D

28. Διὰ τοῦτο καὶ τῆς παρ' ὑμῖν κατέγνων νομοθεσίας.
Μίαν μὲν γὰρ ἐχρῆν εἶναι καὶ κοινὴν ἁπάντων τὴν πολιτείαν·
νυνὶ δὲ ὅσα γένη πόλεων τοσαῦται καὶ τῶν νόμων θέσεις, ὡς
εἶναι τὰ παρ' ἐνίοις αἰσχρὰ παρά τισι σπουδαῖα. Νομίζουσι γοῦν
Ἕλληνες φευκτὸν εἶναι τὸ [1]συγγίνεσθαι μητρί, κάλλιστον δὲ τὸ
τοιοῦτόν ἐστιν ἐπιτήδευμα παρὰ τοῖς Περσῶν μάγοις· [2]καὶ παι-
δεραστία μὲν ὑπὸ βαρβάρων διώκεται, προνομίαις δὲ ὑπὸ Ῥω- 165
μαίων ἠξίωται, παίδων ἀγέλας ὥσπερ ἵππων φορβάδων συναγεί-
ρειν αὐτῶν πειρωμένων.

29. Ταῦτα οὖν ἰδών, ἔτι δὲ καὶ [1]μυστηρίων μεταλαβών, 46
καὶ τὰς παρὰ πᾶσι θρησκείας δοκιμάσας [2]διὰ θηλυδριῶν καὶ ἀν-
δρογύνων συνισταμένας, εὑρὼν δὲ παρὰ μὲν Ῥωμαίοις [3]τὸν κατ'
αὐτοὺς Λατιάριον Δία λύθροις ἀνθρώπων καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν

11. τῷ λέγ. μύδρον τὸν ἥλιον] Intelligit Anaxagoram, qui solem μύδρον διάπυρον (Diog. Laert. II. c. 3. §. 4. 9) vocavit. Cf. Reinhold *Gesch. d. Philos.* Tom. I (Ien. 1845) p. 45 sq..

12. πείθεσθαι] Sic Par. 1. 2, Duc. et Maran.; reliqui πιθέσθαι. — Pro Ἡροδώρου codd. msti et editi inepte praebent Ἡροδότου. Cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. III. p. 1241. — Tum Aet. non βιβλίοις sed βίβλοις offert.

1. συγγίνεσθαι] Par. 2 συγγενέσθαι. — De Persarum more hic memorato cf. Clement. Alex. Strom. III. c. 2. §. 11 et Tertullian. Apolog. c. 9.

2. καὶ] Herold. omisit. Tum pro vulg. προνομίας rescripsi ex Par. 1. 2 προνομίαις. Sic ἀξιοῦν τινα προσφθέγμασι apud Aeschyl. Agam. 877 legitur. De formula ὑπὸ

strarum autem literarum studia loquacissimum Thersiten imitantur. Quomodo credam dicenti solem esse massam ignitam lunamque terram? Haec enim verborum pugna sunt neque veritatis illustratio. Aut quomodo non stultum est Herodori de Herculis historia libris credere, terram superiorem praedicantibus, et inde delapsum leonem quem Hercules occidit? Quid enim profuerint stilus atticus et philosophorum sorites et syllogismorum probabilitates et mensurae terrae et astrorum positiones et solis cursus? Eiusmodi enim quaestionibus occupari hominum est sibi dogmata instar legis imponentium.

28. Quapropter vestras quoque legum institutiones contemsi. Unam enim oportebat esse et communem omnium vivendi normam; nunc autem quot civitates tot legum institutiones, ita ut quae apud nonnullos turpia sunt apud alios sint praeclara. Videtur nimirum Graecis fugiendum coniungi cum matre, praeclarissimum vero id habetur institutum apud Persarum magos; ac puerorum amor a barbaris damnatur, praerogativis vero a Romanis honorata est, qui puerorum greges instar equorum gregalium cogere student.

29. Haec quum vidissem, praeterea vero etiam mysteriorum particeps factus essem, ac varias ubique religiones explorassem quae ab effeminatis et androgynis procurantur, quumque reperissem apud Romanos Latiarem eorum Iovem

βαρβάρων ... ὑπὸ Ῥωμαίων c. 1. n. 1 consulas. — De sententia cf. Iustin. Apol. I. c. 27. n. 3.

1. *μυστηρίων*] Procul dubio Eleusinia intelligit, quae *κατ' ἐξοχήν* Mysteria dicebantur. Lobeck in Aglaophamo (Tom. I. p. 197) scripsit *τῶν μυστηρίων*.

2. *διὰ θηλυδρ.* etc.] Observat Augustinus libro VI de civ. dei sacra committi infamibus gallis, quibus ne in scenam quidem prodire liceat. *Maranus.* — Cf. c. 8. n. 9.

3. *τὸν κατ' αὐτοὺς Λατ. Δία*] Par. 1, Aet., Fris. corrupte *τὸν κατὰ τοὺς Λατιάριον Δία*. Sic Gesner. quoque et Herold.; caeteri editores, ut Par. 2, corrupta verba *κατὰ τοὺς* eiecerunt. Sed recte Henr. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 108) iussit *κατ' αὐτοὺς* (cf. c. 34 *τῇ κατὰ Ῥωμ. συν*) re-

ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον, Ἄρτεμιν δὲ [4]οὐ μακρὰν τῆς μεγάλης πόλεως τῶν αὐτῶν πράξεων ἐπανηρημένην τὸ εἶδος, [5]ἄλλον τε ἀλλαχῇ δαίμονα παροπραγίας ἐπαναστάσεις πραγματευόμενον, κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος ἐζήτουν ὅτῳ τρόπῳ τἀληθὲς ἐξευ- B
ρεῖν [6]δύνωμαι. [7]Περινοοῦντι δέ μοι τὰ σπουδαῖα συνέβη γραφαῖς τισιν ἐντυχεῖν βαρβαρικαῖς, πρεσβυτέραις μὲν ὡς πρὸς τὰ Ἑλλήνων δόγματα, θειοτέραις δὲ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων πλάνην· καί μοι πεισθῆναι ταύταις συνέβη διά τε τῶν λέξεων τὸ ἄτυφον καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον καὶ τῆς τοῦ παντὸς ποιήσεως τὸ εὐκατάληπτον καὶ τῶν μελλόντων τὸ προγνωστικὸν καὶ τῶν παραγγελμάτων τὸ ἐξαίσιον καὶ τῶν ὅλων τὸ μοναρχικόν. Θεοδιδάκτου δέ μου γενομένης τῆς ψυχῆς συνῆκα ὅτι [8]τὰ μὲν 47
κατεδίκης ἔχει τρόπον, τὰ δὲ ὅτι λύει τὴν ἐν κόσμῳ δουλείαν, C
καὶ ἀρχόντων μὲν πολλῶν καὶ μυρίων ἡμᾶς ἀποσπᾷ τυράννων, [9]δίδωσι δὲ ἡμῖν οὐχ ὅπερ μὴ ἐλάβομεν, ἀλλ' ὅπερ λαβόντας ὑπὸ τῆς πλάνης ἔχειν ἐκωλύθημεν.

30. Τούτων οὖν τὴν κατάληψιν μεμνημένος καὶ [1]πεποιημένος βούλομαι καθάπερ τὰ νήπια τῶν βρεφῶν ἀποδύσασθαι.

ponendum esse: atque ita Par. 2 in marg. suppeditat. — Scholion in marg. Par 1 manu itala (cf. c. 10. n. 11): „Statius [? Lucanus Phars. 1, 198]: Et residens celsa Latialis Iup[p]iter Alba." De cruento Iovis Latiaris cultu exposui ad Iustini Apol. II. c. 12. n. 9.

4. *οὐ μακρὰν τῆς μεγάλης πόλεως*] H. e. non procul Româ (haec enim est *μεγάλη πόλις* — cf. c. 19. n. 5), nempe Ariciae. Pariter scholiastes in marg. Par. 1 (vide et supra n. 3) explicuit, *Ἄρτεμιν* intelligens de „Diana Aricina." Idem statuerunt Scaliger in Euseb. p. 56 et Thiribius ad Iust. Apol. II. p. 128. De cultu Dianae Aricinae plura legas in Erschii et Gruberi *Allg. Encyclop. d. Wiss. u. Künste*, P. V (Lips. 1820), p. 238. Male Worthius indicatam pulavit Hymnidam Dianam, cuius templum non procul Megalopoli erat; sed sanguine non colebatur humano. — Lobekio l. c. *τὸ εἶδος* displicuit: maluit *τὸ αἶσχος*. Etsi non mala, non tamen necessaria emendatio. Ilidem scriptor saepius vocem istam ad notionem amplificandam adhibet: cc. 14 (*τῆς ἀμαρτίας τὰ εἴδη*), 17 (*τῆς κακίας εἶδος*), alibi. Cf. Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 29.

5. *ἄλλον τε ἀ. δαίμονα*] Non solum Iovi et Dianae sed Saturno quoque sacrificabatur humano sanguine, potissimum in Latio. Cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Al-*

cruore humano et sanguine ex homicidiis delectari, Dianam autem non procul magna urbe similes actiones profiteri, et alium alibi daemonem malorum facinorum auctorem fieri: in me ipsum descendens inquisivi quomodo verum invenire possem. Quum autem animum per optima quaeque versarem, contigit mihi ut in quosdam libros barbaricos inciderem, antiquiores quam ut cum Graecorum placitis, diviniores quam ut cum eorum errore conferri possint; et mihi evenit ut his fidem haberem propter dictionis humilitatem et scriptorum simplicitatem et universi creationis explicationem captu facilem et futurorum praecognitionem et praeceptorum excellentiam et singularem universorum principatum. Itaque animâ meâ divinitus edoctâ intellexi ista quidem ad condemnationem ducere, hanc autem servitutem quae in mundo est dissolvere, et a multis principibus et infinitis tyrannis nos abstrahere, et nobis dare non quidem novum quoddam, sed quod acceptum retinere per errorem nequivimus.

30. Horum igitur cognitione initiatus et instructus statui errorem tamquam nugas infantium abiicere. Nequitiae enim

terthumswies. Tom. VI. p. 431 et 835. Maranus sic transtulit: *et aliorum alibi daemonum molitione multa nefarie fieri.*

6. *δύναμαι*] Sic Stephani (l. c.) monitu edidi pro vulg. *δύναμαι*.

7. *Περινοοῦντι* etc.] Iustinus Dial. c. Tr. c. 8. n. 3. — De formula *γραφαὶ βαρβαρικαὶ* c. 1. n. 1 consulas.

8. *τὰ μὲν ... τὰ δὲ*] H. e. scripta Gentilium ... sacra scripta Christianorum. Illa ad damnationem nos ducunt, haec liberant a praestigiis daemonum. Cf. c. 8 sqq..

9. *δίδωσι δὲ* etc.] Necesse enim est ut anima cum spiritu divino coniungatur: qua quidem coniunctione pristinus revocatur protoplastorum status. C. 12. n. 1 et alibi. C. 15: *Δυνατὸν δὲ παντὶ τῷ νενικημένῳ πάλιν νικᾶν.* Id quomodo fieri possit, docent sacrae Christianorum (Vet. Test.) scripturae. — Pro *ἐλάβομεν* Act., Par. 2, Fris. *ἐλαύνομεν*. Hoc Gesner. quoque et Herold. habent, sed ille veram lectionem coniectatione assecutus est. Scholion in marg. Par. 1 ad hunc locum: *Τοῦτο τοῦ θεσπεσίου Παύλου καὶ οὗτος συνηγορεῖ, λέγοντος* [Rom. 1, 18] *τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν ἀδικίᾳ κατέχειν Ἕλληνας.*

1. *πεποιημένος*] Morell., Duc., Worth. *πεπεισμένος*, quae est con-

Τὴν γὰρ τῆς πονηρίας σύστασιν ἐοικυῖαν τῇ τῶν βραχυτάτων σπερμάτων ἴσμεν· ἅτε διὰ μικρᾶς ἀφορμῆς [2] *τούτου κρατυνθέντος, πάλιν δὲ αὖ λυθησομένου, ἡμῶν πειθομένων* [3] *λόγοις θεοῦ* D *καὶ μὴ σκορπιζόντων ἑαυτούς.* [4] *Διά τινος γὰρ ἀποκρύφου θησαυροῦ τῶν ἡμετέρων ἐπεκράτησεν, ὃν ὀρύττοντες* [5] *κονιορτῷ μὲν ἡμεῖς ἐνεπλήθημεν,* [6] *τούτῳ δὲ τοῦ συνεστάναι τὴν ἀφορμὴν παρέχομεν. Τὸ γὰρ αὐτοῦ πᾶν ἀποδεχόμενος κτῆμα τοῦ πολυτιμοτέρου πλούτου τὴν ἐξουσίαν ἐχειρώσατο. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἡμῶν οἰκείους εἰρήσθω. Πρὸς δὲ ὑμᾶς τοὺς* [c] *Ἕλληνας τί ἂν ἕτερον, ἢ τὸ μὴ τοῖς κρείττοσι λοιδορεῖσθαι, μηδὲ εἰ* [7] *βάρβαροι λέγοιντο ταύτην λαμβάνειν τῆς χλεύης τὴν ἀφορμήν; Τοῦ γὰρ πάντας ἀλλήλων ὑπακούειν τῆς διαλέκτου μὴ δύνασθαι* 166 *τὴν αἰτίαν εὑρεῖν,* [8] *ἣν ἐθέλητε, δυνήσεσθε· ἐξετάζειν γὰρ* [9] *βουλομένοις τὰ ἡμέτερα ῥᾳδίαν καὶ ἄφθονον ποιήσομαι τὴν διήγησιν.*

iectura Gesneri. Sed cf. c. 13: *τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ πεποιημένη.* Sensus: Sacris institutus scripturis (c. 29. n. 9) istum errorem gentilem, a daemonibus inductum (c. 29. n. 8), ceu pueriles nugas abieci; arcet enim a societate cum spiritu dei ineunda. Antea (c. 29): *ὅπερ λαβόντες ὑπὸ τῆς πλάνης ἔχειν ἐκωλύθημεν.* Comp. paullo supra: *συνέβη γραφαῖς τισιν ἐντυχεῖν... θειοτέραις δὲ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων* (Gentilium) *πλάνην.* Sic *ἀποδύεσθαι* metaphorice Lucianus (*τρυφήν*) Cat. 16 usurpavit. Worthus, supplendo *ἐκείνα*, interpretatus est: *animum induxi Gentilium libros tamquam nugas pueriles abiicere.* Prorsus falso Gesnerus: *improbitatem pristinam exuere volo ut nudus et infantibus similis reddar.* Pariter Maranus, quocum interpres Campid. facit: *volo instar puerorum infantium exui et nudari.*

2. *τούτου*] Sic codd. msti, Gesner., Herold., Maran.. Par. 1 in marg.: *λείπειν δοκεῖ.* Gesnerus pro *τούτου* coniecit *τοῦ πονηροῦ*, id quod Morell., Duc., Worth. textui inseruere. Inde Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 212), omnino contra codices, effecit *τούτου πονηροῦ.* Illud autem *τούτου*, quum *τῆς πονηρίας* praecedat, negligenter dictum est pro *τοῦ πονηροῦ*, quod quidem non de diabolo (Maran., Daniel l. c.) sed de nequitia interpretor, cuius isti daemones (*μύριοι τύραννοι* c. 29) sunt auctores. Vult enim scriptor dicere: Religionem sum christianam amplexus, nequitiâ Gentilium abiectâ; quam nequitiam, quamvis in me altius radices ceperit, radicitus tamen evelli. Etenim nequitia similis est semini: radices quidem im-

naturam minimorum seminum naturae similem esse scimus: quippe quum ex parvis momentis ista corroborata sit, rursus tamen dissolvetur, si fidem habeamus verbis dei neque nos ipsi dissipemus. Ope enim cuiusdam *occulti thesauri* deus bona nostra sibi asserit, quem dum fodimus pulvere quidem impleti sumus, ut autem fixus nobis maneat efficimus. Qui enim totum hunc thesaurum possidet pretiosiores divitias nactus est. Atque haec quidem nostris dicta sint. Vobis autem Graecis quid aliud dicam, nisi ut ne melioribus convitium faciatis, neve, si barbari dicuntur, inde ansam arripiatis cavillandi? Nam cur alii aliorum linguam invicem intelligere non possint, causam, si cupitis, cognoscere poteritis; vobis enim, nostra inquirere si velitis, facilem et copiosam narrationem instituam.

pulsu daemonum in nobis agit et crescit; sed rursus potest tolli, dummodo omnibus viribus verba dei (λόγους θεοῦ) amplectamur. Deus enim thesaurum (in agro) reconditum nobis in scripturis sacris (cf. a. 4) offert: quem ut accipiamus, requirit omnia quae habemus. Nec sine magno labore egregius ille thesaurus effoditur; sic vero consequimur ut firmiter eum obtineamus: et qui integram eius possessionem adepti sunt divitias in manu habent multo pretiosiores istis quas reliquerunt.

3. λόγοις θεοῦ] Aet. et Fris., Gesner. et Herold. λόγων θεοῦ. Ille autem editor veram (Par. 1. 2) scripturam coniecit.

4. Διά τ. γ. ἀποκρύφου θησαυροῦ etc.] Haec verba spectant ad parabolam ap. Matth. 13, 44 narratam. Quae quidem solis Christianis cognita erat; sed paullo post admonet: Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἡμῶν οἰκείους (christianae religionis consortes) εἰρήσθω. — Maranus verba inepte ad diabolum retulit, „qui nostra invasit et omnia possessionem suam esse ducit, cuique (τούτῳ δὲ) consistendi copiam damus, dum thesaurum occultum fodimus."

5. κοντορτῷ] Aet. et Fris. κοντοφτῶν. Similiter editores praeter Maranum, qui ex Par. 1. 2 κοντοφτῷ dedit. Fris. in marg. κώντον τοῦ.

6. τούτῳ] Ita Maranus ex Par. 1. 2 reposuit pro τούτων, quod editi habebant. Idem mox καρέσχομεν commendavit.

7. βάρβαροι] Cf. c. 1. n. 1.

8. ἦν] Gesner., Herold., Morell., Duc. ἦν.

9. βουλομένοις] Codd. msti et editi βουλόμενος. Quod quum vix ferri possit, iam Maranus illam emen-

31. [1] *Νῦν δὲ* [2] *προσῆκον μοι νομίζω παρασπῆσαι πρεσβυ-* 48
τέραν τὴν ἡμετέραν φιλοσοφίαν τῶν παρ' Ἕλλησιν ἐπιτηδευμά-
των. Ὅροι δὲ ἡμῖν κείσονται [3] *Μωυσῆς καὶ Ὅμηρος,* [4] *τῷ ἑκά-*
τερον αὐτῶν εἶναι παλαιότερον, [5] *καὶ τὸν μὲν ποιητῶν καὶ ἱστο-*
ρικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸν δὲ πάσης [6] *βαρβάρου σοφίας ἀρ-*
χηγόν. Καὶ ὑφ' ἡμῶν [7] *νῦν εἰς σύγκρισιν παραλαμβανέσθωσαν·*
εὑρήσομεν γὰρ οὐ μόνον τῆς Ἑλλήνων παιδείας τὰ παρ' ἡμῖν
[8] *ἀλλὰ ἔτι καὶ τῆς τῶν γραμμάτων εὑρέσεως ἀνώτερα. Μάρ-* B
τυρας [9] *δὲ οὐ τοὺς οἴκοι παραλήψομαι, βοηθοῖς δὲ μᾶλλον Ἕλλησι*
[10] *χρήσομαι· τὸ μὲν γὰρ ἄγνωμον, ὅτι* [11] *μηδὲ ὑφ' ὑμῶν παρα-*
δεκτέον, τὸ δ' ἂν ἀποδεικνύηται θαυμαστόν, ὅταν ὑμῖν διὰ τῶν
ὑμετέρων ὅπλων ἀντερείδων ἀνυπόπτους παρ' ὑμῶν τοὺς ἐλέγ-

dationem proposuit. Hic sensus est: Paratus sum vobis, si excutere volueritis quae ad nos pertinent, causam illius linguarum diversitatis diligenter exponere.

1. *Νῦν δὲ...ἀληθεύειν δυνατόν*] Haec verba Eusebius in Praeparat. evang. X. c. 11 transtulit, ex edit. Heinichen. Tom. II (Lips. 1843) p. 92—94 et ex edit. Gaisford. Tom. II (Oxon. 1843) p. 514—517.

2. *προσῆκον*] Act., Par. 2, Eus. *προσήκειν*. — Mox Act. *νομίζων*. — Tum Eus. in edit. Vigero-Heinichenians *ἐπιτηδευτῶν* (Eus. Par. 3 et Ven.) habet pro *ἐπιτηδευμάτων*, id quod recte Gaisford. recepit. — Scriptor christianam religionem *φιλοσοφίαν* nominavit (comp. *φιλοσοφεῖν* cc. 32. 33. 42), ut alii Patres: cf. c. 1. n. 1 et Suicer. Thes. eccl. s. v.. Iustinus Dial. c. Tr. c. 8: *ἔρως εἶχέ με τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, οἳ εἰσι Χριστοῦ φίλοι· διαλογιζόμενός τε πρὸς ἐμαυτὸν τοὺς λόγους αὐτοῦ ταύτην μόνην εὕρισκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. Οὕτως δὴ καὶ διὰ ταῦτα φιλόσοφος ἐγώ.*

3. *Μωυσῆς*] Sic scribo pro vulg. *Μωσῆς*. Illa forma, quippe praeferenda, infra quoque cc. 36. 37. 38. 40 in codd. exstat; de qua si plura cupias scire adeas Iustini Apol. I. c. 32. n. 1. — Paullo ante Eus. *δ' ἡμῖν* pro *δὲ ἡμῖν*.

4. *τῷ*] Act. et Fris. *τοῖς*, id quod etiam Gesner. (hic autem veram coniecit lectionem) et Herold. praebent. Fris. in marg. *τό*. Eus. *τῷ γὰρ* (Eus. Par. 1. 2 et Oxon. *τὸ γὰρ*) etc., ita ut a verbis *καὶ ὑφ' ἡμῶν* apodosis incipiat. — Deinde Eus. *παλαίτατον* (Eus. Oxon. *παλαιότατον*, Ven. transpositis verbis *εἶναι παλαίτατον αὐτῶν*) effecit ex *παλαιότερον*, qui quidem comparativus offensionem non habet: uterque in sua natione *vetustior est quam caeteri scriptores;* Homerus scilicet aetate superat scriptores gentiles, sacros (barbaros sapientes: c. 1. n. 1) Moses. Cf. Winer *Gramm.*

31. Nunc autem convenire arbitror ut philosophiam nostram Graecorum disciplinis antiquiorem esse demonstrem. Termini nobis erunt Moses et Homerus, quod uterque sit vetustissimus, ac hic quidem poetis et historicis antiquior, ille autem totius barbarae sapientiae princeps. Eos ergo in comparationem vocemus: reperiemus enim nostra non solum Graecorum disciplinis sed etiam literarum inventione antiquiora. Testes autem non domesticos assumam, sed potius Graecis utar adiutoribus; illud enim insulsum est, quia prorsus non potest a vobis admitti, hoc vero ostenditur admirabile, si vestris vobiscum armis pugnans non suspecta

d. neutest. Sprachidioms (ed. 4) p. 220 sq..

5. *καὶ τὸν μὲν* etc.] Scholion in marg. Par. 1: *Καὶ μὴν Μωσαῖον* (sic — pro *Μωσῆν*, quod recte in textu habetur) *πρὸ Ὁμήρου φησίν.* — Demonstravit Tatianus (cc. 31. 36 sqq.), quemadmodum Iustinus (cf. librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 105 sq.) aliique Patres (Theophil. ad Autol. II. c. 30. III. c. 29 sqq., Clem. Alex. Strom. I. c. 15. §. 72. c. 21. §. 101, Tertull. Apolog. c. 19, Lactant. Instit. div. IV. c. 5), remotissimam religionis christianae antiquitatem, ut novitatis crimen ab illa amoveret et Gentiles, quorum sacris honorem antiquitatis eripuisset, ad amplectendam Christi causam commoveret; huc accedit quod illo argumento adversarios, qui Christianos novitiolos optima quaeque ex graecis scriptoribus hausisse contenderent, non modo refutare sed (c. 40), ut alii Apologetae (Iustin. Apol. I. cc. 44. 54. 59, Theophil. l. c. I. c. 14. II. c. 37, Tertull. l. c. c. 47), ipsum crimen in eos detorquere poterat.

6. *βαρβ. σοφ.*] Eus. *σοφίας βαρβάρου.* Paullo ante *πρεσβύτερον* in *πρεσβύτατον* mutavit; sed Eus. Par. 2 recte *πρεσβύτερον.*

7. *νῦν*] Deest apud Euseb. in edit. Vig.-Heinich., ut in Eus. Par. 3; sed Gaisford. restituit. — Antea pro *ἡμῶν* Duc. *ὑμῶν*, ac postea Herold. et Morell. *παραλαμβανέσθωσαν.*

8. *ἀλλὰ ἔτι καὶ*] Maran. non *ἀλλὰ* (sic codd.) sed *ἀλλ'*. Eus. *ἔτι δὲ καὶ.* — Paullo ante Eus. Par. 3 *οὐ μόνον* omisit; idem cod. *τῆς τῶν Ἑλλήνων.*

9. *δὲ*] Eus. *τε.* Sed Eus. Flor. 1. 2 *δέ.*

10. *χρήσομαι*] Eus. *καταχρήσομαι.*

11. *μηδὲ ὑφ' ὑμῶν*] Sic Par. 1: unde Maran. repetiit. Caeteri codd. msti et editi *μηδὲ ὑφ' ἡμῶν.* Eus. *μηδ' ὑφ' ὑμῶν* (Eus. Par. 2 et Flor. 1 *ἡμῶν*) *παράδεκτον.* — Tum omnes Tatiani codices msti *τόσῳ δ' ἄν* (ita Gesner. quoque et He-

χους λαμβάνω. Περὶ [12]γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασεν, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, [13] Θεαγένης τε ὁ Ῥηγῖνος κατὰ Καμβύσην γεγονώς, [14] Στησίμβροτός τε ὁ Θάσιος καὶ [15]Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Ἡρόδοτός τε ὁ Ἁλικαρνασσεὺς καὶ [16] Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος· [17] μετ' C ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος καὶ Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος, [18] Μεγακλείδης τε καὶ Χαμαιλέων οἱ Περιπατητικοί· ἔπειτα γραμματικοὶ [19] Ζηνόδοτος, Ἀριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ἐρατοσθένης, Ἀρίσταρχος, Ἀπολλόδωρος. Τούτων δὲ [20]οἱ περὶ Κράτητα 49

rold.) pro τὸ δ' ἄν, quod Gesnerus legendum recte observavit et editores inde a Morello receperunt; pro ἀποδεικνύηται, quod Par. 1 et Fris. habent, Aet. et Par. 2 ἀποδείκνυται offerunt, idque Morell., Duc., Worth., Galland. (postquam Gesnerus coniecit) reposuerunt. Worthus transtulit: *Hoc vero si demonstretur, mirum sane, ubi vestris* etc.. Eus. τὸ δέ, ἂν ἀποδεικνύηται (Eus. Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. ἀποδείκνυται, Par. 2 ἀναδείκνυται), θαυμαστόν, ὁπότ' ἂν (Eus. Oxon. ὁπόταν) ὑμῖν (Eus. Par. 2 ἡμῖν et mox ἡμέτερον) etc.. — Dein pro ὅπλων ἀντερείδων (sic Par. 1. 2, Aet., Eus.) Fris. ὅλων ἀντερρείδων exhibet, id quod Gesner. et Herold. retinuerunt; Morell. et Duc. ὅλων ἀναντιῤῥήτων (ex coniectura Gesneri) dederunt. — Denique Eus. καθ' ὑμῶν τ. ἐ. παραλαμβάνω. — Sententia facile perspicitur; τὸ μὲν scil. domesticos testes afferre, τὸ δὲ scil. auctoritate vestrorum scriptorum uti. Interpres Campid.: „Denn das Eine wäre thöricht, weil es von euch nicht zugegeben werden kann; das Andere hingegen ist bewunderungswürdig."

12. γὰρ] Ab Aet. abest. Eus. τῆς Ὁμήρου ποιήσεως. Mox idem pro οἱ πρεσβύτατοι dedit πρεσβύτατοι μέν.

13. Θεαγένης τε ὁ Ῥηγῖνος] Sic, Eusebium secutus, dedi pro vulg. Θεαγένης τε ὁ Ῥήγιος. Idem visum est Ionsio De scriptt. hist. philos. (Ien. 1716) P. I. p. 23, Clintoni Fast. Hellen. (ed. Krüger) p. 381, Nauckio Aristoph. Byz. Fragmm. (Hal. 1848) p. 24. De Theagene illo, antiquissimo Homeri interprete (c. 21. n. 12), adeas Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. VI. p. 1752. —

14. Στησίμβροτος] Eus. in edit. Vig.-Heinich. Στησύμβροτος, ut Eus. Par. 3 et Flor. 1; sed veram scripturam Gaisford. reposuit. Cf. de hoc Homeri interprete (c. 21. n. 12) Pauly l. c. p. 1421.

15. Ἀντίμαχος] Eus. corrupte Καλλίμαχος. Genuinam ei lectionem Gaisfordus ex Tatiano restituit. Cf. de illo Stesimbroti discipulo Ionsium l. c. p. 36.

16. Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος] Eus. ὁ omisit. De hoc Dionysio „Olynthio" nihil apud antiquos occurrit, ut monuit Ionsius l. c. p.

a vobis argumenta sumam. Ac de poesi quidem Homeri, eiusque genere et tempore quo floruit, investigarunt antiquissimi, Theagenes Rheginus qui Cambyse regnante fuit, Stesimbrotus Thasius et Antimachus Colophonius, Herodotus Halicarnasseus et Dionysius Olynthius; post illos Ephorus Cumanus et Philochorus Atheniensis, Megaclides et Chamaeleon Peripatetici; deinde grammatici Zenodotus, Aristophanes, Callimachus, Crates, Eratosthenes, Aristarchus, Apollodorus. Ex his autem Crates Homerum ante

42. Meursio (in libro de Dionysiis) videtur ille ipse esse cuius *Χρονικὰ* citat Suidas in *Εὐφεκίδης*. Sed quum Olynthus urbs Macedoniae seu Thraciae fuerit, colligi potest hunc Dionysium Olynthium eumdem esse atque „Thracem." Is cognomento *Θρᾷξ*, patria Alexandrinus, Rhodius quoque dictus quia Rhodi habitaret, scripsit de Homero (cf. Fabricii Biblioth. gr., ed. Harles., Vol. I. p. 511) eumque putavit Atheniensem fuisse. Cf. Voss De histor. gr. ed. Westermann p. 192 et Pauly l. c. Tom. II. p. 1086 sq..

17. *μετ' ἐκείνους*] Eus. *μετὰ δὲ ἐκείνους*. — De Ephoro et Philechoro (Gellius III. c. 11) cf. Vossium l. c. p. 65 sqq. 154 sqq. et Ionsium l. c. p. 50. 190.

18. *Μεγακλείδης τε καὶ Χαμαιλέων*] Sic Maranus: caeteri editores *Μεγακλείδης τε ὁ Χαμαλαιέων* ex Fris. (is in marg. recte *Χαμαιλέων*) dederunt. Par. 1 et Act. *Μεγακλείδης τε ὁ Χαμαιλέων* (Par. 2 *Χαμαλέων*). Eus. vulgo *Μεγακλείδης τε καὶ Χαμελέων*, sed Heinichenus et Gaisfordus *Χαμαιλέων* (quod Eus. Par. 1, Flor. 1. 2, Ven., Oxon. probatur) restituerunt. Pariter Ionsius l. c. (P. II) p. 259: *Μεγ. τε καὶ ὁ* (sic) *Χαμαιλέων*. Pro *Μεγακλείδης* frustra maluerunt legi Reinesius (cf. Westermann. ad Voss. l. c. p. 465. n. 6) *Ἡρακλείδης* et Fabricius (Biblioth. gr. cur. Harles. Vol. I. p. 321) *Μενεκλείδης*. Nam Megaclidis *τὰ περὶ Ὁμήρου* citat Suidas s. v. *Ἀθηναίας*; coll. Athenaeum XII. p. 512 sq. (ed. Casaub.) et Eustathium ad Il. I. p. 84. Chamaeleon Heracleota autem a scholiasta Apollonii Rhodii Argon. II. p. 904 laudatur: *ὡσαύτως δὲ καὶ Χαμαιλέων ἱστόρησεν ἐν πέμπτῳ περὶ Ἰλιάδος*. Cf. Voss. l. c. p. 414.

19. *Ζηνόδοτος* etc.] Schoell *Gesch. d. griech. Litteratur* Tom. I (Berol. 1828) p. 105 sqq.. — Callimachum quod attinet, haud dubie respicit Tatianus eius *Πίνακας τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων*. Cf. Ions. l. c. (P. I) p. 159 sqq.. De caeteris scriptoribus (grammaticis) hic memoratis vide notas quae sequuntur.

20. *οἱ περὶ Κράτητα*] Eus. *οἱ μὲν περὶ Κράτητα*. — Crates scripsit *διόρθωσιν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας* novem libris, teste Suida.

πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶν αὐτὸν ἡκμακέναι, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδοτέρω τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν· [21] οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένη μετὰ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἁλώσεως· [22] οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἥ ἐστι μετὰ ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Ἰλιακῶν· [23] Φιλόχορος δὲ μετὰ τὴν D Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνῃσιν Ἀρχίππου, τῶν Ἰλιακῶν ὕστερον ἔτεσιν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα· [24] οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδωρον μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν ἔτεσιν ἑκατόν, ὅπερ γένοιτο ἂν

Pseudo-Plutarchus de vita Homeri (ed. Wyttenb. Tom. V) p. 1070: *Οἱ δὲ περὶ Κράτητα καὶ πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου λέγουσιν αὐτὸν* (Homerum) *γενέσθαι, ὡς οὐδὲ ὅλα ἔτη ὀγδοήκοντα ἀπέχειν τῶν Τρωϊκῶν.* Paullo aliter atque Tatianus refert Clemens Alex. Strom. I. c. 21. §. 117: *Κἂν ἔπεσθαί τις βουληθῇ τῷ γραμματικῷ Κράτητι καὶ λέγῃ περὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον Ὅμηρον γεγονέναι μετὰ ἔτη ὀγδοήκοντα τῆς Ἰλίου ἁλώσεως* etc.. Igitur Clemens num ista ex Tatiano desumserit, ut Heyne ad Apollod. fragm. p. 410 suspicatur, an ex eodem fonte cum Tatiano hauserit, ut Clinton Fast. Hell. I. p. 145 iudicat, prorsus incertum est. Cf. Fischeri et Soetbeeri *Griech. u. röm. Zeittafeln* (Alton. 1840. 4°) p. 25 et 43. — Quae autem sequuntur omnia Eusebius in Chronicis circa annum mundi 4090 ex Tatiano mutuatus est: Hieronymus tamen nonnulla male transtulit, quae (Worth.) hinc emendari possunt.

21. οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένη] Eus. *οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐρατοσθένην.* — Suidas Eratosthenem dicit *συγκὰ γραμματικὰ* scripsisse, ex eoque Athenaeus I. p. 24 Homericam emendationem citat. Sed quae a Tatiano producuntur, quippe ad aetatem Homeri spectantia, petita sunt ex illius περὶ χρονογραφιῶν commentario, in quo, ut ex Harpocrat. in *Κύπνος* patescit, non solum rerum gestarum sed etiam hominum literatorum mentio erat facta eorumque aetas constituta. Plura dedit Westermann ad Voss. l. c. p. 149. n. 6. Clemens Alex. l. c.: *Ἐρατοσθένης δὲ μετὰ τὸ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τὴν Ὁμήρου ἡλικίαν φέρει.* Cf. Fischer l. c. *(Griech. Zeittafeln)* p. 43 sq..

22. οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον] Eus. *οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀρίσταρχον.* Idem καὶ ante τεσσαράκοντα praetermisit. — Clemens Alex. l. c.: *Ἀρίσταρχος δὲ ἐν τοῖς Ἀρχιλοχείοις ὑπομνήμασι κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν φησὶ φέρεσθαι αὐτόν, ἢ ἐγένετο μετὰ ἑκατὸν τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Τρωϊκῶν.* Cf. Fischer l. c. p. 44 sq..

23. Φιλόχορος] Eus. post *ἀποικίαν* addit *ἔτεσι* (Eus. Par. 3 et Ven. *ἔτη*) *μ'*, quod Tatiano censet Fischer l. c. p. 31 fortasse restituendum esse: quod quidem non est omnino necessarium, ut quisque con-

Heraclidarum reditum ait floruisse, intra annos post bellum Troianum octoginta; Eratosthenes post annum centesimum ab Ilio capto; Aristarchus circa Ionicam migrationem, quae post Iliaca annis centum et quadraginta contigit; Philochorus post Ionicam migrationem, archonte Athenis Archippo, post Iliaca annis centum et octoginta; Apollodorus post Ionicam migrationem annis cen-

cedet; ille videlicet numerus ex proxime sequentibus et antecedentibus (180 — 140 = 40) facile computatur. Clemens Alex. l. c.: *Ἀπὸ δὲ τῶν Τρωϊκῶν ἐπὶ τὴν Ὁμήρου γένεσιν κατὰ μὲν Φιλόχορον* (qui a Gellio inter scriptores de Homeri aetate numeratur: n. 17) *ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἔτη γίνεται, ὕστερον τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας.* — Lectionem *Ἀρξίππου* (sic Eus. quoque) Ducaeus et Maranus in *Ἀρχίππου* mutarunt; etiam Eusebius in Chron. II. p. 314 ed. Mai. Rom.: „sub Archippo Atheniensium magistratu.“

24. *οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδωρον*] Huius *Χρονικὰ* citat Clemens l. c. §. 105. — Pro *ὅπερ γένοιτο* Aet. et Fris. (Gesner. et Herold.) *ὃ γὰρ γένοιτο* habent, Eus. *ὃ γένοιτ'*. Illud *ὅπερ* iam Gesner. suspicatus est reponendum: Par. 1. 2 firmatur. Tum pro *ἔτεσι διακοσίοις τεσσαράκοντα*, quam lectionem Par. 1 et Eusebius suppeditant, editores ante Maranum, aeque ac caeteri codd. mss, exhibent (omisso *ἔτεσι*) *διακοσίων πεντήκοντα* (Fris. in marg. *τεσσαράκοντα*), unde fecit Maranus *διακοσίων τεσσαράκοντα*. Diversitas orta est ex similitudine literarum *μ'* et *π'* in codicibus. Iam Ducaeus recte admonuit: „Quae vera lectio sit, ex ipso Tatiani loco liquet qui praecessit, cum de Aristarcho verba faceret. Dixit enim Aristarchum scripsisse Homerum floruisse circa Ionicam migrationem, quae annis centum et quadraginta res Iliacas secuta est. Iam ergo si velit Apollodorus eundem Homerum floruisse annis centum post illam migrationem, addendi erunt hi centum anni aliis centum quadraginta, quibus Ionica illa migratio Troiano bello posterior fuit, atque ita summa consurget ducentorum quadraginta annorum.“ Eamque, ut supra memoravi, Par. 1 exhibet. Etiam Eusebius in Chron. l. c.: „Apollodorus Atheniensis [scil. Homerum ponit] ducentesimo quadragesimo anno eversionis Ilii.“ Apollodorum vero illa descriptione non, ut Tatianus refert, indicasse tempus quo Homerus floruerit, sed quo natus sit, Fischer l. c. p. 46 sq. exposuit. Clemens Alex. l. c. §. 117: *Ἀπολλόδωρος δὲ μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας, Ἀγησιλάου τοῦ Δορυσσαίου Λακεδαιμονίων βασιλεύοντος, ὅστε ἐκβαλεῖν αὐτῷ Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην ἔτι νέον ὄντα.*

ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι διακοσίοις τεσσαράκοντα. [25] Τινὲς δὲ πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων ἔφασαν αὐτὸν γεγονέναι ἔτεσιν ἐνενήκοντα, τουτέστι μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν ἔτεσι τριακοσίοις ἑπτακαίδεκα· [26] ἕτεροι δὲ κάτω τὸν χρόνον ὑπήγαγον, σὺν Ἀρχιλόχῳ γεγονέναι τὸν Ὅμηρον εἰπόντες· ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ ὀλυμπιάδα τριτην καὶ εἰκοστήν, [27] κατὰ Γύγην τὸν Λυδόν, [28] τῶν 167
Ἰλιακῶν ὕστερον ἔτεσι πεντακοσίοις. Καὶ περὶ μὲν [29] τοῦ χρόνου τοῦ προειρημένου ποιητοῦ, λέγω δὲ Ὁμήρου, συστάσεως τε καὶ τῶν εἰπόντων [30] περὶ αὐτοῦ ἀσυμφωνίας τοῖς ἐπ' ἀκριβὲς ἐξετάζειν δυναμένοις [31] αὐτάρκως ἡμῖν ὡς ἐπὶ κεφαλαίων εἰρήσθω. [32] Δυνατὸν γὰρ ψευδεῖς ἀποφήνασθαι καὶ τὰς περὶ τοὺς λόγους δόξας. Παρ' οἷς γὰρ ἀσυνάρτητός ἐστιν ἡ τῶν χρόνων 50

25. *Τινὲς ... τριακοσίοις ἑπτακαίδεκα*] Codd. msti et editi *Τινὲς δὲ πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων ἔφασαν αὐτὸν γεγονέναι, τουτέστι μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν ἔτεσι τετρακοσίοις ἐνενήκοντα.* Unus Morellus pro *ἕ. τετρ. ἐνεν.* dedit (ex coniectura Gesneri) *ἕ. τετρ. ἑπτά.* Eus. simpliciter *ἕ. τετρακοσίοις.* (Eus. Par. 3 et Ven. non *πρὸ τ. ὀλυμπ.* sed male *περὶ τ. ὀλυμπ.* offerunt; pro *γεγονέναι* Eus. Par. 1 *εἶναι.*) Sed illa codicum scriptura est vitiosa, ut Maranus scite animadvertit. „Primum peccatum occurrit in verbis *τινὲς δὲ πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων ἔφασαν αὐτὸν γεγονέναι.* Quos enim hactenus nominaverat Tatianus ii omnes natu maiorem olympiadibus Homerum dixerant. Cur ergo nunc, velut in singulari quadam opinione, dicit: *Quidam autem illum ante olympiades exstitisse dixerunt?* Huc accedit aliud peccatum. Nam si ante olympiades exstitit, neque annis 490 neque 407 post Iliaca exstitit: siquidem annos ipsos 407 ab Iliacis rebus ad olympiades [cum Eratosthene] numerat Tatianus. Utrumque vulnus sanabitur, si post voces *αὐτὸν γεγονέναι* addamus *ἔτεσιν ἐνενήκοντα.* Nititur haec emendatio pluribus rationum momentis. 1°. Favent codd. msti, in quibus paullo post, sed loco non suo, legitur vox illa *ἐνενήκοντα.* 2°. Manca erit, ut iam dixi, sententia, si Homerus ante olympiades collocari dicatur, non addito annorum numero. 3°. Accedit testimonium Clementis Alex., qui Homerum a Sosibio Lacone annis 90 ante olympiades collocatum narrat. [L. c.: *Σωσίβιος δὲ ὁ Λάκων ἐν χρόνων ἀναγραφῇ κατὰ τὸ ὄγδοον ἔτος τῆς Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου βασιλείας Ὅμηρον φέρει ... ὡς εἶναι ἐνενήκοντά που ἐτῶν πρὸ τῆς τῶν ὀλυμπίων θέσεως Ὁμήρου.*] Ex his autem alterum erratum sanatur. Ait enim sub finem Orationis, c. 41, Tatianus [cf. Fischer l. c. p. 6 et 8] se iam numerasse annos 407 ab Iliacis re-

tum, hoc est post Iliaca annis ducentis et quadraginta. Quidam autem eum dixerunt ante olympiades vixisse annis nonaginta, hoc est post Ilium captum annis trecentis septemdecim; alii tempus infra deduxerunt, Homerum Archilocho aequalem fuisse dicentes: floruit autem Archilochus circa olympiadem vigesimam tertiam, tempore Gygis Lydi, post Iliaca annis quingentis. Atque haec quidem a nobis de praedicti poetae, hoc est Homeri, aetate et eorum qui de eo locuti sunt dissensione, satis multa iis qui diligenter investigare possunt, compendiose dicta sint. Falsi enim argui possent et quae de rebus feruntur opiniones. Nam ubi temporum descriptio non cohaeret, ibi neque historia vera

bus ad olympiades; locus autem, in quo ita numeraverit, alius afferri non potest praeter eum qui nunc in manibus est. Quare, pro annis 490 aut 407 aut (ut apud Eusebium) 400, apponendus est eiusmodi numerus ex quo sequatur Tatianum numerare annos 407 ab Iliacis rebus ad olympiades, ac proinde [407 — 90 = 317] legendum τιζ' sive 317." Itaque vulgatum textum emendavi.

26. *Ἕτεροι δὲ*] Nempe Theopompus et Euphorion, teste Clemente Alex. l. c.; cf. Fischer. l. c. p. 94 sq..

27. *κατὰ*] Sic Eus.; Gesner., Herold., Morell., Duc. *καί*. — Scholion in marg. Par. 1: *Ὁ μέντοι Θηβαῖος Πίνδαρος Ἡρακλέα τὸν Ἀλκμήνης στῆσαι τὰ ὀλύμπια* [suppl. *φησί*], *ἤτοι ὀλύμπια μὲν ἔστησεν Ἡρακλῆς φάσκων*. Cf. c. 41. n. 29.

28. *τῶν Ἰλ. ὕστ.*] Vocem *ὕστερον* Maranus ex Par. 1 restituit (est etiam in marg. Par. 2): caeteri omiserunt. Eus. *ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν*, quod Vossius l. c. p. 8 probavit; sed supra quoque: *τῶν Ἰλιακῶν ὕστερον*.

29. *τοῦ χρόνου*] Eus. *τῶν χρόνων*. — Mox *λέγω δὲ* (de qua formula c. 7. n. 14 inspicias) ex Eus. pro vulg. *λέγω δὴ* rescripsi. Solus Eus. Par. 1 *δὴ* agnoscit, unde Gaisford. recepit. Tum Eus. non *συστάσεως* sed *στάσεως* offert: „quod melius mihi (Maran.) videtur."

20. *περὶ αὐτοῦ*] Eus. *τὰ περὶ αὐτόν*.

31. *αὐτάρκως*] Sic Maran. ex Par. 1. 2 (et Eus.) reposuit pro *αὐταρκέως*, quod reliqui habent. — Tum Eus. *ἐπὶ κεφαλαίῳ* pro *ἐπὶ κεφαλαίων*, sed Eus. Flor. 1. 2 et Oxon. consentiunt cum Tatiano.

32. *Δυν. γὰρ*] Eus. addidit *καντί*. Dein *ἀκοφαίνεσθαι* scripsit. Pro *λόγους* Gesnerus *χρόνους* coniecit: idque Morell., Duc., Worth. temere receperunt.

ἀναγραφή, παρὰ τούτοις οὐδὲ τὰ τῆς ἱστορίας ἀληθεύειν [33] δυνατόν. Τί γὰρ τὸ αἴτιον τῆς [34] ἐν τῷ γράφειν πλάνης, εἰ μὴ τὸ συντάττειν τὰ μὴ ἀληθῆ;

32. Παρ' ἡμῖν δὲ τῆς μὲν κενοδοξίας ὁ ζῆλος οὐκ ἔστι, B δογμάτων δὲ ποικιλίαις οὐ καταχρώμεθα. [1] Λόγου γὰρ τοῦ δημοσίου καὶ ἐπιγείου κεχωρισμένοι, καὶ πειθόμενοι Θεοῦ παραγγέλμασι καὶ νόμῳ πατρὸς ἀφθαρσίας ἑπόμενοι, πᾶν τὸ ἐν δόξῃ κείμενον ἀνθρωπίνῃ παραιτούμεθα. Φιλοσοφοῦσί τε οὐ μόνον [2] οἱ πλουτοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ πένητες προῖκα τῆς διδασκαλίας ἀπολαύουσι· τὰ γὰρ παρὰ Θεοῦ τῆς ἐν κόσμῳ δωρεᾶς [3] ὑπερπαίει τὴν ἀμοιβήν. Τοὺς δὲ ἀπροαῖσθαι βουλομένους πάντας οὕτως προσιέμεθα, κἂν πρεσβύτιδες ὦσι κἂν μειράκια, πᾶσά τε ἀπαξαπλῶς ἡλικία παρ' ἡμῖν τυγχάνει τιμῆς· [4] τὰ δὲ τῆς ἀσελγείας πόρρω κεχώρισται. Καὶ ἡμεῖς μὲν λέγοντες οὐ ψευδόμε- C θα. [5] Τὰ δὲ τῆς ὑμετέρας περὶ τὴν ἀπιστίαν ἐπιμονῆς καλὸν μὲν εἰ λαμβάνοι περιγραφήν· εἰ δ' οὔ, τὰ ἡμέτερα ἔστω Θεοῦ γνώμῃ βεβαιούμενα. [6] Γελᾶτε δὲ ὑμεῖς, ὡς καὶ κλαύσοντες. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον [7] Νέστορα μὲν παθ' ὑμᾶς, τῶν ὑπνων 51 τὰς παρηορίας βραδέως ἀποτίμνοντα διὰ τὸ [8] ἄτονον καὶ νωθὲς τῆς ἡλικίας, θαυμάζεσθαι πειρώμενον ἐπ' ἴσης τοῖς νέοις πολεμεῖν, τοὺς δὲ παρ' ἡμῖν [9] τῷ γήρᾳ παλαίοντας καὶ τὰ περὶ Θεοῦ πραγματευομένους γελᾶσθαι; Τίς δὲ οὐκ ἂν γελάσειεν Ἀμαζόνας μὲν καὶ Σεμίραμιν καί τινας ἄλλας πολεμικὰς φασκόν- D

33. δυνατόν] Eus. δύναται.

34. ἐν τῷ γράφειν] Scil. τοὺς χρόνους.

1. Λόγου] Aet. et Fris., Gesner. et Herold. λόγον. Sed λόγου (Par. 1. 2) Fris. in marg. habet. — De sententia cf. Epist. ad Diogn. c. 5 (n. 4).

2. οἱ πλουτοῦντες] Gesner., Herold., Morell., Worth., pariter ac Aet. et Fris, οἱ πληροῦντες. Genuinam vero scripturam (Par. 1) Fris. in marg. et Par. 2 ex emendatione praebent.

3. ὑπερπαίει] Morell. mutavit in ὑπεραίρει absque necessitate.

4. τὰ δὲ τῆς ἀσ. κ. τ. λ.] Iustinus Apol. I. c. 26 (n. 29): τὰς ἀνέδην μίξεις... οὐ γινώσκομεν.

5. Τὰ δὲ etc.] Cf. Daniel Tatian. d. Apol. p. 247. — Particulam μὲν post καλὸν Morell., Duc., Worth. male expunxerant. Mox pro εἰ δ' οὖν (codd. msti) Duc. et Ma-

esse potest. Quid enim causae est cur in scribendo erretur, nisi quia non vera componuntur?

32. Apud nos autem inanis gloriae cupiditas non est, neque variis dogmatibus utimur. Remoti enim a vulgata ac terrena doctrina, et dei praeceptis parentes et legem patris incorruptionis sequentes, quidquid humanis continetur opinionibus reliquimus. Philosophantur non solum divites, sed etiam pauperes gratis doctrina perfruuntur; maiora enim sunt quae a deo proficiscuntur quam ut mundi muneribus rependi possint. Quicunque autem audire voluerint omnes hoc modo admittimus, etiamsi anus vel adolescentes fuerint, et omnis prorsus aetas apud nos honore afficitur: longe vero abest lascivia. Atque dicendo non mentimur. Praeclarum autem fuerit si vestra in incredulitate perseverantia modum accipiat; sin minus, res nostrae dei sententia confirmatae maneant. Vos autem ridete, ut et ploraturi. Quomodo enim non absurdum est Nestorem, equorum lora tarde abscindentem ob infirmam et gelidam aetatem, admirationi apud vos esse quod se iuvenibus in bello adaequare conetur, eos autem qui apud nos cum senectute luctantur et res divinas tractant rideri? Quis non rideat quando Amazones et Semiramin et nonnullas alias dicitis bellico-

ran. bene εἰ δ' οὐ induxerunt. Ad ἔστω notavit Gesnerus: „Forte ἔστι." Idque Morell., Duc., Worth. textui temere inseruerunt.

6. *Γελᾶτε... χλανσουντες*] Coll. Luc. 6, 25. — Sensus: Vos interim, si lubet, ridete; olim same tempus erit lugendi.

7. *Νέστορα μὲν*] Iliadis Homeri libro IX equo Nestoris in pugna a Paride sagitta vulnerato Nestor lora, quibus utrinque trahitur currus, abscindebat, ut relicto curru facilius evaderet. Interpres graecus in citatum Homeri locum verbum *ἀκέταμεν* de industria positum scribit in tempore imperfecto, ut tarditas in abscindendo Nestoris senectâ languidi, quamvis animo promti, indicaretur. *Gesnerus.*

8. *ἄτονον*] Morell. vitiose *ἄτοκον*.

9. *τῷ γήρᾳ παλαίοντας*] H. e. (Stephan. in edit. Epist. ad Diogn. p. 110) vim afferentes senectui, quae alioqui haud apta est ad discendum.

των ὑμῶν γεγονέναι, τὰς δὲ παρ' ἡμῖν παρθένους [10]*λοιδορούντων; Μειράκιον ἦν ὁ Ἀχιλλεύς, καὶ γενναῖος εἶναι πεπίστευται σφόδρα· καὶ ὁ Νεοπτόλεμος νεώτερος, ἀλλὰ ἰσχυρὸς ἦν· Φιλοκτήτης ἀσθενής, ἀλλ' ἔχρηζεν αὐτοῦ κατὰ Τροίας τὸ δαιμόνιον. Ὁ Θερσίτης ὁποῖος ἦν; Ἀλλ' ἐστρατήγει·* [11]*τὸ δ' ἀμετροεπὲς εἰ μὴ προσῆν αὐτῷ διὰ τὴν ἀμαθίαν, οὐκ ἂν ὡς φοξὸς καὶ ψεδνὸς διεβάλλετο. Πάντες οἱ βουλόμενοι* [12]*φιλοσοφεῖν* 52
παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι οὐ τὸ ὁρώμενον δοκιμάζομεν, οὐδὲ τοὺς προσιόντας ἡμῖν ἀπὸ σχήματος κρίνομεν· τὸ γὰρ τῆς γνώμης 168
[13]*ἐῤῥωμένον παρὰ πᾶσιν εἶναι δύνασθαι λελογίσμεθα, κἂν ἀσθενεῖς ὦσι τοῖς σώμασι. Τὰ δὲ ὑμέτερα φθόνου μεστὰ καὶ βλακείας πολλῆς.*

33. *Διὰ τοῦτο προεθυμήθην ἀπὸ τῶν νομιζομένων παρ'* [1]*ὑμῖν τιμίων παριστᾶν ὅτι τὰ μὲν ἡμέτερα σωφρονεῖ, τὰ δὲ ὑμέτερα ἔθη* [2]*μανίας ἔχεται πολλῆς.* [3]*Οἱ γὰρ ἐν γυναιξὶ καὶ μειρακίοις, παρθένοις τε καὶ πρεσβύταις φλυαρεῖν ἡμᾶς λέγοντες, καὶ διὰ τὸ μὴ σὺν ὑμῖν εἶναι χλευάζοντες, ἀκούσατε τῶν παρ'* [4]*Ἑλλήνων πραγμάτων τὸν λῆρον. Ληραίνει γὰρ διὰ δόξης μᾶλλον πολλῆς τῶν παρ'* [5]*ὑμῖν θεῶν τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ* B

10. *λοιδορούντων*] Fris. in marg. *λοιδορεῖσθαι.*

11. *τὸ δ' ἀμετρ.*] Cf. c. 27. n. 10.

12. *φιλοσοφεῖν π. ἡμῖν*] Cf. c. 31. n. 2.

13. *ἐῤῥωμένον*] Sic Par. 1 et in marg. Par. 2, Duc., Worth., Maran.; reliqui (c. Fris.) *ἐρωμένην.* Vult Gesner. legi *ἐῤῥωμένων*, quod improbandum.

1. *ὑμῖν*] Ita Duc. et Maran.; caeteri *ἡμῖν*, sed in translatione: *quas vos in magno pretio ducitis.* Verba *παριστᾶν ὅτι* interpretati sunt: *recedere* (= *ἀφιστᾶν*) *quoniam.* At *παριστᾶν*, ut c. 1. n. 25 observavi, est i. q. *ἀποδεικνύναι.*

2. *μανίας*] Haec vox in Act., Par. 2, Fris. disideratur: inde abest quoque ab editt. Gesner., Herold., Morell., Worth.. Censuerunt Gesnerus supplendum *ἀφροσύνης* vel *ἀσελγείας*, et Henr. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 109) *ἀκολασίας* vel *ἀκρατείας* sive *ἀκρασίας.* Omnibus vero coniecturis supersedemus. Par. 1 enim suppeditat *μανίας*, quod quidem Duc. et Maran. receperunt. Par. 2 in marg. *μέθης.*

3. *Οἱ γὰρ ἐν γυναιξὶ* etc.] Hoc probri genere utebatur Celsus in

sas exstitisse, nostris autem virginibus convitium facitis? Adolescens erat Achilles, et admodum generosus fuisse creditur; et iunior Neoptolemus, sed fortis erat; infirmus Philoctetes, sed eo egebat adversus Troiam daemonium. Qualis fuit Thersites? Tamen ductor erat agminis: ac nisi immoderata in eo loquacitas ob imperitiam exstitisset, non sane ei acutum et calvum caput exprobratum fuisset. Quicunque philosophari apud nos volunt eos ex vultu non probamus, nec de accedentibus iudicium ex habitu facimus; nam robur animi omnibus inesse posse censemus, quamvis infirmis sint corporibus. Vestra autem invidiae plena sunt ac multae socordiae.

33. Quapropter ex iis rebus quas vos in pretio habetis demonstrare decrevi instituta quidem nostra temperantiam servare, vestra vero insaniâ referta esse. Nam qui nos inter mulieres et adolescentes, inter virgines et anus nugari dicitis, et quia vobiscum non sumus irridetis, quid nugarum ferant res Graecorum audite. Nugantur enim eorum instituta dum maiore in pretio sunt quam vestri dii,

Christianos, quod lanificos, sutores, fullones in suis aedibus et illiteratissimos quosque, pueros et mulierculas, ad christianam religionem adducere conentur, ac pueris dicant debere eos relicto patre et praeceptoribus ire cum mulierculis et collusoribus pueris in conclave mulierum aut officinam sutoriam fulloniamve, ut mysteriis initientur (*ἵνα τὸ τέλειον λάβωσι*). Digna est quae perlegatur Origenis praeclarissima responsio l. 2. p. 145. Quod autem ethnici Christianis ut probrum obiiciebant id religionis defensores magnae laudi esse ducebant, ut paullo antea [c. 32] Tatianus, Iustinus Apol. II. c. 10, Athenagoras Apol. c. 11, Clemens Alex. Strom. IV. p. 497 [ed. Par.], Lactantius Instt. div. VI. c. 4. Vide Iuliani impia dicteria apud Cyrillum VII. p. 229 et responsionem Cyrilli. *Maranus.* — Cf. etiam Semisch. *Justin d. Märt.* P. I. p. 32.

4. *Ἑλλήνων*] Fris. in marg. *Ἕλλησι.* — Mox ad *τὸν λῆρον* Par. 1 in marg.: *Γρ.* [= *γράφεται*, scil. in alio codice] *τὸν ὕθλον.*

5. *ὑμῖν*] Gesner et Herold. *ἡμῖν*, ex Fris., qui tamen in marg. *ὑμῖν* habet. Aet. *ἡμῶν.* Voce *ἐπιτηδεύματα* scriptor ad statuas respi-

18. *κατὰ δὲ Κροτώπαν*] Codd. mss et editi *κατὰ δὲ Κέκροπα*. Male. Recensuit enim scriptor Argivorum reges, qui post Inachum regnarunt, et post Triopam et Phorbantem Crotopam posuit; dixit igitur tempore Triopae vixisse Cecropem: iam addit tempore Crotopae incendium Phaëthonteum accidisse. Errorem librariorum iam Ducaeus notavit, qui cum Clem. et Eus. *κατὰ δὲ Κροτωπὸν* (coll. n. 2) legendum putavit. — Clem. et Maran. articulum *ἡ* ante *ἐπὶ Δευκ.* non habent. Praepositio *ἐπὶ* ante *Δευκ.* in Eus. Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. deest.

19. *κατὰ δὲ Σθένελον*] Morell., Duc., Maran. vitiose *κατὰ δὲ Στένελον*. Eus. *κατὰ δὲ Σθενέλαον*. Cf. n. 3. — Eus. Par. 3 et edit. Vig.-Heinich. articulum *τοῦ* nomini *Ἀμφικτ.* praeponit. Eus. Par. 2 *Παυδάρου* pro *Δαρδάνου*. Eus. Par. 1 *Δαρδανείας* pro *Δαρδανίας*. Eus. Par. 1 et Flor. 1. 2 (et Oxon. ?) *ἐπὶ Κρήτης* pro *εἰς τὴν Κρήτην*. — Clem. *ἡ* ante *ὑπὸ Δαρδάνου* omisit. Idem pro *ἥ τε ἐκ Φοι-*

Ἀμφικτύονος βασιλεία καὶ ἡ εἰς Πελοπόννησον Δαναοῦ παρουσία καὶ ἡ ὑπὸ Δαρδάνου τῆς Δαρδανίας κτίσις ἥ τε ἐκ Φοινίκης τῆς. Εὐρώπης εἰς τὴν Κρήτην ἀνακομιδή· κατὰ δὲ Λυγκέα τῆς Κόρης ἡ ἁρπαγὴ καὶ ἡ τοῦ ἐν Ἐλευσῖνι τεμένους παθίδρυσις [20] *καὶ ἡ Τριπτολέμου γεωργία καὶ ἡ Κάδμου εἰς Θήβας παρουσία Μίνωός τε ἡ βασιλεία· κατὰ δὲ Προῖτον ὁ Εὐμόλπου πρὸς Ἀθηναίους πόλεμος· κατὰ δὲ Ἀκρίσιον* [21] *ἡ Πέλοπος ἀπὸ* 173
Φρυγίας διάβασις καὶ Ἴωνος εἰς τὰς Ἀθήνας ἄφιξις [22] *καὶ ὁ δεύτερος Κέκροψ, αἵ τε Περσέως καὶ Διονύσου πράξεις, καὶ Ὀρφέως μαθητὴς Μουσαῖος·* [23] *κατὰ δὲ τὴν Ἀγαμέμνονος βασιλείαν ἑάλω τὸ Ἴλιον.*

40. *Οὐκοῦν* [1] *πέφηνε Μωυσῆς ἀπό γε τῶν προειρημένων πρεσβύτερος ἡρώων παλαιῶν, πολέμων, δαιμόνων. Καὶ χρὴ* [2] *τῷ πρεσβεύοντι κατὰ τὴν ἡλικίαν πιστεύειν, ἥπερ τοῖς ἀπὸ* [3] *τῆς πηγῆς ἀρυσαμένοις Ἕλλησιν οὐ κατ' ἐπίγνωσιν τὰ ἐκείνου δόγματα· πολλοὶ γὰρ οἱ κατ' αὐτοὺς σοφισταί, κεχρημένοι περιεργίᾳ,* B
[4] *τὰ ὅσα παρὰ τῶν κατὰ Μωυσέα καὶ τῶν ὁμοίως αὐτῷ φιλο-*

νίκης... ἀνακομιδὴ vitiose *ἥ τε ἐκ Κρήτης εἰς Φοινίκην ἀνακομιδή.*

20. *καὶ ἡ Τρ. γεωργία*] Clem. *Τρ. τε γεωργία.* — Mox articulum *ἡ* ante *βασιλεία* Clem. et Eus. praetermiserunt.

21. *ἡ*] Apud Clem. et Eus. deest. Mox ille *τὰς* ante *Ἀθήνας* non agnoscit.

22. *καὶ*] Sic solus Par. 1 et Maran.: caeteri omnes *ὡς*. Clem. et Eus. illud firmant. Secundus Cecrops apud Eusebium in Chron. septimus Atheniensium rex ponitur ab isto Cecrope qui *διφυὴς* (n. 17) appellabatur. — Mox *καὶ Διονύσου* ap. Eus. desiderantur. — Deinde pro verbis *καὶ* (ὁ Duc.) *Ὀρφέως μαθητὴς Μουσαῖος*, quae Euseb. prorsus neglexit, Clem. praebet *Ὀρφεύς τε καὶ Μουσαῖος.*

23. *κατὰ δὲ* etc.] Clem. *κατὰ δὲ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος* (hunc numerum Tatianus supra indicavit) *τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας Ἴλιον ἑάλω.* — Pro *ἑάλω τὸ Ἴλιον* Eus. *Ἴλιον ἑάλω*, ut supra exstat.

1. *πέφηνε Μωυσῆς*] Eus. *πέφηνεν ὁ Μωσῆς.* — Pro *γε* (Eus.) codd. mss et editi (excipias Marani editionem) *τε* habent, id quod Pearsonus eiiciendum putavit. Literae *ΤΕ* et *ΓΕ* saepe confunduntur in codicibus: Iustin. Dial. c. Tr. c. 123. n. 11, Expos. rect. fid. c. 4. n. 17, Confut. dogm. Arist. c. 44. n. 4. — *Τῶν προειρημένων*, scil. c. 39, ubi heroes, bella et daemones (ut Proserpina — coll. c. 7. n. 10) memorantur. — Pro *πρεσβύτερος ἡρώων παλαιῶν* Eus. *πρεσβύτατος ἡρώων*, omisso *παλαιῶν*. — Dein

regnum Amphyctionis et Danai in Peloponnesum adventus et Dardania a Dardano condita et Europae ex Phoenicia in Cretam reditus: tempore Lyncei Proserpinae raptus et templi in Eleusine constructio et Triptolemi agricultura et Cadmi Thebas adventus et Minois regnum: tempore Proeti bellum Eumolpi adversus Athenienses: tempore Acrisii descensus Pelopis ex Phrygia et Ionis Athenas adventus et secundus Cecrops, et Persei Bacchique res gestae, et discipulus Orphei Musaeus: tempore Agamemnonis regni captum est Ilium.

40. Ergo ex praedictis patet Mosen esse antiquiorem heroibus vetustis, bellis, daemonibus. Atque ei, quum antiquitate praestet, potius credendum est quam Graecis, qui dogmata illius, ea minime agnoscentes, ex fonte hauserunt; multi enim apud eos sophistae, inducti curiositate, quaecunque a Mose et ab iis qui similiter atque ille philoso-

equidem ex Par. 1. 2 et Act. dedi: *πολέμων, δαιμόνων*. Maran. ex Eus.: *πόλεων, δαιμόνων*. Reliqui editores (c. Fris.): *ἀπό τε πολέμων δαιμόνων*, commate non interposito, unde Pearson. suspicatus est reponendum *πολλῶν τε δαιμόνων*. — Quid? Fortasse Tatianus scripsit:... *πρεσβύτερος ἡρώων, πόλεων* (antiquior civitatibus), *πολέμων, δαιμόνων*.

2. *τῷ πρεσβεύοντι*] Eus. Ven. *τῷ πρεσβυτεύοντι*. — Verbo *πιστεύειν* Gesnerus vult addi *μᾶλλον*, quum *ἤπερ* sequatur. C. 13: *θεομάχοι μᾶλλον ἤπερ θεοσεβεῖς*. Sic (*μᾶλλον ἤπερ*) etiam Par. 2 in marg. et excusus Eusebius. Huius vero plerique fere omnes codices (Par. 2, Flor. 1. 2, Ven., Oxon.) illud omittunt. Cf. Winer *Gramm. d. neutestam. Sprachidioms* (ed. 4) p. 218.

3. *τῆς*] Eus. non habet. Idem *τἀκείνου* pro *τὰ ἐκείνου*. Maranus verba *οὐ κατ' ἐπίγνωσιν*, quoad sensum, interpretatus est: *non grato animo*. Totum hunc locum Clemens Alex. Strom. I. c. 17. §. 87 respexit: *Ταῦτα δ' ἂν εἶεν κλέπται καὶ λῃσταὶ οἱ παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι, καὶ πρὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας παρὰ τῶν Ἑβραϊκῶν προφητῶν μέρη τῆς ἀληθείας οὐ κατ' ἐπίγνωσιν λαβόντες, ἀλλ' ὡς ἴδια σφετερισάμενοι δόγματα, καὶ τὰ μὲν παραχαράξαντες, τὰ δὲ ὑπὸ περιεργίας ἀμαθῶς σοφισάμενοι*. Cf. Redepenning *Origenes* P. I. p. 141; inspicias insuper quae c. 31. n. 5 observavi.

4. *τὰ ὅσα . . . ἐπειράθησαν*]

σοφούντων ἔγνωσαν καὶ παραχαράττειν ἐπειράθησαν, πρῶτον μὲν ἵνα τι λέγειν ἴδιον [5]νομισθῶσι, δεύτερον [6]δὲ ὅπως, τὰ ὅσα μὴ συνίεσαν διά τινος ἐπιπλάστου ῥητολογίας παρακαλύπτοντες, [7]ὡς μυθολογίαν τὴν ἀλήθειαν παραπρεσβεύωσι. Περὶ μὲν οὖν 62
τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας, ἱστορίας τε τῆς κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὅσα τε εἰρήκασιν οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν λόγιοι καὶ πόσοι καὶ τίνες [8]εἰσὶ μνημονεύσαντες, ἐν τῷ [9]πρὸς τοὺς ἀποφηναμένους τὰ περὶ θεοῦ δειχθήσεται. C

41. Τὸ δὲ [1]συνέχον σπευτέον μετὰ πάσης ἀκριβείας σαφηνίζειν, ὡς οὐχ Ὁμήρου μόνον πρεσβύτερός ἐστιν ὁ Μωυσῆς, [2]ἔτι δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων, [3]Λίνου, Φιλάμμωνος, Θαμύριδος, [4]Ἀμφίονος, Μουσαίου, Ὀρφέως, Δημοδόκου, Φημίου,

Codd. msti et editi τὰ ὅσα (eadem formula c. 20 legitur) περὶ τῶν κατὰ Μωσέα (paullo supra recte Μωυσῆς: cf. c. 39. n. 9) καὶ etc. ἔγνωσαν, ἃ καὶ παραχαράττειν ἐπειράθησαν (Worth. ἐπειράσθησαν). Eus. οἳ ὅσα παρὰ τῶν (ita Clem. quoque) κατὰ Μωσέα καὶ etc. ἔγνωσαν παραχαράττειν ἐπειράθησαν (Eus. Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. ἐπεχείρησαν). Et hunc monitu Marani in nonnullis, ut vides, secutus sum. — Pro κεχρημένοι περιεργίᾳ (= *in ihrem Vorwitze;* interpr. Campid.: *bei ihrer vorwitzigen Untersuchung*) Clem. ὑπὸ περιεργίας.

5. νομισθῶσι] Codd. msti νομίζωσι, quod quidem Daniel retinuit: *Tatian. d. Apol.* p. 123. Gesner. quoque ac Herold. illud praebuere. Sed commendavit Gesnerus νομίζωνται, idque Morell., Duc., Worth. incautius in textum receperunt. Melius Maranus νομισθῶσι, quemadmodum Eusebius. Eumdem sustuli errorem c. 16. n. 9.

6. δὲ] Eus. δ'. Pro ῥητολογίας, quae vox est Tatiano peculiaris, Par. 2 in marg. ῥητορολογίας.

7. ὡς μυθολ. τ. ἀλήθ. παραπρ.] H. e. (Maran.) *fabulae speciem veritati affingerent.* Illud ὡς μυθολογίαν Maran. ex Par. 2 (et Eus.) textui inseruit; caeteri editores c. Fris. ταῖς μυθολογίαις. Par. 1 ὡς μυθολογίαις, Aet. ὡς μυθολογίας. Pro παραπρεσβεύωσι Eus. παραβραβεύσωσι. — Etiam Iustinus (Apol. I. c. 54) fabulas inventas fuisse dicit ut veritas pro fabula haberetur. Cf. Semisch *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 179.

8. εἰσὶ] Eus. εἰσὶν οἱ. — Paullo ante Eus. Par. 2 περὶ τῶν ἡμετέρων νόμων pro κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, et περὶ τ. Ἑλλ. pro παρὰ τ. Ἑλλ..

9. πρὸς τοὺς ἀποφηναμένους τὰ περὶ θεοῦ] Gesnerus reddit: *in libro ad eos qui rebus divinis simplicem fidem detrahunt;* h. e. „in libro ad eos qui de deo et rebus divinis demonstrationibus agunt."

phati sunt cognoverunt etiam adulterare conati sunt, primum quidem ut proprium aliquid dicere viderentur, deinde ut, quaecunque non intellexerunt ea ficta quadam sermonis compositione involventes, fabulae instar veritatem vitiarent. De nostro igitur instituto, ac de legum nostrarum historia, quaecunque eruditi apud Graecos dixerint, et quot et quales meminerint harum rerum, in libro *adversus eos qui de rebus divinis asseverarunt* demonstrabitur.

41. Quod autem ad rem maxime pertinet demonstrandum est diligentissime: non Homero solum antiquiorem esse Mosen, sed insuper vetustioribus Homero scriptoribus, Lino, Philammone, Thamyride, Amphione, Musaeo, Or-

Existimat ille editor Tatianum idem sensisse atque Apellem (Euseb. Hist. eccl. V. c. 13): non oportere omnino fidei discuti rationem, sed unumquemque debere in eo quod credat permanere. Contra vero Maranus haec monet: 1°. „Verbum ἀποφαίνεσθαι non idem valet ac *demonstrationibus agere*. 2°. Si religionem Tatianus argumentis defendi debere non putabat, cur in promisso illo opere statuerat exquisitis argumentis et ex remotissima antiquitate comportatis uti? Ante ἀποφηναμένους supplendum παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, quae quidem verba, cum paullo ante praecedant, repeti necesse non fuit.“ Tum addit editor ille Benedictinus: „Erant tunc apud Gentiles plurimi, et ii quidem eruditione insignes viri, qui de christiana religione plurima sibi ignota et inexplorata effutire non dubitabant. Talis erat Crescens, cuius temeritatem Iustinus convicerat (Apol. II. c. 3). Statuerat Tatianus veterum testimonio novos refellere. Neque enim alio videtur spectare potuisse meditata illa tot rerum collectio.“ Hanc explicationem assensu suo comprobarunt Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. chr. Dogmengesch.* P. I. p. 149 et Daniel l. c. p. 113.

1. συνέχον] Eus. νῦν ἔχον. Cf. c. 15. n. 7. Fortasse Tatianus νῦν συνέχον, ut l. c., scripsit. — Pro σπευτέον, quod apud alium scriptorem non legi, Eus. σπευστέον (Eus. Par. 1 et Ven. πευστέον, Flor. 1. 2 πευστέων), quod veteribus interdum usitatum est.

2. ἔτι δὲ] Eus. ἔτι δὲ καί.

3. Λίνον etc.] De Lino, Philammone eiusque filio Thamyride consulas Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. IV. p. 1100, V. p. 1464, VI. p. 1746.

4. Ἀμφίωνος] Eus. Ἀμφίονος. Cf. Pauly l. c. Tom. I. p. 437. — Tum Eus. melius: Ὀρφέως, Μουσαίου.

[5] *Σιβύλλης, Ἐπιμενίδου τοῦ Κρητός,* [6] *ὅστις εἰς τὴν Σπάρτην ἀφίκετο,* [7] *Ἀρισταίου τοῦ Προκοννησίου, τοῦ τὰ Ἀριμάσπια συγγράψαντος,* [8] *Ἀσβόλου τε τοῦ Κενταύρου καὶ* [9] *Ἰσάτιδος, Δρύμωνός τε καὶ* [10] *Εὔκλου τοῦ Κυπρίου καὶ* [11] *Ὤρου τοῦ Σαμίου καὶ* [12] *Προναπίδου τοῦ Ἀθηναίου.* [13] *Λίνος μὲν γὰρ Ἡρακλέους ἐστὶ διδάσκαλος, ὁ δὲ Ἡρακλῆς μιᾷ τῶν Τρωϊκῶν προγενέστερος πέφηνε γενεᾷ· τοῦτο δέ ἐστι φανερὸν ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Τληπολέμου, στρατεύσαντος ἐπὶ Ἴλιον. Ὀρφεὺς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν* D

5. *Σιβύλλης*] Clemens Alex. Strom. I. c. 21. §. 108. Quamnam intelligat Tatianus, incertum est. Fortasse Herophilen, quae ante bellum Troianum fertur vixisse? Cf. Pauly l. c. Tom. VI. p. 1148 sq..

6. *ὅστις εἰς τὴν Σπάρτην ἀφίκετο*] Tatianus forsan hîc perstrinxit Graecos. Lacedaemonii siquidem, dum bellarent cum Cnosiis, Epimenidem vivum ceperunt et, quod eis minime secunda vaticinatus esset, interfecerunt. Vid. Pausan. II. c. 21, Diogen. Laert. I. §. 114, Plutarch. prope initium libri De defectu oraculorum. *Worthus.*

7. *Ἀρισταίου*] Fris. in marg. *ἀριστέα.* Mox Eus. *καὶ τοῦ Δριμώσπια* (Eus. Par. 2 *δρυμώσπια* — eiusd. Par. 1, Flor. 1. 2, Ven. *δριμάσπια* — unde Gaisford. *Ἀριμάσπια* effecit) *συγγράψαντος* (Eus. Par. 2 *γράψαντος*). Worth. mavult *Ἀριμάσπεια.* — Aristaeus inter Homeri praeceptores numerabatur teste Eustathio in Hom. Il. II (ed. Rom.) p. 331. Carmine, quod tribus libris constabat, composuit historiam Hyperboreorum Arimasporum. Cf. Bode *Geschichte d. episch. Dichtkunst* (I) p. 472 sqq..

8. *Ἀσβόλου τε τοῦ Κενταύρου*] Huius ex Centaurorum genere poetae meminit Philostratus in imagine Neoptolemi, quod post Gyraldum De hist. poetar. dial. 2. p. 47 notavit Worthus.

9. *Ἰσάτιδος, Δρύμωνος*] De his, si lectio vera est, nihil veteres memoriae tradiderunt. De Isatide infra n. 11 inspicias. Pro *Δρύμωνος* Worthus coniecit *Δρόμωνος* legendum esse. Frustra. Nam Dromon, cuius psaltriam Athenaeus VI. p. 240 et IX. p. 409 laudat, comicus fuit longe iunior, „quem Homero ut praeponeret aetate, non facile potuit Tatiano in mentem venire," ut scite monet Fabricius Biblioth. gr. cur. Harles. Vol. I. p. 29 sq..

10. *Εὔκλου*] Codd. msti et editi *Εὐμίκλου.* Recte Eus. *Εὔκλου* (Eus. Par. 1, Flor. 2, Oxon. *εὔκλου*), id quod iam Voss. De histor. gr. (ed. Westerm.) p. 11 et Fabricius l. c. p. 35 Tatiano restituerunt. *Εὔκλοος* s. *Εὔκλους*, vates Cyprius (Suidas s. v. *ἄλφα*), scriptoribus qui ante Homerum fuerunt adnumeratur a Pausania (X. 12, 6 et 14, 3), qui eius quoque vaticinium de illo (X. 24, 3) profert.

pheo, Demodoco, Phemio, Sybilla, Epimenide Cretensi, qui Spartam venit, Aristaeo Proconnesio, qui Arimaspia conscripsit, Asbolo Centauro, Isatide, Drymone, Euclo Cyprio, Horo Samio, Pronapide Atheniensi. Nam Linus Herculis est magister: Hercules autem una aetate res Troianas antecedit; hoc planum est ex filio eius Tlepolemo, qui adversus Ilium militavit. Orpheus aequalis est Herculi:

11. *Ὧρον τοῦ Σαμίου*] Nescio an alibi usquam occurrat iste Horus Samius. Hori poetae meminit Galenus De Antidotis II. c. 7. Verum ille erat Mendesius. Meminit etiam Hori cuiusdam Eustathius in Hom. Od. *μ'* (ed. Rom.) p. 1713 ex Alexandro quodam Paphio, qui historiae prodidit Homerum Aegyptiis Dmasagora et Aethra natum, a vate quadam Hori Isidis sacerdotis filia enutritum, e cuius uberibus mel quandoque in os pueri instillatum. *Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Πάφιος ἱστορεῖ τὸν Ὅμηρον υἱὸν Αἰγυπτίων Δμασαγόρου καὶ Αἴθρας, τροφὸν δὲ αὐτοῦ προφῆτίν τινα θυγατέρα Ὧρου ἱερέως Ἴσιδος, ἧς ἐκ τῶν μαστῶν μέλι ῥεῦσαί ποτε εἰς τὸ στόμα τοῦ παιδίου.* Nescio an per verba *προφῆτίν τινα* eadem designetur vates, quam Plato De legg. II vocat *Ἴσιδα* et Tatianus hoc loco [cf. n. 9] *Ἰσάτιδα. Worthus.*

12. *Προναπίδου*] Codd. editi cum Fris. et Aet. *Προσναντίδου.* Errorem ope Par. 1 et 2 correxi, qui proprius ad genuinam scripturam accedentes (*Π* facile abiit in *ΤΤ*) *Προναντίδου* offerunt. Eus. Par. 3, Flor. 1. 2, Ven., Oxon. *Προναιτίδου* (eiusd. Par. 1 *Προαιτίδου*), unde Gaisfordus vulgatam Eusebii lectionem *Προταινίδου* in *Προναπίδου* mutavit. Gyraldus l. c. p. 48, sine ulla codd. auctoritate, *Προσμαντίδου* commendavit, quam coniecturam Voss. l. c. probavit. Pronapides Atheniensis inter Homeri magistros refertur a Diodoro Sic. III. c. 66 (coll. Tzetz. Chil. XIII. 634), qui eum vocat *εὐφυῆ μελοποιόν* eumdemque literis Pelasgicis, Orphei et Lini exemplo, usum testatur. Cf. Bode l. c. p. 281. Fabricius l. c. p. 217 observavit isti Pronapidi in scholiis ineditis Theodosii grammatici ad Dionysium Thracem attribui inventionem scribendi a sinistra ad dextram.

13. *Λίνος* etc.] Clemens Alex. l. c. §. 107: *Λίνον τὸν Ἡρακλέους διδάσκαλον.* Idem §. 104: *τοῦ γοῦν Τληπολέμου, ὃς ἦν υἱὸς Ἡρακλέους, Ὅμηρος μέμνηται ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντος.* — Pro *πέφηνε* Eus. Par. 1. 2 et Flor. 1. 2 *γέγονε.* Pro *ἐστι φανερὸν* Eus. Par. 2 *φανεροῦται.* Tum Eus. *τοῦ* ante *στρατεύσαντος* collocavit. — *Γενεὰν* autem Graeci mox annos triginta, mox centum, mox quantamcunque unius hominis aetatem interpretantur. Et hoc ultimum valet in nostro scriptore; nam Lynceum, undecimum Argivorum regem post Inachum, ait (infra) undecim aetates post eum vixisse.

χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονεν, ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν [14] ἐπιφερόμενά φασιν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι, γενομένου κατὰ τὴν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν [15] περὶ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Τοῦ [16] δὲ Ὀρφέως μαθητὴς Μουσαῖος. [17] Ἀμφίων δὲ δυσὶ προάγων γενεαῖς τῶν Ἰλιακῶν τοῦ πλείονα πρὸς τοὺς φιλομαθεῖς συντάττειν ἀπείργει ἡμᾶς. [18] Δημόδοκος δὲ καὶ Φήμιος κατὰ τὸν αὐτὸν τῶν Τρωϊκῶν πόλεμον γεγόνασι· διέτριβον γὰρ ὁ μὲν παρὰ τοῖς μνηστῆρσιν, ὁ δὲ παρὰ τοῖς Φαίαξιν. [19] Ὁ Θάμυρις δὲ καὶ ὁ Φιλάμμων οὐ πολὺ τούτων εἰσὶν ἀρχαιότεροι. Περὶ μὲν οὖν τῆς καθ' ἕκαστον λόγον πραγματείας, χρόνων τε [20] καὶ ἀναγραφῆς αὐτῶν, ὡς οἶμαι, σφόδρα μετὰ πά- 63 174

14. ἐπιφερόμενα] Fris. in marg. ἀναφερόμενα, Clem. (loco statim citando) φερόμενα, Eus. ἐπεισφερόμενα. Scaliger (De emend. tempp.) ἔπη φερόμενα emendavit. Tum Fris. in marg. γεγονότος pro γενομένου. — Clemens Alex. l. c. §. 131 hunc locum transscripsit sic: Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν περὶ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα εὑρίσκεται. Sed Tatianus non satis distincte locutus est; nam, ut iam Lobeckius (Aglaopham. Tom. I. p. 331) advertit, plures fuerunt libri Orphici, quam ut ab uno auctore repeti possint. Suidas s. v. Ὀρφεύς nonnisi duo carmina quae pro Onomacriteis habeantur commemorat, χρησμοὺς et τελετάς.

15. περὶ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα] Hunc Tatiani locum in mendo cubare contendit Io. Bouherius: Recherches et Dissertations sur Herodote p. 155. Nam, inquit, annus primus olympiadis quinquagesimae incidit in annum 4134 periodi Iulianae. At si eo tempore florebat Onomacritus, quomodo tandem Xerxem assectari potuisset anno 4230, ut quidem testatur Herodotus VII. 6? Hinc, ut huic loco medelam ferret, G. I. Vossius De poett. graec. p. 23 legendum censuit apud Tatianum ἑξηκοστὴν pro πεντηκοστήν. Quae tamen emendatio Bouherio minus placet; id enim habet incommodi, quod hac semel admissa, si nempe dicatur Onomacritus floruisse olympiade sexagesima, cuius annus postremus incidit in annum 4177, tunc adhuc inverisimile sit ipsum admodum senem in Persidem perrexisse anno 4230. Itaque subductis rationibus locum sic restituendum putat V. D.: περὶ τὴν πέμπτην καὶ ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Verum quominus viri eruditi sententiae subscribam, obstat inprimis Clemens Alexandrinus, qui haec eadem, ut alia plura [vide n. 17 sq. 23. 25 — 28. 31, c. 40. n. 3, c. 39. n. 14 sq., c. 38. n. 3. 9, c. 37. n. 5, c. 36. n. 11 sq., c. 31. n. 20 sqq., c. 1. n. 3 sqq.], paene κατὰ λέξιν

nam quae sub eius nomine feruntur ab Onomacrito Atheniensi composita dicuntur, qui Pisistratidis regnantibus circa olympiadem quinquagesimam degebat. Orphei discipulus est Musaeus. Amphion, quum duabus aetatibus res Iliacas antecedat, plura discendi cupidis proferre prohibet. Demodocus et Phemius ipsius belli Troiani tempore fuerunt; versabatur enim alter apud procos, alter apud Phaeaces. Thamyris et Philammon non multo his sunt antiquiores. Sane de singulorum quidem in quolibet genere studiis, et de temporibus temporumque descriptione, ut arbitror, sa-

Tatiano desumsit: Strom. I. c. 21 [vid. n. 14]: quod sane non latuit ipsum Bouherium. Esto: erraverit Tatianus in supputandis temporibus atque in errorem traxerit Clementem; vix tamen crediderim mendum in eius verba librariorum culpa irrepsisse, eo inprimis nomine, quod sic item legerit eidem ferme *σύγχρονος* Clemens Alexandrinus. [Pariter Eusebius in suo Tatiani codice *πεντηκοστὴν* invenit.] Neque nobis demum hic inquirendum quid scribere debuerit auctor, sed quid scripserit. His ita iam enarratis forte deprehendi Corsinum Fast. Attic. Tom. III p. 87 in Vossii sententiam concessisse. *Gallandius.*

16. *δὲ*] Eus. *δ'*. Mox inverso ordine *Μουσαῖος μαθητής*.

17. *Ἀμφίων* etc.] Sensus: Non opus est plura de Amphione proferre, quum constet duabus eum aetatibus ante bellum Troianum floruisse. Pro *Ἰλιακῶν* Eus. *Τρωϊκῶν*. Pro *πλείονα* Eus. Par. 3 *πλείονος*, quod quidem Vigerus in *πλείονας* mutandum opinatur, quasi dicat scriptor: Amphionem tam antiquum esse, ut alium praeterea *φιλομαθῆ* neminem quaeri patiatur. — Pro *ἀπείργει ἡμᾶς* (Par. 1, Par. 2 in marg., Fris. in marg.) codd. editi praeter Maran. (cum Fris, Par. 2, Aet.) habent *ἀπείργειν ἡμᾶς* et Eus. *ἡμᾶς ἀπείργει*. — Clemens Alex. l. c., Tatianum respiciens: *Ἀμφίων γὰρ δυσὶ προάγει γενεαῖς τῶν Ἰλιακῶν*.

18. *Δημόδοκος δὲ καὶ Φήμιος*] Clemens Alex. l. c.: *Δημόδοκος δὲ καὶ Φήμιος μετὰ* (Worth. coniecit *κατὰ*) *τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, ὁ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Φαίαξιν* (Hom. Od. VIII. 44. XIII. 27), *ὁ δὲ παρὰ τοῖς μνηστῆρσι* (l. c. I. 154. XVII. 263. XXII. 331), *κατὰ τὸ κιθαρίζειν εὐδοκίμουν*. — Pro *Δ. δὲ* Eus. *Δ. τε*. Sed Eus. Flor. 1. 2 (et Clem.) cum Tatiano consentiunt. Postea Eus. *κατ' αὐτὸν τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον*.

19. *Ὁ Θάμυρις δὲ καὶ ὁ Φιλάμμων*] Par. 2 *Φιλάμων*. Eus. *Καὶ ὁ Θάμυρις καὶ ὁ Φιλάμμων*. Eus. Par. 1 et Flor. 1. 2 *φιλήμων*, Par. 2 *φιλάμναν*. Cf. n. 3.

20. *καὶ*] Deest in vulg. Eusebii textu (Vig.-Heinich.), sed Gaisford. (Eus. Par. 2, Flor. 1. 2, Ven.) re-

σης ἀκριβείας ὑμῖν ἀνεγράψαμεν. Ἵνα δὲ καὶ [21]τὸ μέχρι νῦν ἐνδέον ἀποπληρώσωμεν, ἔτι καὶ περὶ τῶν νομιζομένων σοφῶν [22]ποιήσομαι τὴν ἀπόδειξιν. Μίνως γάρ, [23]ὁ πάσης προῦχειν νομισθεὶς σοφίας ἀγχινοίας τε καὶ νομοθεσίας, ἐπὶ Λυγκέως τοῦ μετὰ Δαναὸν βασιλεύσαντος γέγονεν, ἐνδεκάτῃ γενεᾷ μετὰ Ἶναχον. Λυκοῦργος δέ, [24]πολὺ γεννηθεὶς μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, [25]πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. B [26]Δράκων δὲ περὶ ὀλυμπιάδα τριακοστὴν καὶ ἐννάτην εὑρίσκεται γεγονώς· [27]Σόλων περὶ μς΄· [28]Πυθαγόρας περὶ ξβ΄. [29]Τὰς 64 δὲ ὀλυμπιάδας ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι ἀπεδείξαμεν γεγονυίας

stituit. In Oxon. desideratur *αὐτῶν*. Mox inversis verbis Eus. *μετὰ πάσης ὑμῖν ἀκριβείας*.

21. *τὸ*] Eus. Oxon. *τὰ* et dein *δέον ἀναπληρώσομεν*. Gesner. (c. Fris.) et Herold. *ἀποπληρώσομεν*.

22. *ποιήσομαι*] Eus. (Par. 3 et Ven.) vulgo *ποιήσωμεν* (eiusd. Par. 2 *ποιήσωμαι*): demum Gaisford. veram scripturam in textu posuit.

23. *ὁ*] Videtur addendum *διά*. *Gesnerus*. — Antea Eus. *μὲν γάρ*. Postea ap. Tatian. vulgo *ἀγχινοίᾳ τε καὶ νομοθεσίᾳ*, id quod Maran. emendavit auxilio Eusebii. Porro pro *Λυγκέως* Eus. Flor. 1 *γλυκέως*. Tum Eus. Par. 2 *τὸν Δαναόν*. — Clemens Alex. l. c. c. 16. §. 79: *οἱ δὲ Μίνω τὸν Διὸς ἐπὶ Λυγκέως· οὗτος μετὰ Δαναὸν γίνεται ἐνδεκάτῃ ἄνωθεν ἀπὸ Ἰνάχου καὶ Μωυσέως γενεᾷ*.

24. *πολὺ*... *ἅλωσιν*] Eus. *πολὺ μετὰ τὴν Ἰλίου γεννηθεὶς ἅλωσιν*. Verba *ἅλωσιν* usque ad *Λακεδαιμονίοις* Eus. Par. 1 omisit. — Pro *γεννηθείς*, quod Tat. Par. 1 et 2 mihi suppeditarunt, codd. editi (c. Fris.) *γενηθεὶς* exhibent.

25. *πρὸ τῶν ὀλυμπ. ἔτεσιν ἑκατόν*] Fischer (u. Soetbeer) *Griech. (u. Röm.) Zeittafeln* p. 36: „Hiernach würde Lycurg 100 Jahre vor Ol. 1, in v. C. 876 [= v. C. 776 + 100] fallen. Allein da Tatianus in der Trojanischen Aera vollkommen mit Eratosthenes übereinstimmt, so können wir annehmen, dass er demselben auch in der Zeitrechnung für Lycurg gefolgt sei, diesen jedoch statt 108 Jahre in runder Zahl nur 100 Jahre vor Ol. 1 gesetzt habe.“ Prius Lycurgum floruisse refert Clemens Alex. l. c.: *Λυκοῦργος δὲ μετὰ πολλὰ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως γεγονὼς ἔτη πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν πεντήκοντα* (= 926 a. Chr.) *νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις*. Clemens locum Tatianeum ante oculos habuit (cf. n. 25—28; coll. n. 14): quapropter aut ipse numerum annorum mutavit aut librarius.

26. *Δράκων*... *γεγονώς*] Clemens Alex. l. c. §. 80: *Δράκων δέ, ὁ καὶ αὐτὸς νομοθέτης, περὶ τὴν τριακοστὴν καὶ ἐννάτην ὀλυμπιάδα γεγονὼς εὑρίσκεται* — h. e.

tis multa diligentissime vobis scripsimus. Sed ut ea etiam quae hactenus supersunt expleamus, adhuc de iis quoque qui existimati sunt sapientes instituam demonstrationem. Minos enim, qui in omni sapientiae genere et sollertia et legum institutione praeire existimatus est, sub Lynceo Danai successore exsistit, undecima post Inachum aetate. Lycurgus, multo post Ilii excidium natus, annis centum ante olympiades dat leges Lacedaemoniis. Draco circa olympiadem trigesimam nonam reperitur exstitisse: Solon circa quadragesimam sextam: Pythagoras circa sexagesimam secundam. Olympiades autem post res Iliacas annis quadrin-

intra annos a. Chr. 624 et 620. Cf. Fischer. l. c. p. 104. — Pro *ἐννάτην* Eus. Par. 3 et Ven. *ἕκτην*. In Eus. Ven. verba *εὑρίσκεται* ad *μϛ'* usque exciderunt.

27. *Σόλων περὶ μϛ'*] H. e. *τεσσαρακοστὴν* (*καὶ*) *ἕκτην*, = a. Chr. 596 — 593. Eus. *Σόλων δὲ περὶ μϛ'*. Eus. Flor. 1 *Σόλων περὶ μ̄ κ̄ ϛ̄*, quocum Flor. 2 facit, nisi quod *καὶ* pro *κ̄* praebet. Pariter Eusebius in Chronico ad annum 1422. Sic etiam Diogenes Laertius I. 62: *Ἤκμαζε μὲν οὖν Σόλων περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα, ἧς τῷ τρίτῳ ἔτει* (Ol. 46, 3 = a. Chr. 594) *ἦρξεν Ἀθηναίων*. Cyrillus c. Iulian. I. p. 12: *τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι Σόλων νενομοθέτηκε*. Male igitur dederunt Gesner., Herold., Morell., Duc., Worth. ex Fris. *Σόλων περὶ μ'*, *circa quadragesimam*, et Maran. ex Par. 2 et Aet. *περὶ μζ'*, *circa quadragesimam septimam*. Equidem vero cum Par. 1 *περὶ μϛ'* scripsi, praesertim quum Clemens quoque Alex., qui sua a Tatiano saepe (vid. n. 25) mutuatus est, l. c. c. 14. §. 65 sic dicat: *ἤκμασεν οὖν ὁ Σόλων κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα*. Videlicet in duobus codicibus illis vitio librariorum ϛ', id quod facile fieri poterat, in ζ' abiit. Eadem emendatio placuit non Gallandio tantum, sed etiam Meursio De Archont. Athen. (Lugd. Bat. 1622. 4°) p. 43 et Fischero l. c. p. 114.

28. *Πυθαγόρας περὶ ξβ'*] H. e. *ἑξηκοστὴν* (*καὶ*) *δευτέραν*, = a. Chr. 532 — 529. Ita etiam Clemens Alex. l. c. (comp. ibid. c. 21. §. 129), nostrum scriptorem secutus: *Πυθαγόρας δὲ κατὰ Πολυκράτη τὸν τύραννον περὶ τὴν ἑξηκοστὴν δευτέραν ὀλυμπιάδα εὑρίσκεται*. Cyrillus l. c. p. 13: *ἑξηκοστῇ δευτέρᾳ ὀλυμπιάδι Πυθαγόρας γενέσθαι λέγεται*. Cf. Clintonis Fasti Hellenici (ed. Krüger) p. 13. — Eus. *Πυθαγόρας κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν δευτέραν*.

29. *Τὰς ... ἐκτά*] Cf. c. 31. n. 25. — Scholion in marg. Par. 1: *καὶ μὴν Πίνδαρος ὁ λυρικὸς οὗ-*

τετρακοσίοις ἑπτά. Καὶ δὴ τούτων οὕτως ἀποδεδειγμένων, διὰ βραχέων ἔτι καὶ περὶ τῆς τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἡλικίας [30]ἀναγράψομεν. Τοῦ γὰρ πρεσβυτάτου τῶν προειρημένων Θάλητος γενομένου [31]περὶ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα, καὶ τὰ περὶ τῶν μετ' αὐτὸν σχεδὸν ὑμῖν συντόμως εἴρηται.

42. Ταῦτα ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, [1]ὁ κατὰ βαρβάρους C φιλοσοφῶν Τατιανὸς συνέταξα, γεννηθεὶς μὲν ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων γῇ, παιδευθεὶς δὲ πρῶτον μὲν [2]τὰ ὑμέτερα, δεύτερον δὲ ἅτινα νῦν [3]κηρύττειν ἐπαγγέλλομαι. Γινώσκων δὲ λοιπὸν τίς ὁ Θεὸς καὶ τίς [4]ἡ κατ' αὐτὸν ποίησις, ἕτοιμον ἐμαυτὸν ὑμῖν πρὸς τὴν ἀνάκρισιν τῶν δογμάτων παρίστημι, μενούσης μοι [5]τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας ἀνεξαρνήτου.

τως φησίν· ἤτοι ὀλύμπια μὲν ἔστησεν Ἡρακλῆς. Πῶς οὖν Ἡρακλῆς [cod. Ἡρακλέους] μιᾷ γενεᾷ τῶν Ἰλιακῶν προὔχων, ὁ κατὰ Πίνδαρον τὰ ὀλύμπια στήσας, ὕστερον εὑρεθήσεται τῶν Ἰλιακῶν ὑ ἔτεσιν, εἴγε αὐτὸς ἔστησε τὰ ὀλύμπια; Cf. c. 31. n. 27. — Eus. Par. 2 γεγονέναι pro γεγονυίας.

30. ἀναγράψομεν] Morell. ἀναγράψωμεν. Sic etiam Eus. Par. 2.

31. περὶ τὴν πεντηκοστὴν ὀλ.] Clemens Alex. l. c. c. 21. §. 129: τοῦ πρεσβυτάτου τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν Θαλοῦ περὶ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα γενομένου. Cf. Hermann De philosoph. Ionicc. aetatibus p. 7 sq.. — Sensus verborum καὶ τὰ περὶ τῶν etc.: non est quod de reliquis sex sapientibus, quippe aetate iunioribus, plura vobis exponantur. Eus. Par. 2 καὶ τὰ περὶ ταυτόν. Pro μετ' Fris. (Gesner., Herold.) μέν, sed recte in marg. habet. Eus. ex edit. Vig.-Heinichen. κατ' αὐτὸν (Eus. Par. 2. 3 et Ven.): quae ad suppares illi (Thaleti) pertinent. Pro ὑμῖν, quod ferri potest ideoque debet, Maranus cum Eus. ἡμῖν legi iubet.

1. ὁ κατὰ βαρβάρους φιλοσοφῶν] Cf. c. 1. n. 1. — Paullo ante deest Eus. ὦ.

gentis et septem institutas demonstravimus. Atque his ita demonstratis, iam breviter de septem quoque sapientium aetate scribemus. Nam quum antiquissimus eorum quos modo memoravi Thales circa olympiadem quinquagesimam fuerit, simul ea quoque quae ad minores natu pertinent fere compendio vobis dicta sunt.

42. Haec vobis, Graeci, ego barbarae philosophiae addictus Tatianus composui, natus in Assyriorum terra, ac imbutus primum vestris disciplinis, deinde iis quas me nunc praedicare profiteor. Iam vero quum noverim quis sit deus et quod eius opus, paratum me vobis ad examen dogmatum exhibeo, manente mihi citra inficiationem colendi dei ratione.

2. τε] Apud Herold. excidit. — Antea δὲ (ante πρῶτον) Eus. Par. 1 et Flor. 1. 2 omiserunt.

3. κηρύττειν] Sic Par. 1 et Eus.; sic etiam Duc., Worth., Maran.. Caeteri editores aeque ac Fris., Par. 2, Aet., Bon. (cf. Possev. Apparat. sacr. Tom. II. p. 449) admiserunt κρύπτειν, id quod Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 17 perperam probavit, qui interpretatus est sic: „Später wandte ich mich zu dem was schon lange als von mir in's Geheim festgehalten das Gerücht genannt hat.“ Ipse Tatianus c. 17 τὸν κήρυκα τῆς ἀληθείας sese appellat.

4. ἡ] Haec vox (Par. 1 et Eus.) vulgo non legitur. — Mox pro αὐτὸν Eus. Par. 1 et Ven. αὐτό. Tum Eus. ex edit. Viger.-Heinichen. (Eus. Par. 1 et Ven.) ἑαυτόν, ex quo Gaisford. (reliquorum ope codicum) ἡμαυτὸν effecit.

5. τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας] Quippe quae apud Christianos (βαρβάρους) inveniatur. — Articulum τῆς, qui a codd. mstis et editis abest, monitu H. Stephani (in edit. Epist. ad Diogn. p. 111) ex Eusebio reposui. Etiam Daniel l. c. p. 143 tacite eum admisit. Caeterum Eus. Par. 1 et Flor. 1. 2 κατὰ τὸν θεόν exhibent.

APPENDIX.

FRAGMENTA

OPERUM TATIANI DEPERDITORUM.

I.

Γράφει . . . ἐν τῷ Περὶ τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα κατα-
ρτισμοῦ· [1]Συμφωνία μὲν οὖν ἁρμόζει προσευχῇ, [2]κοινω-
νία δὲ φθορᾶς λύει τὴν ἔντευξιν. Πάνυ γοῦν ὑσωπητικῶς διὰ
τῆς συγχωρήσεως εἴργει· πάλιν γὰρ ἐπὶ ταὐτὸ συγχωρήσας γενέ-
σθαι [3]διὰ τὸν σατανᾶν καὶ τὴν ἀκρασίαν, τὸν πειθησόμενον

I. *Γράφει...διαβόλῳ*] Ex Clementis Alex. Strom. III. c. 12. §. 81 (ed. Kletz. Vol. II) p. 258.— Videtur Tatianus in hoc De perfectione seu absoluta instructione secundum servatorem libro (Ledermann Examen des hérésies de Tatien p. 4 et 9 temere exhibuit *Περὶ τοῦ κ. τ. σ. καθαρισμοῦ*) normam praescripsisse vitae asceticae, ita quidem, ut Christum exemplar perfectissimum proponeret ad imitandum. Quodsi nuptias ibi inprimis reprobavit, haud dubie ad coelibatum quoque illius provocavit. Hic autem contra hanc „*ἐπιπλοκὴν τῆς σαρκὸς πρὸς τὴν φθορὰν*“ verbis Pauli apostoli utitur.— Irenaeus: *τὸν γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας.* Vide Fragm. IV (n. 2). Inde Epiphanius: *Ἐγκράτειαν δὲ οὗτος κηρύττει· τὸν δὲ γάμον πορνείαν καὶ φθορὰν ἡγεῖται, φάσκων μηδὲν διαλλάττειν πορνείας τὸν γάμον ἀλλὰ τὸ αὐτὸ εἶναι.* Pariter Philastrius, Augustinus, Theodoretus referunt. Cf. Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 259 sqq., Neander *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. Kirche*, Tom. II. Sect. 1 (ed. 2), p. 788 sq..

1. *Συμφωνία...διαβόλῳ*] 1 Cor. 7, 5. — Addit Clemens l. c.: *Ταῦτα δέ φησι* (Tatianus) *τὸν ἀπόστολον ἐξηγούμενος, σοφίζεται δὲ τὴν ἀλήθειαν, δι' ἀληθοῦς ψεύδος κατασκευάζων.* — Vulgo (ab ipso Klotzio) legitur *Συμφωνίαν* pro *Συμφωνία*. Sed hoc equidem

APPENDIX.

FRAGMENTA

OPERUM TATIANI DEPERDITORUM.

I.

Scribit ... in libro *De perfectione secundum salvatorem:* Consensus quidem aptus est ad precationem, coniunctio autem corruptelae solvit orationem. Omnino sane concessa ab eo licentia prohibitio est pudorem incutiens; nam dum concedit *ut revertantur in idipsum propter satanam et intemperantiam,* eum qui parebit *duobus dominis*

dedi, commation ut melius responderet sequenti: κοινωνία δὲ φθορᾶς λύει τὴν ἔντευξιν. Maranus (p. 600) mallet: Συμφωνία μὲν οὖν ἁρμόζει προσευχήν, reddens: *Consensus praeparat precationem.* Tatianus, consilium ab apostolo coniugatis datum ad suam doctrinam trahens, „consensum vocat continentiam ad tempus ex mutuo consensu servatam, ut vacent orationi, communionem vero corruptelae, si, ut concedit apostolus, in idipsum revertantur." Inde concludit continentiam aptos facere ad precandum, usum coniugii avertere ab oratione.

2. κοινωνία] Hanc vocem usu haereticorum contritam fuisse iam Maranus notavit. Illi, ut Clemens l. c. III. c. 4. §. 27 refert, τὴν ὁποίαν δήποτ' οὖν ἀφροδισίων συμπλοκὴν κοινωνίαν ἀσεβῶς κεκλήκασιν. Et paullo post: οἵ γε τριςάθλιοι τήν τε σαρκίνην κατὰ τὴν συνουσιαστικὴν κοινωνίαν ἱεροφαντοῦσι. Nonnulli enim, ut idem l. c. testatur, κοινωνίαν μυστικὴν appellabant promiscuos concubitus.

3. διὰ τ. σατανᾶν καὶ τ. ἀκρασίαν] Quod Paulus permittit id Tatianus eum prohibere dicit: quod permittit ob eam causam, ne detur ansa diabolo ad tentandum, id negat posse observari quin diabolo serviatur. Non solum enim sententiam apostoli pervertit sed ipsa etiam verba; pro eo quod est apud Pau-

[4] *δυσὶ κυρίοις μέλλειν δουλεύειν ἀπεφήνατο, διὰ μὲν συμφωνίας θεῷ, διὰ δὲ τῆς ἀσυμφωνίας ἀκρασίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ διαβόλῳ.*

II.

Κατατρέχει δέ τις γενέσεως, φθαρτὴν καὶ ἀπολλυμένην λέγων· καὶ βιάζεταί τις, ἐπὶ τεκνοποΐας λέγων εἰρηκέναι τὸν σωτῆρα [1] *Ἐπὶ γῆς μὴ θησαυρίζειν ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει. Καὶ τὰ τοῦ προφήτου προσπαρατιθέναι τούτοις οὐκ αἰσχύνεται·* [2] *Πάντες ὑμεῖς ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθε, καὶ σὴς βρώσεται ὑμᾶς.*

Ὁμοίως δὲ κἀκεῖνο [3] *νομίζουσι τὸ ῥητόν (τὸ περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως)·* [4] *Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος ἐκείνου οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίζονται.*

III.

Tatianus, qui, [1] putativam carnem Christi introducens, omnem coniunctionem masculi ad feminam immundam arbitratur, Encratitarum vel acerrimus haeresiarches, tali... usus est argumento: [2] *Si qui seminat in carne, de carne*

lum, *ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν*, legebat *διὰ τὸν σατανᾶν καὶ τὴν ἀκρασίαν*. *Maranus*.

4. *δυσὶ . . . δουλεύειν*] Matth. 6, 24.

II. *Κατατρέχει . . . γαμίζονται*] Ex Clementis Alex. l. c. §. 86 sq. p. 262. — Olshausen *Die Aechtheit d.. vier kanon. Evangg.* (Regiom. 1823) p. 337: „Hier, *Κατατρέχει . . . ἀφανίζει*, steht freilich nicht ausdrücklich, dass Tatianus dieses anführe, denn ein τις soll es gesagt haben; allein es ist aus dem ganzen Zusammenhange deutlich, dass niemand als er gemeint sein kann.“ Idem valet de verbis *Ὁμοίως . . . γαμίζονται*. Cf. Kirchhofer *Quellensamml. z. Gesch. d. neutest. Canons* (Tur. 1842) p. 107. Hoc igitur fragmentum est eiusdem libri, *Περὶ τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα καταρτισμοῦ*, unde Fragm. I originem habet.

1. *Ἐπὶ . . . ἀφανίζει*] Matth. 6, 19.

2. *Πάντες . . . ὑμᾶς*] Iesai. 50, 9.

3. *νομίζουσι*] Nempe Tatianus

serviturum declaravit, deo quidem per consensum, intemperantiae autem et fornicationi et diabolo, dum consentire desinit.

II.

Insectatur autem aliquis generationem, dicens in eam interitum cadere eamque perire; et vi detorquet aliquis, dicens de liberorum procreatione pronuntiasse salvatorem *In terra non oportere thesauros colligere ubi tinea et rubigo eos perdunt.* Neque erubescit his addere verba prophetae: *Omnes vos sicut vestimentum veterascetis, et tinea vos exedet.*

Similiter vero etiam illud afferunt dictum (de mortuorum resurrectione): *Filii saeculi illius neque uxores ducunt neque nubunt.*

III.



quique cum eo faciunt. — Mox vulgo: ... τὸ ῥητόν· „οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος ἐκείνου" τὸ περὶ νεκρῶν ἀνάστασιν „οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίζονται."

4. Οἱ ... γαμίζονται] Matth. 22, 30.

III. Tatianus ... corruptionem] Ex Hieronymi Commentar. in Epist. ad Galat. cap. 6 (Opp. ed. Vallars. Tom. VII. P. I, Venet. 1769) p. 526. — Cf. Fragmm. I et II. Haec procul dubio ex eodem fonte fluxerunt, nempe ex libro Περὶ τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα καταρτισμοῦ. Cf. notam ad Fragm. IX. Pro „Tatianus" neutiquam „Cassianus" (Vallars.) legendum esse docuit Niemeyer De Docetis (Hal. 1823) p. 42, quem adeas.

1. putativam carnem Christi introducens] Daniel l. c. p. 265: „In Hieronymus Worten finden wir nur die Ueberzeugung ausgesprochen, dass Tatian's ketzerische Ansicht von der Ehe, und der Sinnenwelt im Allgemeinen, consequenter Weise zum Doketismus führe."

2. *Si ... corruptionem*] Gal. 6, 8.

metet corruptionem; in carne autem seminat qui mulieri iungitur: ergo et is qui uxore utitur et seminat [3] in carne eius de carne metet corruptionem.

IV.

Ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθείς, ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο· [1] Αἰῶνάς τινας ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας, [2] τὸν γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας, [3] τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτοῦ τὴν ἀντιλογίαν ποιησάμενος.

V.

Tatianus ... tentans et subinde uti huiusmodi a Paulo as-

3. in carne eius] Recte monuit Hieronymus non dixisse apostolum: *qui seminat in carne*, sed: *in carne sua*, *εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ*. „Nemo autem secum ipse concumbit et in carne sua seminat."

IV. *Ἀποστὰς ... ποιησάμενος*] Ex Irenaei adv. haeres. I. c. 28. §. 1 (ed. Stieren. Tom. I) p. 259 (ap. Euseb. Hist. eccl. IV. c. 29). — Tres hic attribuit Tatiano commenta haeretica.

1. *Αἰῶνας ... μυθολογήσας*] Inde Epiphanius: *Κακῇ διανοίᾳ περιπεσὼν* (Tatianus) *αἰῶνάς τινας κατὰ τοὺς μύθους Οὐαλεντίνου καὶ ἀρχάς τινας καὶ προβολὰς καὶ αὐτὸς εἰσηγήσατο*. Similiter alii (Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Ioannes Dam.) referunt qui pendent ab Irenaeo.

2. *τὸν γάμον ... ἀναγορεύσας*] Vide Fragm. I. — Stierenus Irenaeum pro *τὸν γάμον τε* scripsisse putat *τοῦ δὲ γάμου*. Epiphanius (cf. Fragm. I) magis ad illam accedit lectionem. Clemens l. c. §. 89, ubi de Tatiano loquitur: *Εἰ δὲ πορνείαν τὸν γάμον τολμᾷ τις λέγειν πάλιν ἐπὶ τὸν νόμον καὶ τὸν κύριον ἀνατρέχων βλασφημεῖ*.

3. *τῇ ... ποιησάμενος*] Paullo ante: *Ἀντιλέγουσί τε τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ· καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ' αὐτοῖς, Ταταινοῦ τινος πρώτως ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν*. Vide Fragm. V. — Pro *ἀντιλογίαν* vulgo *αἰτιολογίαν* vitiose comparet.

V. Tatianus ... *gratia*] Ex Irenaei adv. haeres. III. c. 23. §. 8. — Cf. Fragm. IV (n. 3). In contrariam discedit sententiam auctor libri Sap. 10, 1 — et ecclesia, ut Tertullianus de poenit. c. 12: „ipse quoque et stirpis humanae et offen-

* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * *

IV.

Absistens [Tatianus] ab ecclesia, praesumtione magistri [Iustini] elatus et inflatus, quasi prae caeteris esset, proprium characterem doctrinae constituit: dum Aeonas quosdam invisibiles pariter atque ii qui a Valentino sunt commentus est, nuptias corruptelam et fornicationem similiter ut Marcion et Saturninus dixit, Adami autem saluti ex se contradictionem fecit.

V.

* * * * * * * * * * *

sae in dominum princeps Adam exomologesi restitutus in paradisum suum.“ Adde August. ad Evod. 99. Cf. S. Andreae De salute Adami, Marp. 1678. — Daniel l. c. p. 257: „Ungern vermisst man die nähere Motivirung der tatianschen Paradoxe. Nach der angezogenen Beweisstelle aus 1 Cor. 15 lässt sich vermuthen, Tatian habe nach seiner Weise aus allgemein anerkannten Wahrheiten befremdende Consequenzen gezogen. Sind alle Menschen — so mochte er folgern — von Natur Kinder des Zorns und des ewigen Todes, so muss doch wohl natürlich der noch weit strafbarer und von der Seligkeit des Himmels ausgeschlossen sein, durch den die Sünde in die Welt kam, und in dem Alle ewigen Strafen unterworfen sind. Für diese Weise der Deduction sprechen auch die Worte bei Tertullianus De praescr. c. 52:... *adiiciens illud Adam nec salutem consequi posse, quasi non, si rami salvi fiunt, et radix salva sit.* Epiphanius sucht die Verkehrtheit des tatianschen Satzes darzuthun, ohne nähere Details über denselben beizubringen.“ Idem valet de Philastrio, Augustino et auctore Chronici Alexandrini. Ledermann l. c. p. 13: „Les dogmes de la grâce divine, de la justification par le mérite d'autrui, de la mort des Jésus-Christ, comme dernière victime agréée par son père pour l'expiation des péchés du genre humain, étaient étrangers à ses idées, d'après lesquelles l'homme ne peut être sauvé qu'en se rendant digne du retour de l'esprit divin par une vie sainte et dévouée à dieu.“ Comp. Neander l. c. p. 787. n. 3. Aliter Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. christl.*

sidue dictis, [1]quoniam [2]*In Adam omnes morimur*, ignorans autem, quoniam [3]*Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia.*

VI.

Πρὸς δὲ Τατιανόν, [1]λέγοντα εὐκτικὸν εἶναι τὸ [2]Γενηθήτω φῶς, λεκτέον· Εἰ τοίνυν εὐχόμενος [3]ἤδη τὸν ὑπερκείμενον θεόν, πῶς λέγει· [4]Ἐγὼ θεὸς καὶ πλὴν ἐμοῦ ἄλλος οὐδείς;

[5]Εἶπε μὲν ὡς κολάσεις εἰσὶ βλασφημιῶν, φλυαρίας, ἀκολάστων ῥημάτων, λόγῳ κολαζομένων καὶ παιδευομένων. Ἔφασκεν δὲ καὶ διὰ τὰς τρίχας κολάζεσθαι καὶ τὸν κόσμον τὰς γυναῖκας ὑπὸ δυνάμεως τῆς ἐπὶ τούτοις τεταγμένης, ἣ καὶ [6]τῷ Σαμψὼν δύναμιν παρεῖχε ταῖς θριξίν, [7]ἥ τε κολάζει τὰς διὰ κόσμον τριχῶν ἐπὶ πορνείαν ὁρμώσας.

VII.

Μὴ συνιδὼν δὲ ὁ Τατιανὸς [1]τῷ Γενηθήτω οὐ πάντοτε συμβαίνειν τὸ εὐκτικόν, ἀλλ' ἐσθ' ὅπου καὶ προστακτικόν, ἀσε-

Dogmengesch. P. I. p. 149: „Die tatiansche Meinung, dass Adam nicht zum Heile gelangen könne, scheint Adam als Allegorie, von der bösen Neigung, genommen zu haben."

1. quoniam... quoniam] Respondent particulae ὅτι, ex consuetudine veteris interpretis.

2. *In... morimur*] 1 Cor. 15, 22.

3. *Ubi... gratia*] Rom. 5, 20.

VI. *Πρὸς... ὁρμώσας*] Ex Clementis Alex. Fragmm. (Eccl. ex scriptt. prophett.) §. 38 sq. (Vol. IV) p. 44.

1. *λέγοντα... φῶς*] Cf. Fragm. VII. — Tatianus haec docet: Mundus non est summi dei opus sed demiurgi. Initio Genesis narratur historia creationis per demiurgum: cuius vero voces „*Γενηθήτω*" minime iussa continent sed preces summo deo propositas. Quum enim demiurgus in tenebris versans precaretur „Fiat lux", summus deus preces eius ratas habuit: et facta est lux. Cf. Daniel l. c. p. 255, Ledermann l. c. p. 22 sq., Neander l. c. p. 788. Aliter Baumgarten-Crusius *Comp. d. christl. Dogmengesch.* P. I. p. 48 explicuit.

2. *Γενηθήτω φῶς*] Genes. 1, 3.

3. *ἤδη*] Cum hoc verbo et *λέ-*

* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * *

VI.

Adversus Tatianum, qui dicit precantis esse illud *Fiat lux*, dicendum: Si precans noverat superiorem deum, quomodo dicit: *Ego deus et praeter me nullus alius?*

Dicebat poenas infligi blasphemiis, nugis, lascivis verbis, quae logo puniuntur et castigantur. Dicebat etiam ob capillos et ornamenta mulieres puniri a potestate his rebus praeposita, quae etiam Samsoni robur praebuit per capillos, et quae eas punit quae per ornamenta capillorum in fornicationem feruntur.

VII.

Non intelligens autem Tatianus illud *Fiat* non semper precantis esse, sed interdum etiam imperantis, impiissime

γει, quod sequitur, subaudias ὁ δημιουργός. Pro ᾔδη, quod dedi, vulgo ἤδη *(iam)* inepte legitur. Dicitur illa forma pro usitatiori ᾖδει, quam quidem Semler ad Baumgartenii *Untersuchung theol. Streitigkk.* Tom. I (Hal. 1762) p. 198 commendavit, paullisper recedens a vestigiis scripturae vulgatae. Cf. Matthiae *Ausf. gr. Gramm.* (ed. 2) p. 360. Sylburgii coniectura ᾖττει prorsus displicet.

4. Ἐγὼ ... οὐδείς] Iesai. 44, 6.

5. Εἶπε ... παιδευομένων — Ἔφασκεν ... ὀμώσας] Haec, si coniecturae locus dandus, ex libro Περὶ τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα καταφυσμοῦ desumta sunt. Caeterum cf. Orat. ad Graec. c. 13. — Pro Εἶπε μὲν vulgo εἴκομεν. Emendationem Marano debemus.

6. τῷ Σαμψών] Cf. Iudicc. 16, 17.

7. ἤ τε] Vulgo ἤτις.

VII. Μὴ ... θεός] Ex Origenis De oratione c. 24 (Opp. ed. Lommatzsch. Tom. XVII) p. 188 sq.. — Cf. quae ad Fragm. VI. n. 1 dicta sunt.

1. τῷ] Vulgo τό. Bentleius coniecit legendum τὸ Γεν. οὐ π. σημαίνειν etc.. Hanc probavit coniecturam Delarueus et in textu posuit Lommatzschius.

βέστατα ὑπείληφε περὶ τοῦ εἰπόντος [2] *Γενηθήτω φῶς θεοῦ, ὡς εὐξαμένου μᾶλλον ἤπερ προστάξαντος γενηθῆναι τὸ φῶς, ἐπεί, ὥς φησιν ἐκεῖνος ἀθέως νοῶν, ἐν σκότῳ ἦν* [3] *ὁ θεός.*

VIII.

Χωρίζει δὲ καὶ τὸν παλαιὸν ἄνδρα καὶ τὸν καινὸν ὁ Τατιανός, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς φαμεν, παλαιὸν μὲν ἄνδρα τὸν νόμον, καινὸν δὲ τὸ εὐαγγέλιον. Συμφωνοῦμεν αὐτῷ καὶ [1] *αὐτὰ λέγοντες, πλὴν οὐχ ἣ βούλεται ἐκεῖνος,* [2] *καταλύων τὸν νόμον ὡς ἄλλου θεοῦ.*

IX.

Non solum nuptias [Tatianus] sed cibos quoque, quos deus creavit ad utendum, damnat et reprobat.

X.

[1] *Et propinabatis Nazaraeis vinum, et prophetis mandabatis dicentes: Ne prophetetis....* De hoc loco haeresim suam Tatianus, Encratitarum princeps, struere nititur, [2] vinum asserens, non bibendum, quum et lege praeceptum sit ne Nazaraei bibant vinum, et nunc accusentur a propheta qui propinent Nazaraeis vinum.

2. *Γενηθήτω φῶς*] Genes. 1, 3.

3. *ὁ θεός*] Nempe *ὁ δημιουργός*.

VIII. *Χωρίζει . . . θεοῦ*] Ex Clementis Alex. Strom. III. c. 12. §. 82 (Vol. II) p. 259. Fortasse haec sententia ad librum *Περὶ τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα καταρτισμοῦ* referenda est. — Daniel l. c. p. 256: „Schon der Umstand, dass Tatianus den *δημιουργός* nicht in directe Opposition sondern in ein Verhältniss der Abhängigkeit zu dem höchsten Gott gestellt [vide Fragmm. VI et VII], lässt vermuthen, er habe auch zwischen der Offenbarung des alten und neuen Testaments keinen absoluten Gegensatz angenommen, sondern nur das erste als unter dem Einfluss des Demiurgen verfasst angesehen.“ Cf. Ritter *Gesch. d. christl. Philos.* P. I. p. 334.

1. *αὐτὰ*] Vulgo *αὐτοί*.

2. *καταλύων*] Nescio cur Daniel l. c. et Ledermann l. c. p. 14

sensit de deo qui dixit *Fiat lux*, eum precatum magis esse quam iussisse lucem fieri, siquidem, ut ait ille impie cogitans, in tenebris erat deus.

VIII.

Separat autem veterem quoque hominem et novum Tatianus, sed non ut nos dicimus, veterem quidem hominem [intelligens] legem, novum autem evangelium. Assentimur ei quippe qui ea quoque dicamus, sed non eo sensu quem ille sequitur, dissolvens legem ut alterius dei.

IX.

X.



καταλύειν admiserint, deleto commate.

IX. Non...reprobat] Ex Hieronymi adv. Iovinian. I. c. 3 (Tom. II. P. I) p. 239. — Haec ciborum aliquot reprobatio videtur etiam ad Tatianeum Περὶ τοῦ κ. τ. σ. κατασκευασμοῦ librum pertinere. Non autem dicit Hieronymus unde hauserit. Fortasse usus est libro aliquo contra Tatianum eiusque sectatores scripto. Nam ipse fatetur suo tempore ex omnibus Tatianeis scriptionibus non superesse nisi Orationem ad Graecos. Augustinus de haeres. c. 25: „Tatiani non vescuntur carnibus easque omnes abominantur."

X. *Et*...vinum] Ex Hieronymi Commentar. in Amos. cap. 2 (Tom. VI. P. II) p. 247. — Cf. notam ad Fragm. IX.

1. *Et*...*prophetetis*] Amos. 2, 12.

2. vinum asserens non bibendum] Epiphanius adv. haeres. 46:

XI.

Tatianus, Encratitarum patriarches, qui et ipse [1]nonnullas Pauli epistolas repudiavit, [2]hanc vel maxime, hoc est ad Titum, apostoli pronuntiandam credidit, parvi pendens Marcionis et aliorum, qui cum eo in hac parte consentiunt, assertionem.

Μυστηρίοις δὲ ὡσαύτως κέχρηται, κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς μυστηρίοις. Cf. Theodoret. Haer. fabb. I. c. 20.

XI. Tatianus...assertionem] Ex Hieronymi Praef. in Commentar. in Epist. ad Titum (Tom. VII. P. I) p. 686. — Cf. notam ad Fragm. IX.

1. nonnullas P. epistolas repudiavit] Repudiavit certe epistolas ad Timotheum (paullo ante memoratas ab Hieronymo), rationibus ductus dogmaticis, maxime ob effata quae ipsius sententiae de matrimo-

XI.



nio repugnabant: 1 Tim. 2, 15. 3, 2. 12. 4, 3. 5, 14. 23. Coll. 4, 8: *ἡ σωματικὴ γυμνασία* (talem commendasse dicitur Tatianus) *πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος*. Videtur potissimum Tatianos indicare Clemens Alex. l. c. II. c. 11. §. 52: *ὑπὸ ταύτης ἐλεγχόμενοι τῆς φωνῆς* (1 Tim. 6, 20 sq.) *οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων τὰς πρὸς Τιμόθεον ἀθετοῦσιν ἐπιστολάς*.

2. hanc ... apostoli pronuntiandam credidit] Epistolam ad Titum Tatianus propterea videtur non repudiasse, quod in ea haeretici distinctius, quam in epistolis ad Timotheum, designantur iudaici: 1, 10. 14. 3, 9.

INDICES.

I. INDEX VERBORUM.
II. INDEX RERUM.
III. INDEX LOCORUM.

I. Index verborum.

Numerus paginam et n. notam designat.

A.

Α, Λ, Δ commutata 144. n. 3. 147. n. 8.
ἀβδηρολόγος, abderitice loquens, 74. n. 1; cf. Proll. p. XXXIV.
ἀβελτηρία 34. n. 15.
ἀερόφοιτος 88. C; cf. Proll. p. XXXV.
ἀθανασία et *τὸ ἀθάνατον* differunt 65. n. 5.
ἀθάνατον, τό, 30. C. 64. C. 66. C. 72. D. Vid. *ἀθανασία.*
ἀθύρειν 24. D; cf. Proll. p. XXXV.
αἱματεχχυσία 100. D; cf. Proll. p. XXXIV.
ἀκειρεκόμης 92. D.
ἀκροθίνια, τά, 34. C; cf. Proll. p. XXXIV.
ἀμάρα, cloaca, 14. D.
ἀμετροεπής 112. C. 128. D; cf. Proll. p. XXXV.
ἄμπωτις, —εις, 90. B.
Ἀμφίων, —ωνος, 155. n. 4.
ἄν c. fut. 80. A.
ἀναθέσεις τῶν βιβλίων 106. A.
ἀναξιοπαθεῖν 57. n. 18.
ἀνδραγάθημα 30. C.
ἀνδροκτασία, —αι, 114. A.
ἀνεξάρνητος 162. C.
ἀνήρ, homo, 30. n. 4. Fragm. VIII.
ἄνθρωπος (*ανος*) et *οὐρανός* (*ουνος*) commutata 149. n. 9.
ἀνθρωπότης 68. n. 5.
ἀνθρωποφαγία 100. D. 104. D. 134. B.
ἀντιγεννᾶν 26. C.
ἀντιδοξεῖν τινι 16. B.
ἀντισοφιστεύειν 62. A.
ἀντισοφίστευμα daemonum 58. B.
ἀξιοπίστως 9. n. 3.
ἀξιοῦν τινα προνομίαις 112. n. 2.
ἀόρατον, τό, τῆς δυνάμεως θεοῦ 20. D.
ἀπαγγέλλειν de actore 100. A.
ἀπαιδεύτως 11. n. 5.
ἀπαξαπλῶς 94. B.
ἀπαύγασμα 70. n. 16.
Ἀπίων 147. n. 7.
ἁπλότης — θέλημα ἁπλότητος 23. n. 3.
ἀποβαίνειν, evadere h. e. *fieri,* 34. n. 14.
ἀπογέννημα τῆς εἱμαρμένης 34. B.
ἀπογίνεσθαι (perire) et *γίνεσθαι* 26. D.
ἀποδεικνύναι, efficere, zu etwas machen, φαντάσματα 34. A. (n. 14).
ἀποδεῖν — τοσοῦτον ἀποδέουσι τῆς ἀσκήσεως, ὥστε — 84. D.
ἀποδύεσθαι πλάνην 115. n. 1.
ἀποθνήσκειν sensu spirituali 51. n. 9.
ἀποκαθιστᾶν 82. C. *πρὸς (εἰς) τὸ ἀρχαῖον* 30. B. 82. D.
ἀποκοπή 25. n. 4.
Ἀπόλλων, acc. *Ἀπόλλω* 86. B pro *—ωνα,* 96. D.
ἀποπέτεσθαι, aor. *—επτάμην, τινός, ab aliquo,* 82. C (n. 13).
ἀποποιεῖσθαι τὴν κατάληψιν 138. C.
ἀποσκορακίζειν = εἰς κόρακας ἀποπέμπειν, nihili facere, reprobare, 54. C. 56. B.
ἀπότμησις, exsectio, 36. C.

ἀῤῥητουργός = ἀῤῥητοποιός 14. D; cf. Proll. p. XXXIV.
ἀρχαῖος — vide ἀποκαθιστᾶν.
ἀρχή, initium et principium, 20. n. 1.
ἀστροθεσία 34. A. 40. C.
ἀστροθετεῖν 44. B.
ἀσύγκριτος 68. B.
ἀσωτεύεσθαι 8. D.
Ἄττις 37. n. 9.
Αὖαρις 147. n. 8.
αὖθις, opp. νῦν, postea s. alias, 8. C. εἰς αὖθις 42. D. 64. C.
αὐτάρκειαν ἀσκεῖν 84. D.
ἀρτάρκως 125. n. 31.
αὐτεξούσιον, τό, 30. C. 32. D. 34. A. 52. D. 70. C. τῶν λόγων 8. C.
αὐτός — αὐτῷ ubi ἑαυτῷ 32. D. 57. n. 16, αὐτόν ubi ἑαυτόν 31. n. 7 exspectabas. αὐτόν = σέ 82. n. 7.
ἀφίεσθαι φωνήν 8. n. 24.

B.

βάρβαρος et βαρβαρικός 2. n. 1; coll. 109. n. 17.
βασιλεῖς 17. n. 19.
Βηρωσός 141. n. 9.
βόλβιτον = Atticc. βόλιτον 12. C.

Γ.

γενεά 157. n. 13.
γένεσις, genitura, 35. n. 4.
γλωττομανία, linguae furor, 16. A; cf. Proll. p. XXXIV.
γόης 76. n. 3.
γραολογία, anilis garrilus, 14. A; cf. Proll. p. XXXIV.
γύναιον de puella 131. n. 14.

Δ.

δαίμονες de angelis (bonis) dictum, iuxta loquendi rationem Graecis usitatam 55. n. 12.
δέ, ubi antecedentibus aliquid adiungitur quo illa explicantur, 34. n. 14.
δείδειν — ἐδεδίεσαν 134. B; cf. Proll. p. XXXI.
δεσπότης de deo 28. B; τῶν ὅλων 22. A.
διά c. acc. = per 40. n. 19.
διαβλητέος 20. A.
tes et inventa multa incidit 136. B. Romae vidit statuas illuc exportatas 138. B. Mysteriorum apud Gentiles particeps factus 112. A (u. 1). Varias religiones exploravit 112. A. Falsas religiones fastidire coepit et verum quaerere 114. A. B. Tum incidit in libros Christianorum sacros iisque fidem habuit 114. B (n. 8). Intellexit, illis libris divinitus edoctus, homines religionis christianae beneficio in libertatem vendicari 114. C. Valedixit Graecorum sapientiae 6. B (n. 22). Abiecit eorum errorem 114. C (n. 1). Missos fecit philosophos 108. D. Valedixit Romanorum iactantiae et Atheniensium vaniloquentiae 138. C. Barbaram philosophiam amplexus est 138. C. 162. C. Fit praeco veritatis 76. A. Contemsit legum institutiones apud Gentiles 112. D. Statutum habet in dei colendi ratione citra inficiationem perstare 162. C. Paratum se exhibet ad examen dogmatum 162. C. Statuit suam de deo sententiam coram magistratibus non celare 110. B. C. Exagitatur a Gentilibus quod infinitam philosophorum multitudinem spernat 138. D. Quod nova barbarorum (Christianorum) dogmata sectetur 138. D. Non alienis opinionibus sua confirmat 138. C. Insidias ei molitus est Crescens 84. A. Promittit se scripturum *Adversus eos qui de rebus divinis asseveraverunt* 154. n. 9. Scripsit *De animalibus* 68. n. 6. Scripsit *De perfectione secundum salvatorem* 164. n. 1. — Tatianus haereticus Aeonas quosdam invisibiles commentus est Fragm. IV. Mundum opus demiurgi dixit Fragmm. VI. VII. Adami salutem negavit Fragmm. IV. V. Nuptias damnavit Fragmm. I—IV. Cibos quosdam reprobavit Fragmm. IX. X. Veterem et novum hominem separavit Fragm. VIII. Putativam Christi carnem introduxit Fragm. III. Epistolas ad Timotheum repudiavit Fragm. XI.

Taurus (in coelo) adoratus 46. D (n. 9).

Telesilla 130. B.

Telmisenses divinandi ex somniis artem invenerunt 4. n. 5.

Templum Hierosolymitanum 144. C. Eleusinium 152. D.

Tempus nequidquam dividitur 106. A (n. 6). Nos praetercurrimus, sed aevum stat quamdiu volet deus 106. B. Tempora ubi non cohaerent, vera esse nequit historia 124. A.

Terra superior praedicata ab Herodoro 112. C. Inde lapsus leo ab Hercule occisus 112. C. Geographi, dum situm orbis terrarum describunt, ea quae ultra sunt ignorantes maris aestus causantur 90. B (n. 8). Vid. *Coelum*.

Testes domestici non assumendi 118. A.

Thalarchis Argiva 130. C.

Thales antiquissimus septem sapientium 162. B. Floruit circa olympiadem quinquagesimam 162. B.

Thamyris 154. C. Non multo antiquior rebus iliacis 158. A.

Theagenes Rheginus 120. n. B.

Thebarum tyrannus Bacchus 38. A.

Theodotus historicus 144. C.

Thersites agminis ductor 128. D. Loquax ob imperitiam, calvo et acuto capite 128. D. Loquacissimus 112. C.

Thesauri divitis domini 116. D.

Thespiae 92. D.

Thyestes Argivorum rex 148. B.

Tibia inventa a Marsya et Olympo 5. n. 13.

Tlepolemus, Herculis filius, ad bellum troianum profectus 156. D.

Tragici cuiusdam fragmentum 41. n. 23.

Transformatio hominum 44. C.

Tributa pendunt lubenter Christiani 18. B.

Triopas Argivorum rex 148. A.

Triptolemi agricultura 42. A. 152. D.

Troia capta anno regni Agamemnonis decimo octavo 148. B.
Tros 140. A.
Tuba inventa a Tyrrhenis 5. n. 14.
Turnus statuarius 136. A.
Tuscani plasticen invenerunt 5. n. 12.
Tyndaris 48. A (n. 17).
Tyrrheni tubam invenerunt 5. n. 14.

U.

Ungues ferinos circumferunt philosophi 102. B.
Urbs magna = Roma 84. n. 5.
Ursa Callistûs 42. A.

V.

Vates aquam pota vaticinatur 87. n. 16. Item adhibito thure 87. n. 17.
Veneni si quid est in natura, id supervenit propter peccatum 88. D (n. 4).
Venus impudica 36. C. Cum ea Mars moechatus 134. D.
Victoria buculae imposita 132. A.
Virgines Christianorum exagitantur a Gentilibus 128. D. Inter cola pronuntiant scripturae sacrae oracula 130. C.
Vulcanus utrimque claudus 38. A. Minervae virilitatem eripuit 38. D. Opifex fibularum 38. A (n. 15). His ornamentis illam decepit 38. A. Eius ex Minerva filius 38. D.

Z.

Zeno per conflagrationem docet eosdem homines ad eadem resurgere 12. C (n. 7). Plures inducit in conflagratione improbos quam iustos 14. D (n. 9). Deum auctorem mali facit et in cloacis versari eum docet 14. n. 11. Eum corpus esse dicit 104. n. 11.
Zenodotus grammaticus 120. C (n. 19).
Zephyrus Hyacinthum occidit 40. B.
Zodiaci circuli descriptio opus deorum (daemonum) 42. C (n. 6). Vid. *Animalia*.

III. Index locorum.

1. Scriptorum sacrorum.

Genesis.

1, 3. Fragm. VI. n. 2.
— — VII. n. 2.
1, 31. c. 17. n. 17.
3, 1. c. 7. n. 10.

Iudicum.

16, 17. Fragm. VI. n. 6.

Psalmorum.

8, 5. c. 15. n. 20.

Iesaiae.

50, 9. Fragm. II. n. 2.

Amosi.

2, 12. Fragm. X. n. 1.

Sapientiae.

2, 23. c. 7. n. 2.

Matthaei.

6, 19. Fragm. II. n. 1.
6, 24. — I. n. 4.
13, 44. c. 30. n. 4.
22, 30. Fragm. II. n. 4.

Lucae.

6, 25. c. 32. n. 6.

Ioannis.

1, 1 ss. c. 5. n. 1.
1, 3. c. 19. n. 22.
1, 5. c. 13. n. 5.

Ioannis.

4, 24. c. 4. n. 7.

Actuum apostolorum.

17, 18. c. 6. n. 3.
17, 25. c. 4. n. 13

Ad Romanos.

1, 20. c. 4. n. 9.
7, 15. c. 11. n. 11.

I. ad Corinthios.

2, 14. c. 15. n. 15.
3, 16. c. 15. n. 10.
7, 5. Fragm. I. n. 1.
15, 22. — V. n. 2.

Ad Galatas.

6, 8. Fragm. III. n. 2.

Ad Ephesios.

6, 13. 14. 17. c. 16. n. 12.

Ad Colossenses.

1, 15. c. 5. n. 3.

Ad Titum.

Fragm. XI. n. 2.

Ad Hebraeos.

1, 3. c. 15. n. 16.

Apocalypsis.

(21, 4. 22, 5) c. 20. n. 9.

2. Scriptorum profanorum.

Orph. Fragm. — c. 8. n. 18.
Homer. Odyss. 8, 326. — c. 8. n. 5.
— Iliad. 1, 599. — c. 8. n. 5.
— — 2, 6. — c. 21. n. 4.
— — 2, 372. — c. 19. n. 15.
— — 18, 401. — c. 8. n. 15.

Solon. Eleg.	—	c. 35. n. 7.
Heraclit. Fragm.	—	c. 3. n. 1.
Aristophan. Ran. 92 s.	—	c. 1. n. 23.
Callim. Hymn. in Iov. 8 s.	—	c. 27. n. 6.
Ptolem. Mend. Fragm.	—	c. 38. n. 6. 7.
Apion. Fragm.	—	c. 38. n. 7.
Tragici inc. Fragm.	—	c. 8. n. 23.
Plutarch. v. Thes. c. 1.	—	c. 20. n. 8.
Iustin. Mart. Fragm.	—	c. 18. n. 10.

3. Loci quibus alii scriptores usi sunt.

Athenagoras de resurr. c. 8.	—	c. 6. n. 7.
Tertullianus Apol. c. 46.	—	c. 2. n. 3. 4. 5.
— c. Prax. c. 5.	—	c. 5. n. 2.
Clemens Strom. I. c. 14. §. 65.	—	c. 41. n. 27. 28.
— — I. c. 16. §. 74 — 76.	—	c. 1. n. 3 ss.
— — I. c. 16. §. 79.	—	c. 41. n. 23. 25.
— — I. c. 16. §. 80.	—	c. 41. n. 26.
— — I. c. 17. §. 87.	—	c. 40. n. 3.
— — I. c. 21. §. 101.	—	c. 38. n. 3.
— — I. c. 21. §. 102.	—	c. 38. n. 9.
— — I. c. 21. §. 102.	—	c. 39. n. 14.
— — I. c. 21. §. 103 s.	—	c. 39. n. 15.
— — I. c. 21. §. 114.	—	c. 37. n. 5.
— — I. c. 21. §. 117.	—	c. 31. n. 20 ss.
— — I. c. 21. §. 121.	—	c. 36. n. 11. 12.
— — I. c. 21. §. 129.	—	c. 41. n. 31.
— — I. c. 21. §. 131.	—	c. 41. n. 14. 17. 18.
Eusebius Praepar. evang. X. c. 11.	—	c. 31. n. 1. c. 36. n. 1.
— Histor. eccl. IV. c. 16.	—	c. 18. n. 10.
— —	—	c. 19. n. 4.
— Chron. c. a. m. 4090.	—	c. 31. n. 20.

Addenda et emendanda.

P. 18. n. 4 ad sententiam comp. c. 11: *Δοῦλος ἐὰν ᾖ, δουλείαν ὑπομένω.* — P. 23. n. 3. v. 8 verbo *προπηδᾶν* adde: cui mox respondet *χωρεῖν* atque infra *προέρχεσθαι* et *γεννᾶσθαι.* — P. 40. v. 1 p. *μυστηρια* l. *μυστήρια.* — P. 48. n. 13. v. 1 p. c. 10 l. supra. — P. 53. v. 10 sq. p. constructionem et universum opus l. machinam et quodvis [in ea] opus. — P. 57. n. 16. v. 10 p. (cf. c. 7. n. 7) l. (cf. c. 7. p. 146. D, *σὺν αὐτῷ*, coll. n. 7). — P. 77. v. 1 p. igni l. igni aeterno. — Ibid. v. 15 sq. p. quidquam efficiunt l. efficaces sunt. — P. 84. v. 11 p. *την* l. *τήν.* — P. 86. v. 13 dele comma post *μαίνεται.* — P. 93. v. 1 p. convicium l. convitium. — P. 98. v. 11 verba *διὰ σχημάτων* Maranus perperam interpretatus est „per gestus.“ — P. 115. v. 14 p. hanc l. haec. — P. 135. v. 8 p. pueros l. liberos. — P. 151. v. 10 p. Priopae l. Triopae. — P. 157. v. 1 p. Sybilla l. Sibylla.

BR
60
.091
1876

ATHENAGORAE PHILOSOPHI ATHENIENSIS OPERA.

AD OPTIMOS LIBROS MSS.
PARTIM NONDUM COLLATOS RECENSUIT
SCHOLIIS PARISINIS NUNC PRIMUM INTEGRIS ORNAVIT
PROLEGOMENIS ADNOTATIONE VERSIONE INSTRUXIT
INDICES ADIECIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO

IENENSIS

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR, IN CAES. REG. FACULTATE EVANGELICO-THEOLOGICA VINDOBONENSI PROFESSOR P. O., SOCIETATUM LATINAE IENENSIS, HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS, CHRISTIANAE STATISTICAE BEROLINENSIS, HAGANAE PRO VINDICANDA RELIGIONE CHRISTIANA SODALIS.

CUM DUOBUS SPECIMINIBUS CODICUM MANUSCRIPTORUM.

IENAE

PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.

MDCCCLVII.

BR
60
.091
1876

Patrologia
Hase
8-10-25
30862

PRAEFATIO.

Tertium nunc saeculum decurrit, ex quo Athenagorae *Supplicatio pro Christianis* primum typis descripta est, una cum eiusdem tractatu *De resurrectione mortuorum* aliquot annis ante in lucem prolato. Inde in hunc scriptorem, caeteros saeculi secundi apologetas quum mente philosophica omnigenaque eruditione tum expolito dicendi genere longe superantem, multi viri literati operam suam impenderunt. Sed editio adhuc desiderabatur quae textum qui dicitur ad fidem optimorum codicum manu scriptorum emendaret atque lucis plus sententiis afferret. Equidem studui efficere ut rectius legatur ille ac melius intelligatur.

Omnia emendandi Athenagorae subsidia in meum usum contuli. Qua in re liberaliter a viris clarissimis doctissimisque, quum bibliothecas ipsas adire non contingeret, pro singulari eorum tum erga literas tum erga me amore sum adiutus. Non possum quin Carolo Benedicto Hase, in parte Bibliothecae Imperatoriae Parisinae codices manu scriptos com-

plectente conservatori, Ioanni Georgio Krabinger, Bibliothecae Regiae Monacensis praefecto, Eduardo Cunitz, Theologiae doctori in Academia Argentoratensi, Davidi Davis, Baccalaureo Artium Eveshamiensi, nunc Nordovici ministro verbi divini, pro insignibus in meam Athenagorae editionem meritis gratissimum animum palam profitear. Gratias etiam ago maximas L. B. Wolfgango de Goethe, Camerario Magniducali Saxo-Vimariensi et Secretario Legationis Regiae Borussicae in urbe Roma, qui per viros eruditissimos Henricum Brunn et Carolum Lorentzen Phil. DD. multa de Romanis Athenagorae codicibus mecum communicanda curavit, et Henrico Eduardo Kaiser, Gymnasii Bregensis professori, qui Lubanensis codicis exemplum mihi misit.

Fabulam eroticam ego curare non debui. Etenim sub Athenagorae Philosophi Atheniensis nomine prodiit gallice, tamquam e graeco conversum, opus tributum in libros decem *de vero et perfecto amore*, sive de castis amoribus Theogenis et Charidis, Pherecydis et Melangeniae. Inscribitur sic: „Du vray et parfait Amour, éscrit en Grec par Athénagoras Philosophe Athénien; contenant les Amours honnêstes de Théogenes et de Charide, de Phérécides et de Mélangénie: traduit du Grec d'Athénagoras, par Martin Fumée Seigneur de Génillé. A Paris chez Michel Sonnius 1599." 12°; denuo „chez Dan. Guil-

lemont 1612.“ 12° *). Hoc certe opus sollerter inventum est, artificiose pertextum, praeclaris ethices praeceptis illuminatum, magna iucundissimarum imaginum sapienter dispositarum varietate condecoratum. Interpres Fumaeus, qui codicem graecum a Lamanaeo, protonotario cardinalis d'Armagnac, accepisse se testatur, non dubitat auctorem esse illum Athenagoram cuius Apologia pro Christianis et liber De resurrectione mortuorum exstet. At, quod quidem hodie inter omnes constat **), opus istud inferiori aetate, saltem post oppressum a Turcis graecum imperium, confectum est. Non tantum fraudem scite aperuit, sed etiam Fumaeum ipsum fuisse callidum operis spurii architectum M. V. La Croze in Epistola ad I. C. Wolfium (Thesauri epistolici Lacroziani Tom. III, Lips. 1746. 4°, p. 249 sqq.) copiose demonstravit. Cf. I. A. Fabricius Biblioth. gr., ed. Harles., Vol. VII. p. 98 sqq., J. Dunlop The History of Fiction, Edinb. 1816, Vol. I. p. 113 sqq. (Aus d. Engl. übertragen und vielfach vermehrt von F. Liebrecht, Berol. 1851, p. 36 sqq.), F. Schöll Geschichte d. griech. Literatur, Berol. 1830, Tom. II. p. 519.

*) Epitomen praebet „Bibliothèque universelle des Romans,“ à Paris, Aoust 1775, p. 5—52.

**) Solus Baumgarten-Crusius Lehrbuch der christl. Dogmengeschichte P. I. (Ien. 1832) p. 174, a Caveo deceptus, dubitanter loquitur: „Sein mystischer Roman (die wahre Liebe), in franz. Sprache allein gedruckt, ist zu wenig gekannt und die Quelle, aus welcher er herausgegeben worden, zu apocryph, als dass man über dieses, übrigens merkwürdige, Buch urtheilen könnte.“

Nonnulli viri eruditi de libris duodecim Athenagorae *Περὶ τῶν εἰς ἑαυτόν* somniarunt, nimirum auctoritate decepti Centuriatorum Magdeburgensium. Cf. A. P. Leyser Diss. de Athenagora Atheniensi philosopho christiano, Lips. 1736. 4°, p. 47 sq.

Novae Iustini et Tatiani editiones a me adornatae et in Germania et extra eam, etiam in America septentrionali, viris doctis probatae fuerunt, vel maxime iis qui aut similia opera moliti sunt aut sciunt quantum in iis desudandum sit. Ut hunc unum nominem, honorificentissimum de illis editionibus meis (h. e. Corp. Apologg. Vol. I—VI) tulit iudicium supra memoratus Car. Ben. Hase, vir doctrina nomineque illustrissimus et in hoc studiorum genere excellentissimus: „Journal des Savants“ (Par.) 1852. p. 619 sqq. 1853. p. 182 sqq. 363 sqq.

Iam depeculatus est quidam editor mercenarius meam Apologetarum editionem: valde opto ut istiusmodi facinoris ne successor exsistat.

Vindobonae m. Iunio a. MDCCCLVI.

Dr. Carolus Otto.

PROLEGOMENA
IN
OPERA ATHENAGORAE.

I. CONSILIUM HUIUS EDITIONIS.
II. RECENSUS LIBRORUM MANUSCRIPTORUM.
III. RECENSUS LIBRORUM IMPRESSORUM.
IV. RECENSUS TRANSLATIONUM.
V. DE ATHENAGOREA DICTIONE.
VI. ARGUMENTA OPERUM.
VII. DE INSCRIPTIONE ET AETATE SUPPLICATIONIS.

I. De huius editionis ratione.

Textus utriusque operis Athenagorae, et *Πρεσβείας περὶ Χριστιανῶν* et *Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν**), a me constitutus est secundum optimum venerandae antiquitatis codicem Parisinum n. 451, meae editionis gratia denuo perlustratum. Caeteros vero codices, inter quos Parisinus n. 174 et Argentoratensis, quo nullus adhuc editor usus est, aetate virtuteque excellunt, censui neutiquam negligendos esse. Plerumque enim unus eorum alterve, ad quos Lubanensis et Monacensis pertinent nunc primum in meum usum collati, testimonio suo auctoritatem auxit Parisini primo loco collocati: passim emendatiora praebuere. Aliquot locis, ubi nullam quae satisfaceret in codicibus mstis lectionem inveni, coniecturam sive ab aliis prolatam sive a me excogitatam, quam rationibus prudenter subductis iuxta codicum vestigia pro vera lectione habere liceret, haud dubitavi textui inserere. Interpunctionem vulgatam diligenter emendavi; permultas sustuli parentheseos notas, quibus editores Athenagorae verba inquinarunt. Capita orationis Maraniana servavi; praeterea margini paginas

*) Ita titulum optimorum codd. mstorum auxilio reposui pro vulg. *Περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.*

literasque usitatissimae editionis Morellianae apposui.

Adnotatio, qua Athenagoram adornavi, critica est et exegetica, quemadmodum in meis Iustini ac Tatiani editionibus. Criticae ea ratio est ut diversas codicum manu scriptorum, partim nunc primum collatorum, scripturas et virorum doctorum measque coniecturas contineat: unde cuivis facile sit historiam χρίσεως nostri scriptoris perspicere. In exegetica autem eam viam tenui ut accurata interpretatione utrumque librum instruerem, quum aliorum observationes (quotquot memoratu dignae erant)*) tum novas meas proponens. — Scholia praestantissimi codicis Parisini n. 451, haud indigna omnino quae publici iuris fiant, nunc primum prodeunt, una cum scholiis Parisini n. 174 integris.

Versio Supplicationis pro Christianis est Gesneriana, innumeris locis a Marano pariter atque a me emendata; in tractatu De resurrectione mortuorum Maranianam secutus sum. Propemodum effeci ut utriusque libri translatio fere nova videri posset.

Indices et verborum notatu dignorum et rerum memorabilium et locorum e sacris ac profanis scriptis citatorum diligentissime confeci, ut in meis Iustini et Tatiani editionibus.

Ubi meas ad Iustini Phil. et Mart. Opera notas (= n.) laudavi, altera usus sum editione.

---

*) Inter recentiores commentationem scripsit Theod. Adr. Clarisse: De Athenagorae vita et scriptis et eius doctrina de religionis christianae capitibus. Lugd. Bat. 1819. 4°.

II. De codicibus manuscriptis.

Inter septendecim codices *Πρεσβείας περὶ Χριστιανῶν* collatos antiquissimi, h. e. saeculi decimi ineuntis et undecimi, praestantissimique sunt Parisini 1 et 2: ad quos Argentoratensis saeculi decimi tertii accedit. Reliqui sunt inferiori aetate scripti: saeculo decimo quinto (Sirl. Vat. Ottob. 1. 2. Lub. Petr. Bodl. 1. 2) sextove (Mon. Par. 3. Clar. Aet. Bon.); alterutri saeculo Orat. adiudicandus videtur esse.

Liber *Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν* continetur tribus illis codicibus perantiquis (Par. 1. 2. Arg.), uno saeculi decimi quarti (Par. 3), uno decimi quinti (Ms. Vall.), tribus decimi sexti (Clar. 1. 2. Aet.), uno saeculi decimi quinti sextive (Big.)

Iam recenseamus singulos codices manu exaratos, ac primum quidem eos in quibus uterque Athenagorae liber inest.

I. *Codex Parisinus CDLI*, olim 1169 tum 2271, Parisiis in Bibliotheca Imperatoria asservatus, membranaceus in fol., foliorum 403, loco sexto (fol. 322,b — 348) Athenagorae Supplicationem pro Christianis et septimo (fol. 348,b — 369,b) eiusdem librum De resurrectione mortuorum praebet. Tituli: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν* (fol. 322,b), et: *Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀναστάσεως* [absque art. *τῶν*] *νεκρῶν* (fol. 348,b). Alter titulus primâ manu videtur praepositus esse, prior vero recentioris aetatis est, fortasse saeculi undecimi. Codex a Baane, notario Aretae archiepiscopi Caesariensis, anno Christi 914 exaratus est. Pluri-

bus hunc codicem, cuius eodem quo scriptus est elegantissimo charactere specimen Montefalconius (Palaeograph. graec., Par. 1708. Fol., p. 274) exhibuit, in Opp. Iustin. Tom. II (= Corp. Apoll. Vol. III) ed. 2. Proll. p. IX sqq. descripsi. Ut antiquitate sic praestantia eminet. In margine scholia praebet, plerumque primâ manu scripta nec contemnenda. Iam eo usus est Maranus, qui „Reg. 1" appellavit. Equidem lectiones, quae hunc editorem latuerunt, una cum scholiis, quae nunc primum prodeunt, acceptas refero humanitati Caroli Benedicti Hase, illustrissimi librorum mstorum illius bibliothecae conservatoris: is quippe egregium codicem, rogante me, denuo inspexit et quae ipse enotavit, vel ex parte per virum eruditissimum *Σύψωμον*, graeco genere natum, enotanda curavit, ad me transmisit ut ederentur. — Codex a me „Par. 1" vocatur.

II. *Codex Parisinus CLXXIV*, olim 1358 postea 2919, eiusdem Bibliothecae, membranaceus in 4to, foliis 190 constans, loco duodecimo Athenagorae Supplicationem pro Christianis habet, fol. 132 recto: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* Finitur fol. 153 verso. Tum legitur (usque ad fol. 371,b) eiusdem liber De resurrectione mortuorum: *Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* Is codex a librario graeco exaratus, cuius specimen in Opp. Tatian. editione (= Corp. Apoll. Vol. VI) suppeditavi, saeculo decimo adiudicandus est vel saltem undecimo. Adeas Iustin. Opp. l. c. p. XI sqq. In margine scholia offeruntur grammatico-dogmatica, quorum pleraque Dechairius repetiit qui-

dem sed magna ex parte vitiose propter scripturae compendia in codice obvia. Idem editor variantes huius codicis lectiones protulit: vocavit „Reg.“ et Maranus „Reg. 2.“ Mihi est „Par. 2.“ Humanissimus Car. Ben. Hase, quém supra laudavi, a me rogatus integra codicis scholia accuratissime descripsit et edenda mihi misit.

III. *Codex Argentoratensis*, Argentorati in Bibliotheca urbana servatus, olim peculium Ioannis Reuchlini, postea Abbatiae Maurimonasterii, bombycinus in folio minimo, saeculo decimo tertio confectus, quem primus adhibui ad nonnullos Iustini libros emendandos atque curatius descripsi Opp. Iustin. Tom. II (= Corp. Apoll. Vol. III) ed. 2. Proll. p. XIV sqq. *), addito ibi specimine, suppeditat primâ manu utrumque Athenagorae librum. N. 8: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* N. 9: *Τοῦ αὐτοῦ ἀθηναγόρου περὶ ἀναστάσεως.* Codicis, quem nullus ante me editor in usum criticum adhibuit, collationem accepi beneficio Eduardi Cunitz, doctissimi theologi Argentoratensis: qui quidem omnem enotavit diligentissime scripturae varietatem mihique ad emendandum textum concessit.

IV. *Codex Ottobonianus graecus XCIV*, Romae in Bibliotheca Vaticana inter codices mstos Ottobonianos reconditus ideoque inter eos a Montefalconio (Bibliotheca Bibliothecarum mstorum, Par. 1739. Fol., Tom. I.

*) Coll. librum meum de „Epistola ad Diognetum“ ed. 2 (Lips. 1852) p. 3 sq.

p. 190. C, = Ottob. R. VII. 35) commemoratus, olim „ex codicibus Ducis Ioannis Angeli ab Altaemps," chartaceus in fol., foliorum 296, saeculi decimi quinti, utrumque Athenagorae librum praebet, h. e. secundo loco Supplicationem fol. 164—181: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανῶν* [sic] *πρεσβεία περὶ χριστιανῶν*, et tertio loco De resurrectione fol. 182—195: *Ἀθηναγόρου περὶ ἀναστάσως* [sine art. *τῶν*] *νεκρῶν*. Nomen librarii deest. Praeterea eo codice continentur: 1°. Clementis Alexandrini Stromata fol. 1—162. (Folium 163 literis non impletum est.) 4°. Eiusdem *Παιδαγωγοῦ* editio typis exscripta in fol., constans foliis 92, sine loco et anno. Adiicitur *Ἀθήλου εἰς τὸν Παιδαγωγόν*, fol. 196—241. (Folium 242 album est.) 5°. Eiusdem Stromatum epitome, fol. 243—296, sic inscripta: *Ἀπὸ τοῦ πρώτου λόγου τῶν στρωματέων*. Illam notitiam debeo viro doctissimo Carolo Lorentzen, qui codicem in meam gratiam accuratius inspexit. Collationem Supplicationis D. Etiennot transmisit Marano: quocum vocavi „Ottob. 1."

V. *Codex Claromontanus LXXXIII*, chartaceus in 4to, foliis constans 109, saeculo decimo sexto exaratus, anno 1573 peculium Claudii Nauloti Vallensis, postea Collegii Parisiensis Societatis Iesu, dehinc Io. Meermani*), hodie (ut comperi diligentissime investigando) Oxonii in Bibliotheca Bodleiana inter codices Miscell. 212 conditus, offert: 1°. Iustini Epi-

*) Cf. quae in Opp. Iustin. Tom. I (= Corp. Apoll. Vol. I) ed. 2. Proll. p. XXI exposui.

stolam ad Zenam et Serenum. (Iust. Opp. Tom III. P. I, = Corp. Apoll. Vol. IV. ed. 2. Proll. p. XVI.) 2°. Athenagorae librum De resurrectione mortuorum, fol. 16 — 46. Titulus: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* 3°. Eiusdem Supplicationem pro Christianis, fol. 47 — 86: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* 4°. Excerpta ex Epiphanii, Cypri episcopi, De mensuris et ponderibus libro. 5°. Iosephi, patriarchae Constantinopolitani, Confessionem fidei. 6°. Epitomen libri Epiphanii De duodecim lapidibus rationali (*λογίῳ*) summi pontificis Iudaeorum insertis. 7°. Ex Ioannis Damasceni De fide orthodoxa libris quaedam de libero arbitrio. In fine exstat haec librarii subscriptio: *Οὐαληριανὸς ὁ Ἀλβίνου κανονικὸς τῆς πολιτείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ταύτην ἔγραψεν βίβλον·* 1532. Hic codex igitur ab illo Valeriano Foroliviensi, filio Albini Canonico Regulari, cui complura Tatiani apographa debemus*), confectus est. Cf. Catal. mstorum codicum Collegii Claromontani (Par. 1764) p. 26 sq. et H. O. Coxe Catal. codicum mstorum Bibliothecae Bodleianae P. I (Oxon. 1853. 4°) p. 770. — In adnotationibus Supplicationi appositis cum Marani siglo „Clar." designavi; in libro De resurrectione cum eodem „Clar. 1" vocavi.

VI. *Codex Aetonensis LXXXVIII*, in Bibliotheca Collegii Aetonensis sub arce Windesoria asservatus, in fol., praeter Iustini Epistolam ad

*) Cf. Tatian. Orat. ad Gr. (= Corp. Apoll. Vol. VI) Proll. p. XV sqq.

Zenam et Serenum et Tatiani Orationem ad Graecos suppeditat Athenagorae Supplicationem: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν*, et eiusdem librum De resurrectione: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν*. Scriptus est, sed admodum vitiose, ab illo quem modo memoravi Valeriano anno 1534. Persaepe consentit cum Bodleianis. Cf. Catalog. librorum mstorum Angliae et Hiberniae (Oxon. 1697. Fol.) Tom. II. P. I. p. 48. N. 1886. Tatian. Orat. (= Corp. Apoll. Vol. VI) Proll. p. XV sq. Variantes lectiones accuratissime Worthus, Tatiani editor, descripsit et Dechairio edendas misit. — A Marano „Anglicanus" vocatus est, sed a me ut a Dechairio „Aet".

VII. *Codex Bononiensis*, repositus Bononiae in Bibliotheca Coenobii Canonicorum Regularium S. Salvatoris, inter alia continet 1°. Athenagorae Supplicationem: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν*. 2°. Eiusdem De resurrectione: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν*. Scriptus est (in fol.) quarto saeculi decimi sexti decennio ab eodem illo Valeriano Foroliviensi. Cf. Ant. Possevinus Apparatus sacer. Tom. I (Colon. 1608. Fol.) p. 131. Opp. Iustin. Tom. II (= Corp. Apoll. Vol. III) ed. 2. Proll. p. XXVIII. Idem haud dubie est codex quem in editione Supplicationis principe (Tiguri 1557) Gesnerus typis exscribendum curavit, ita quidem, ut aperta eius vitia, quae sine ulla dubitatione licuit facile corrigere, ab ipso textu tacite removeret.

VIII. *Codex Angelicus B.* 1. 10, Romae in Bibliotheca Angelica (S. Agostino), quae est Vaticanae pars, asservatus (vid. Opp. Iustin. l. c. p. XXVII), chartaceus saeculi decimi sexti, ab eodem illo Valeriano exaratus, habet 1°. fol. 1—18 Athenagorae librum De resurrectione: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν λόγος.* In fine: *Ἀδελφὸς βαλεριανὸς φορολιβιεὺς ὁ ἀλβίνου ἔγραψε τὴν βίβλον.* 2°. fol. 20—41 eiusdem Supplicationem: *Ἀθηναγόρου* [sic, omisso *ἀθηναίου*] *φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* In fine similis Valeriani subscriptio legitur. 3°. fol. 43—50 Iustini Epistolam ad Zenam et Serenum. Finitur: *Ἀδελφὸς οὐαλεριανὸς ὁ ἀλβίνου ταύτην ἔγραψε βίβλον.* Haec doctissimus Henricus Brunn, Romae quum versaretur, mecum communicavit.

Supplicatio pro Christianis continetur his codicibus:

IX. *Codex Mutinensis*, custoditus Mutinae in Bibliotheca Ducali, membranaceus decimi saeculi et Parisino 451 consimillimus, praeter alia loco quinto Athenagorae Supplicationem praebet: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* Cf. Opp. Iustin. l. c. p. XXIX.

X. *Codex Sirletianus*, saeculi nisi egregie fallor decimi quinti, Athenagorae Supplicationem pro Christianis continens, ab Henrico Stephano collatus, cuius lectiones aliquot in editione Gesneriana a. 1557 (p. 191 sqq.) repraesentantur, titulum hunc habet: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία ἢ ἀπολογία περὶ χριστιανῶν.* Sed suspicatur Ste-

phanus ἡ ἀπολογία ex margine irrepsisse, in quo adnotata esset Iustini Phil. et Mart. ad Imperatores argumenti eiusdem oratio, eo titulo (Ἀπολογία ὑπὲρ Χριστιανῶν) ornata. Hic codex fuit teste Stephano peculium Cardinalis Guilielmi Sirleti († 1585): ut ostendit quoque vetus codicum Sirletianorum catalogus mstus, in Bibliotheca Escuriali servatus et ab E. Millero descriptus, in quo codex gr. n. 98 memoratur „en papier de coton: Apologie des Chrétiens, par Athénagoras" — quae quidem translatio francica egregie quadrat ad istum titulum ἀπολογία περὶ χριστιανῶν. Cf. Catalogue des Manuscrits grecs de la Bibliothèque de l'Escurial, par E. Miller. Par. 1848. 4°. p. 310. Postea Sirleti codices plerique fere omnes in manus Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps et dehinc Cardinalis Ottoboni (Alexandri VIII, † 1691) pervenerunt; denique a Benedicto XIV (1740—1758) Bibliothecae traditi sunt Vaticanae, cuius peculiarem sectionem efficiunt. Sed hodie, ut accurate inquirendo cognovi, inter Ottobonianos in Vaticana asservatos ille codex non reperitur: ubi conditus sit equidem nescio.

XI. *Codex Vaticanus graecus MCCLXI*, Romae in Bibliotheca Vaticana reconditus, olim „Antonii Cardinalis Carafae Bibliothecarii" († 1591), chartaceus formae quadratae, foliorum 20, saeculo decimo quinto exaratus, Athenagorae Supplicationem offert: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν. Sed mancus est; nam desinit fol. 20,a verbis ὧν οἶδα ἀνθρώπους δημιουργούς (c.

16). Nomen librarii non exhibetur. Ista Henricus Brunn, quum Romae degeret, benevole mecum communicavit. Ante me hoc codice usus est Maranus, qui lectiones eius varias a D. Petro Maloët accepit et, quotquot ullius momenti viderentur esse, publicavit.

XII. *Codex Ottobonianus graecus CCLXXIV*, de quo Henricus Brunn mihi exposuit, chartaceus in 8vo, saeculi decimi quinti, quarto loco fol. 32—67,a Athenagorae Supplicationem suppeditat, hoc titulo instructam: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* Librarii nomen non adnotatum est. Fuit olim penes Cardinalem Sirletum, de cuius codicibus mstis paullo antea dixi; scilicet in Catal. Sirlet. apud Millerum l. c. p. 314 comparet Sirlet. n. 160 „en papier de coton: Justin et Athénagoras.“ Quae quidem descriptio unice convenit illi codici, qui postea ad Cardinalem Ottobonum pervenit (apud Montefalconium in Bibliotheca Bibliothecarum l. c. = R. III. 60) et nunc ad Vaticanam Bibliothecam pertinet. Nam praeter Athenagorae librum quarto loco (fol. 32 sqq.) collocatum nonnulla continet Iustiniana (fol. 1 sqq.), quae quidem Supplicationi praecedunt, nempe haec: 1°. *Ἐκ τῆς β' ἀπολογίας Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος*, h. e. capita 65—67: *Ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι* usque ad *καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν* (fol. 1—3). 2°. *Ἰουστῖνος Ζηνᾷ καὶ Σερήνῳ* (fol. 4—14). 3°. Eiusdem *Ἔκθεσις τῆς ὀρθῆς πίστεως* (fol. 14—31). Iam sequitur Athenagorae *Πρεσβεία*: cui adiuncta est libri De resur-

rectione mortuorum editio Nanniana, graeca et latina, a. 1541. Is codex ut Ottob. 1 (vid. supra p. XV) a D. Etiennot collatus est in usum Marani: quocum siglo designavi „Ottob. 2".

XIII. *Codex Ottobonianus graecus CCLXXV*, chartaceus in 8vo, saeculi decimi quinti (apud Montefalconium l. c. = R. III. 59), olim „ex codicibus Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps," eamdem Athenagorae Supplicationem p. 1—60 complectitur hoc titulo signatam: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* Consimillimus est codici Ottob. 274 et, ut Carolus Lorentzen in epistola ad me data dicit, haud dubie ab eodem codicis illius scriba confectus. Quamobcausam eum Etiennot ille indignum censuit quem in gratiam Marani cum textu vulgato compararet. Insuper (praeter folium 61 album) continet fol. 62—85 *„ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων."*

XIV. *Codex Bodleianus graecus Barocc. XCVIII*, Oxonii in Bibliotheca Bodleiana asservatus*), chartaceus ex charta partim bombycina partim laevigata in 4to, constans 160 foliis, saeculo decimo quinto scriptus, quinto loco fol. 49—80 Athenagorae Supplicationem habet. Titulus: *Τοῦ μαΐστρου***) ἀθηναγόρου* [deest *ἀθηναίου*] *φιλοσόφου χρι-*

*) Hos codices e bibliotheca Iacobi Baroccii Venetiis emtos academiae Oxoniensi Guilielmus Herbert Comes Pembrochiae anno 1629 donavit.

**) I. q. *μαγίστρου, magistri.* Librarius igitur Athenagoram videtur inter praefectos scholae quae Alexandriae fuit catecheticae retulisse. Iam Philippus Sidetes: *Τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο.* Cf. H. E. F. Guerike De schola quae Alexandriae

στιανοῦ ... περὶ χριστιανῶν. Vocabulum πρεσβεία rubricator omisit adpingere. Insunt praeterea (vid. H. O. Coxe l. c. p. 169 sq.) in hoc codice: 1°. Nicetae Davidis Expositio in Gregorii Nazianzeni carmina tetrasticha. 2°. S. Ioannis Chrysostomi Homilia, quae est in Opp. ed. Montef. Tom. VI. p. 157. 3°. Eiusdem Homilia, ibidem Tom. IX. p. 832. 4°. Origenis Epistola ad Africanum: Ἡ μὲν σὴ ἐπιστολή. 6°. De numerorum notis apud Graecos. 7°. Basilii Imperatoris Paraenesis ad Leonem filium. 8°. Philostrati Lemnii Heroica. — Dechairius variantes codicis lectiones suppeditavit. Maranus indicavit per notam „Angl. 1"; mihi vero ut illi est „Bodl. 1".

XV. *Codex Bodleianus graecus Barocc. CXLV*, membranaceus in 4to, foliorum 279, saeculi decimi quinti (et sexti), inter triginta scripta offert (ut Bodl. 1) 1°. S. Ioannis Chrysostomi Homiliam, quae Opp. ed. Montef. Tom. VI. p. 157 exstat. 2°. Eiusdem Homiliam, l. c. Tom. IX. p. 832. 3°. Origenis Epistolam ad Africanum. 4°. fol. 21—41 Athenagorae Supplicationem, titulo non praemisso, adpingendo scilicet a rubricatore. 5°. De numerorum notis apud Graecos, alia. Cf. Coxe l. c. p. 247 sqq. Vocatus est a Marano „Angl. 2", sed a me Dechairio praeeunte „Bodl. 2".

Perpaucas (16) tantum lectiones ex utroque Bodleiano, admodum vitioso ac plerumque cum Aetonensi concordante, exscripsit Fellus.

---

floruit catechetica. P. I (Hal. Sax. 1824) p. 15 sqq. 21 sqq. et E. R. Redepenning *Origenes* P. I. (Bonn. 1841) p. 63 sq.

XVI. *Codex Oratorianus* Athenagorae Supplicationis pro Christianis, olim in Bibliotheca Congregationis Oratorii Parisiensis reconditus et a Marano in nonnullis collatus, tempestate violentae Francici regni conversionis superiori saeculo factae evanuit. Inter codices enim mstos 551, tum servatos posteaque in Supplemento graeco (Supplément grec) Bibliothecae Imperatoriae Parisiensis enumeratos, unus tantum, quod quidem Car. Ben. Hase ad me perscripsit, reperitur qui Athenagorae Supplicationem continet: codex Supplementi gr. n. 143. Is vero antea non Oratorianus fuit sed ad Bibliothecam Sorbonae n. 435 pertinuit. De quo plura dicam.

XVII. *Codex Parisinus Supplem. gr. CXLIII*, quem modo memoravi, olim Sorbonensis 435, est chartaceus in fol. min., a Graeco Constantino Palaeocappa, Caneae in Creta nato, pulchre exaratus et Cardinali Lotharingo († 1574) dicatus. Praemittuntur a Palaeocappa: 1°. (fol. 1,a — 1,b) dedicatio latine scripta: „Illustrissimo Principi Carolo Cardinali Lotharingo S.“ etc. 2°. (fol. 1,b — 2,b) carmen elegicum sic inscriptum: *„Εἰς τὸν ἐπιφανέστατον καὶ αἰδεσιμώτατον Κάρολον, πανιερώτατον καρδινάλιν Λοταριγγίας, δεσπότην ἡμέτερον, Κωνσταντίνου Παλαιόκαππα.“* 3°. (fol. 3 — 5) „Omnium authorum qui hoc volumine continentur index.“ 4°. (fol. 6 — 9) idem index graece: *„Πίναξ τῆς παρούσης βίβλου.“* Titulus libri Athenagorae splendide pictus fol. 10: *ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ χριστιανοῦ φιλοσόφου* [sic utroque verbo transposito] *πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* Subscriptio fol. 57,b: *Τέλος τοῦ περὶ πρεσβείας || χρι-*

Specimen Codicis Lubanensis (c. 17.)



στιανῶν ἀθηναγόρου || λόγον. Hunc codicem, a nemine hucusque collatum, Hasius censet nullius esse momenti critici. Idem vir doctus lectiones aliquot variantes mecum communicavit, quas in notis sub signo „Par. 3" repraesentavi.

XVIII. *Codex Lubanensis*, Lubani Lusatorum in Bibliotheca quae urbis dicitur repositus, chartaceus in 8vo, foliorum 103, quorum quatuor priora et quinque postrema vacua sunt, tantum Athenagorae Supplicationem continet. Titulus: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου [deest χριστιανοῦ] πρεσβεία ὑπὲρ [sic] χριστιανῶν. Prima litera *A* picta et aurata. In interiore integumenti parte haec verba leguntur: „Ad bibliothecam Laubanensem scriptum hoc pervetus pervenit e libris Heinrici Ioachimi Heine." Possessor, ut Gottl. Frid. Gudius olim apud Lubanenses verbi divini minister narravit*), dubio procul ex academia attulit Aurelianensi, in qua literis operam dedit. Codex saeculo decimo quinto exaratus est. Literarum ductus admodum perspicui sunt, immo neque ab ornatu alieni; scriptionis compendia passim adhibita. Plurimum consentit cum codice Petrino. Scriba saepe peccavit omittendo, quum oculus in vocabulo quodam paullo post iterum posito aberravit a priore ad posterius. Itacismo eumdem addictum fuisse inde patet quod ι, ει, η, οι, υ permiscentur, semel etiam ε et αι. Simpliciter scribit κόρη, ὀρός, κνίση etc. pro κύρρη, ὄρρός, κνίσση. Hunc codicem,

*) Bibliothecae disputationum et observationum de selectis historiae ecclesiasticae capitibus (Lips. et Laubae 1743. 4o) p. 207.

qui adhuc nulli Athenagorae editori notus fuit, Henricus Eduardus Kaiser, gymnasii Bregensis professor, quum Lubani degeret, penitius inspexit diversasque ab editione Rechenbergiana lectiones tanta religione enotavit, ut ne levissimos quidem librariorum errores omiserit. Quam collationem Vir Doctissimus in programmate, quod Schmiederus illius gymnasii director a. 1833 edidit*), p. 5 — 14 publici fecit iuris; ad me autem codicis, eodem quo scriptus est charactere, specimen benevole transmisit.

XIX. *Codex Monacensis LXXXI*, Monaci in Bibliotheca Regia asservatus, chartaceus saeculi decimi sexti, formae maximae, foliorum 520, inter quatuor scripta etiam Athenagorae Supplicationem pro Christianis continet. Insunt enim in eo: 1°. fol. 1 — 442,b *Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ὑπόμνημα εἰς τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ Ἀριστοτέλους.* 2°. fol. 443—457,b *Θεοφράστου περὶ αἰσθήσεως.* Fol. 458,a adnotata sunt haec: *ἀπηκριβώθη ἐς τὸ ἀρχέτυπον ἀνηκέστως ὂν διεφθαρμένον διὰ Μιχαήλου Σοφιανοῦ οὔτε προσθέντος τι ἀφ' ἑαυτοῦ οὔτ' ἀφελόντος. ,αφνβ. ἀπριλ. ᾱδ.* [h. e. a. 1552. 24. Apr.] 3°. fol. 459,a — 479,a *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* Fol. 479,a Sophianus ille subscripsit haec: *μιχαῆλος σοφιανὸς ἐπηνώρθωσεν, ὡς ἐνῆν μάλιστα ἐς τὸ πρωτότυπον κιβδήλως ἔχον ἀπακριβώσας, οὐδέν τε ἀφ' ἑαυτοῦ προσθεὶς οὔτ' ἀφελών.* Accedunt 4°. fol. 480,b — 520: *Εὐναπίου βίοι*

*) „Zur öffentlichen Prüfung der Zöglinge des Kön. Gymnasii am 26. u. 27. Sept. 1833 ladet ein Dr. Schmieder. Inhalt: 1. De codice ms. Athenagorae Lubanensi disseruit eiusque variantes lectiones enotavit H. E. Kaiser. 2. Schulnachrichten. Brieg, b. C. G. Wohlfahrt." 4°.

φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν. Cf. Ign. Hardt Catalog. codicum mstorum Bibliothecae Regiae Bavaricae (Monach. 1806. 4°) Tom. I. p. 463 sqq. Huius codicis variantes lectiones, quas adhuc nullus Athenagorae editor collegit, debeo Ioanni Georgio Krabinger, illustrissimo illius bibliothecae praefecto, qui *Πρεσβείαν* cum illo tam accurate in meum usum contulit, ut vel minutissima librarii peccata enotaverit.

XX. *Codex Petrinus* a me appellantur lectiones a Suffrido Petro calci latinae translationis „Athenagorae Atheniensis Philosophi Apologiae" etc. (Colon. 1567) adiectae. Desumtae sunt ex msto quodam recentioris aetatis codice, qui Lubanensi valde similis est et (cf. l. c. p. 373) titulum hoc modo habet: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου* [deest *χριστιανοῦ*] *πρεσβεία ὑπὲρ* [sic] *χριστιανῶν.*

Liber De resurrectione mortuorum comparet in his codicibus:

XXI. *Codex Parisinus CDL*, olim sub numeris 1428 et 2270, Parisiis in Bibliotheca Imperatoria servatus, chartaceus in fol. min., anno Christi 1364 scriptus, loco duodecimo fol. 433,b—461 praebet Athenagorae librum De resurrectione. Cf. Opp. Iustin. Tom. I. P. I (= Corp. Apoll. Vol. I) ed. 2. Proll. p. XIX sq. Ibidem specimen codicis proposui. Deest titulus, ut observavit Car. Ben. Hase mihique indicavit; rubricator enim omisit literis rubris exprimere. In superiori margine a manu primâ scriptum est: *περὶ ἀναστάσεως· οὗτος δὲ ὁ λόγος ἄριστος:* ☞

et e regione manu recentissima: *ἀθηναγόρου*. Nonnullas huius codicis lectiones Henricus Stephanus in editione Gesneriana a. 1557 (p. 200 sqq.) repraesentavit. — Maranus siglo „Reg. 3“ designavit, mihi est „Par. 3“.

XXII. *Codex Claromontanus LXXXII*, peculium Nauloti Vallensis anno 1573, dein in Bibliothecam Collegii Parisiensis Societatis Iesu translatus, nunc in Anglia penes Illustrissimum Thomam Phillipps, chartaceus in folio (foliorum 377) et ineunte saeculo decimo sexto scriptus, Parisino 450 simillimus, loco duodecimo p. 679—717 Athenagorae librum De resurrectione exhibet: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν*. Cf. Opp. Iustin. l. c. p. XXI sq. Hunc codicem, quem cum Marano notâ „Clar. 2“ insignivi, denuo contulit Rev. Davides Davis Bacc. Artt. Eveshamiensis atque omnes lectiones, quae Benedictinum illum latuerunt, mihi misit accuratissime enotatas.

XXIII. *Codex Bigotianus* lectiones vocantur ab Emerico Bigot*) e codice msto Athenagorae libri De resurrectione mortuorum collectae et a Marano descriptae. Olim in Bibliotheca Sangermanensi asservatae sunt. Ubi hodie versentur nescio; certe Parisiis in Bibliotheca Imperatoria, tot naufragorum librorum fausto portu, ubi codices Sangermanenses habentur (Opp. Iustin. Tom. III. P. I, = Corp. Apoll. Vol. IV, ed. 2. Proll. p. XI), inter complures schedas a Bigotio relictas (codd. 3114. 3116. 3117) teste

*) Obiit („doyen de la cour de Normandie“) Rotomagi a. 1689.

Specimen Codicis Claromontani 82.

Ad Athenag. (Corp. Apol. Vol. VII.) Prolog. p. XXVIII.

C. B. Hasio, qui hac de re ad me retulit, non inveniuntur.

XXIV. *Codex Florentinus III.* plut. IV. in Bibliotheca Laurentiana Medicea, membranaceus in 4to min., saeculi decimi quinti, h. e. a. 1491, foliorum 303, praeter Stephani Byzantii tractatum de urbibus et populis, p. 1—22 Athenagorae librum De resurrectione praebet: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* In fine legitur haec amanuensis subscriptio: *μετεγράφησαν καὶ ταῦτα τοῦ περὶ ἀναστάσεως λόγου χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ πρώτῳ, μηνὸς Ἰουνίου ἕκτῃ, διὰ χειρὸς κάμοῦ Ἰωάννου ἱερέως Ῥώσου τοῦ Κρητὸς Οὐεναιτίαις.* Cf. Ang. Mar. Bandinius Catal. codd. mstorum Bibliothecae Med. Laurent. varia continens opera. Vol. I (Florent. 1764. Fol.) p. 519.

XXV. *Codex Florentinus XXXII.* plut. X. in eadem Bibliotheca, papyraceus in 4to min., saeculi decimi quinti, foliorum 172, novem scripta continens, loco octavo p. 124—145,a habet Athenagorae librum De resurrectione: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* Cf. Bandinius l. c. p. 496. Hic codex Florentino illi consimillimus est: uterque enim eodem saeculo exaratus est, eamdem formam habet, totidem paginas (22) complectitur. Vide quae iam de Manuscripto Vallae exponam.

XXVI. *Manuscriptus Vallae* a me latina libri De resurrectione translatio vocatur, quam Georgius Valla Placentinus Venetiis a. 1498 edidit. Is ad eam conficiendam, quippe quae prius quam

editio Nannii princeps (a. 1541) prodierit, usto quodam codice usus est, illo ipso (nisi egregrie fallor) unde Ioannes Rhosus sacerdos Cretensis a 1491 librum De resurrectione Venetiis transscripsit. Cf. quae de codicibus Florentinis supra observavi. Constat autem tales versiones critico respiciendas esse: quapropter equidem diligenter contuli.

III. De codicibus editis.

Prodiit e prelo primum Athenagorae liber De resurrectione mortuorum anno 1541, tum Supplicatio pro Christianis anno 1557. Principes hae editiones sic inscribuntur:

„*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ Περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* Athenagorae Atheniensis, philosophi christiani, De resurrectione mortuorum, Petro Nannio Alecmariano interprete, Lovanii in Collegio Trilingui latinarum literarum professore. Lovanii, apud Bartholomaeum Gravium, sub sole aureo. MDXLI." 4°. Nonnullorum exemplorum titulus habet: „Parisiis, apud Christianum Wechelum, sub scuto Basiliensi in via Iacobaea: et sub Pegaso in vico Bellovacensi. Anno MDXLI." Graeco textui, quem editio illa praebet, Petrus Nannius latinam adnexuit translationem eamque titulo novo et novis paginarum notis instructam: „Athenagorae Atheniensis, philosophi christiani, De mortuorum resurrectione, Petro Nannio Alecmariano interprete, Lovanii in Collegio Trilingui latinarum literarum professore. Lovanii, apud Bartholomaeum Gravium,

sub sole aureo. MDXLI.“ In aliis exemplis: „Parisiis, apud Christianum Wechelum, sub scuto Basiliensi in vico Iacobeo: et sub Pegaso in vico Bellovacensi. Anno MDXLI*).“ In epistola nuncupatoria ad Reverendissimum D. Antoninum a Granvella Episcopum Atrebatensem („Lovanii 13. Calendas Maias anno 1541“), latinae translationi praemissa (p. 3 sq.), Nannius dicit: „Nobis non nisi unicum exemplar fuit, a doctissimo quidem viro descriptum, sed tamen non paucis vitiis infectum, nec mirum, non enim meliora mihi poterat tradere quam in archetypo invenerat, quod unum superesse aiunt in universa Europa.“ Nihil refert amplius de codice suo msto, quem typis describendum curavit**). Neque adnotationes dedit. Translatio persaepe est vitiosa.

„*ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ φιλοσόφου χριστιανοῦ Ἀπολογία περὶ Χριστιανῶν. Τοῦ αὐτοῦ Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν.* ATHENAGORAE ATHEniensis philosophi christiani Apologia pro Christianis, ad Imperatores Antoninum et Commodum. Eiusdem De resurrectione mortuorum. Ex antiquis exemplaribus libellus ille nunc primum profertur, hic autem castigatior quam antea editur. Uterque graece et latine. Ex officina Henrici Stephani. An. MDLVII.“ 8vo min.***) Haec editio CONRADO GESNERO *πολυ-*

*) In maximo errore versatur Th. Adr. Clarisse, qui l. c. p. 40, Dupinio fretus, librum De resurrectione „primum“ editum esse affirmat „anno 1498 graece et latine Venetiis.“ Scilicet isto anno latine tantum prodiit, Georgio Valla interprete.

**) Errat Cas. Oudinus (Comment. de scriptoribus eccles. antiquis T. I, Lips. 1722. Fol., p. 204) dicens illum mstum codicem fuisse Regiae Bibliothecae Parisiensis.

***) Clarisse l. c., a Io. Alb. Fabricio (Biblioth. gr. ed. Har-

μαθεστάτῳ debetur. Etiam nunc in Bibliotheca Reipublicae Turicensis, ut Otto Fridolinus Fritzsche, in Turicensi academia theologiae professor et Bibliothecae illius praefectus, mecum communicavit, exemplar asservatur, cuius in titulo Gesnerus manu suâ haec scripsit: „*Cl. V. D. Heinricho Bullingero, dnō et patrono perpetua observantia sibi colendissimo, Con. Gesnerus donabat et dedicabat.*“ — Hoc libro continentur Apologia graece (p. 3 — 44), De resurrectione graece iuxta Nannii editionem (p. 45 — 77), Epistola Gesneri dedicatoria ad Henricum Bullingerum „Ecclesiae Tigurinae pastorem fidelissimum“ Tiguri Nonis Februarii 1557 data (p. 79—80), Apologia latine Gesnero interprete (p. 81 — 129), Praefatio Gesneri („Conr. Gesnerus Lectori“, p. 130) ad Adnotationes in Apologiam ab ipso oblatas (p. 131 — 154), Petri Nannii Epistola nuncupatoria ad Antoninum a Granvella (p. 155—156), De resurrectione latine Nannio interprete (p. 157—189), Henrici Stephani typographi Epistola ad P. Nannium ex typographeio suo 10 Cal. Iun. 1557 data (p. 190), qua suas illi Adnotationes in utrumque Athenagorae librum (p. 191—208) dedicat. Silentio Gesnerus*), ut mos tum erat, praeterit ex cuius bibliothecae cimeliis codicem mstum protraxerit, quem Parisiis in

---

les. Vol. VII. p. 97) in errorem inductus: „Apologia“, inquit, „seorsim“ [!] est edita graece et latine cum versione et notis C. Gesneri, Tiguri 1557. 8°.“ — Alios virorum doctorum errores in enumerandis Athenagorae editionibus commissos silentio praetereo.

*) Is primus edidit Tatianum quoque una cum Theophilo Antiocheno: vid. meam Tatiani Orat. ad Gr. editionem (= Corp. Apoll. Vol. VI) Proll. p. XXI sq.

typographeio Stephaniano curavit typis exscribendum; apud lectorem (p. 130) se excusat quod propter alias occupationes ipsi non licuerit in sua translatione Apologiae et adnotationibus eam operam quam par erat posuisse. Codex autem ille, quem descripsit, haud dubie fuit Bononiensis; dicit enim Gesnerus ipse in *Bibliotheca universali* (Tigur. 1545. Fol.) p. 99: „Athenagorae philosophi christiani Legationem pro Christianis ad M. Aurelium Antoninum et Commodum, Romanos Imperatores, vidi mstam graece Bononiae in Bibliotheca S. Salvatoris*). Stephanus, doctissimus ille typographus, dicit (p. 190 coll. 208) se, dum illi Athenagorae libri excuderentur, artificum suorum quotidiana opera examinantem suas obiter adnotationes ad illos scripsisse, passim duobus codicibus mstis adiutum: quorum tamen vix decem lectiones enotavit. Ipse ait (p. 190): „Orationis De resurrectione antigraphum in Regis Gallorum Bibliotheca offendi quae est in pago Calliroë [rectius scripsisset Callirrhoë, quo nomine a poetis latinis saeculi XVI designatur Fontainebleau, Fons Bellaqueus, h. e. la Fontaine de belle eau] Parisiis vicino [= Par. 450], alterius autem [h. e. Supplicationis] exemplar Romae Guilielmus Sirletus vir doctissimus mihi ostendit et eius copiam perliberaliter fecit**)." Fatetur (p. 208) nihil se in textu graeco ex suo sensu immutasse; excipiendi aliquot libri De

*) Coll. etiam Conr. Gesneri Elenchus scriptorum omnium, in compend. redact. (Basil. 1551. 4°) p. 106.

**) Coll. Bibliotheca instituta et collecta primum a Conr. Gesnero, deinde in epitomen redacta (Tigur. 1583. Fol.) p. 87.

resurrectione loci quibus Nannianam lectionem eiecit. — Gesnero autem non eruditio et diligentia in Athenagora edendo sed interdum exemplaris graeci fides defuit. Quod quidem ipsius ac Stephani in hunc Apologetam adiectae castigationes testantur. In universo contextus filo praestitit quod alibi praestare solet; sed quia codex eius passim depravatus fuit, alias fortiter divinat, alias de suo supplet. Translatio in multis locis obscura est vel a scriptoris sensu aliena.

Iam eas recenseamus editiones quae ex principibus illis prodierunt.

Singularis Athenagorae liber De resurrectione mortuorum ex editione Petri Nannii graece cum latina eius versione, textui graeco ad latus adiecta, repetitus est in „*Μικροπρεσβυτικῷ* veterum quorundam theologorum," Basil. ap. Henr. Petri 1550. Fol. p. 471—494, et in „Orthodoxographis theologiae sacrosanctae" etc. (a Io. Heroldo publicatis), ibid. per Henr. Petri 1555. Fol. p. 351—376. Accedit graece tantum: „*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου Φιλοσόφου Χριστιανοῦ Περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* Athenagorae Atheniensis Philosophi Christiani De resurrectione mortuorum. Lugduni Batavorum, ex officina Plantiniana, apud Franc. Raphelengium. MDLXXXVIII." 8°.

Uterque Athenagorae liber, et Supplicatio et De resurrectione, ex editione a Conrado Gesnero parata iteratus est in hoc operum nonnullorum collectione: „*Θεολόγων διαφόρων συγγράμματα παλαιὰ καὶ ὀρθόδοξα.* Theologorum aliquot graecorum veterum orthodoxo-

rum libri graeci et iidem latinitate donati", Fol.*) ubi tertio loco habetur: „*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ Ἀπολογία περὶ Χριστιανῶν. Τοῦ αὐτοῦ Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν.* Athenagorae Atheniensis philosophi christiani Apologia pro Christianis, ad Imperatores Antoninum et Commodum. Eiusdem De resurrectione mortuorum. Ex antiquis exemplaribus libellus ille nunc primum profertur, hic autem castigatior quam antea editur. Uterque graece et latine. Per Andream Gesnerum F. MDLIX." In aliis exemplis: „MDLX." Suppeditatur primum illa C. Gesneri epistola dedicatoria ad H. Bullingerum, tum (p. 4—35) Apologia graece cum C. Gesneri translatione, deinde folium hunc titulum continens (p. 87): „*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ Περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* Athenagorae Atheniensis philosophi christiani De mortuorum resurrectione. Petro Nannio interprete. Per Andream Gesnerum F. MDLIX." In aliis exemplis: „MDLX." In parte aversa legitur illa P. Nannii epistola nuncupatoria ad A. a Granvella. Sequitur (p. 39—62) liber De resurrectione graece et latine. P. 63: Conr. Gesnerus Lectori. P. 64—77: Conr. Gesneri Adnotationes in Apologiam, „quibus etiam Henr. Stephani typographi Adnotationes, seorsim prius [h. e. in editione a. 1557. p. 191—200] editae, inseruntur." P. 78 illa H. Stephani epistola ad P. Nannium, cui p. 79—82 adiunguntur [ex eadem editione a. 1557. p. 200—208] eiusdem

*) Locus et annus non additi sunt; typographus autem (Andreas Gesnerus F.) praefationem ad lectorem sic finit: „Vale 1559".

„Stephani typographi Adnotationes in librum De Resurrectione mortuorum.“

Inde seorsim prodiit: „*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ Ἀπολογία περὶ χριστιανῶν.* Athenagorae Atheniensis philosophi christiani Apologia pro Christianis. Graece et latine Conrado Gesnero interprete. Parisiis, apud I. Benenatum. MDLXXVII.“ 8°.

Illam Gesneri editionem utriusque libri Athenagorae denuo exprimendam curavit Federicus Morellus, in calce Operum Iustini Phil. et Mart., una cum Tatiani, Theophili, Hermiae scriptis, Parisiis anno 1615 et dehinc 1636. Fol. *), Append. p. 1 — 68. Textui graeco latinas versiones Gesneri (Apologiae) ac Nannii (libri De resurrectione) apposuit et illius Stephanique adnotationes (p. 181 — 197) adiunxit. — Morellianum exemplar ex asse repetiit editio quae Coloniae seu potius Vitebergae anno 1686 lucem vidit, aucta Christiani Kortholti commentario, Kilonii antea a. 1675 Fol. publici iuris facto. Vide quae de his editionibus in Opp. Iustin. Tom I. P. I (= Corp. Apoll. Vol. I) ed. 2. Proll. p. XXV sq. dixi.

Porro ex editione Gesneriana (iuxta Morellianum exemplar a. 1615) Fronto Ducaeus (Le Duc) Athenagorae libros cum versione latina Gesneri et Nannii inseruit (quartae) Parisiensis Patrum Bibliothecae (a. 1624) auctario graeco-latino, h. e. „Bibliothecae veterum Patrum seu scriptorum eccle-

*) Alterius Morellianae editionis, ut par est, in notis meis rationem habui.

siasticorum" Tomo primo, Parisiis (per Sonnios fratres et Hieronymum Drovardum) MDCXXIV. Fol. p. 50—104. In paucis tantum locis tacite aliam lectionem admisit. Ad calcem Tomi non solum Gesneri et Stephani (p. 25—37) sed suas quoque (p. 38—39) notas coniecit: quibus aut vitiosos aliquot Supplicationis locos [fere quattuor] ex „duobus mss. Francisci I" [= Par. 451 et 174] atque ex „ms. illustrissimi Cardinalis Ioeüsaei" correxit aut nonnulla illustravit. — „Obscuriora quaedam textus graeci loca" examinavit Nic. le Nourry in Appar. ad Bibliothecam Max. vett. Patrum P. I (Par. 1703. Fol.) p. 494—496.

Textum per Gesneri editionem vulgatum reddiderunt perpaucis locis mutatum Ioannes Fell, Adamus Rechenberg, Eduardus Dechair, quorum iam exemplaria afferam.

„*Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου Ζωζόμενα* [sic pro *Σωζόμενα*]. S. Patris Athenagorae Philosophi Atheniensis Opera, ad Mss. fidem [!] recognita. Oxonii, e theatro Sheldoniano. An. Dom. 1682." 12°. Ioannes Fell, Oxoniensis episcopus, hanc editionem „typis et forma exiguis" adornavit, ne egregia Athenagorae opera deinceps sub umbra grandiusculi voluminis delitescerent, sed in sinu et manibus eruditorum perpetuo versarentur. Repetiit, sed vitiose, textum vulgatum, e regione posuit versiones supra memoratas et perpaucas notulas adspersit, quibus aliquot (16) lectiones ex codicibus Bodleianis et nonnullae coniecturae Gesneri Stephanique continentur. Suo Marte nihil praestitit.

„*Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου Σωζόμενα.* S. Patris Athenagorae Philos. Atheniens. Opera, cum notis variis curante L. A. RECHENBERGIO, P. P. Lipsiae, A. MDCLXXXV. Apud Io. Frid. Gleditschium, Stanno Christoph. Fleischeri.“ 8°. Etiam sub titulis: „*Ἀθηναγόρου Ἀπολογία περὶ Χριστιανῶν.* Athenagorae Apologia pro Christianis. Cum interpretatione latina Suffr. Petri et notis variis, opera et studio L. A. Rechenbergi, P. P. Lipsiae, apud Io. Fr. Gleditschium, A. MDCLXXXIV“. Et: „*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* Athenagorae Atheniens. Philos. christiani De resurrectione mortuorum. Cum [interpretatione latina Petri Nannii et] annotationibus, opera et studio L. A. Rechenbergi, P. P. Lipsiae A. MDCLXXXV. Apud Io. Fr. Gleditschium.“ Gesneri, Stephani, Suffridi Petri, de quo infra dicendum est ubi de codicibus in alias linguas versis agitur, Kortholti suasque notas textui substravit; et „quum, impressis iam tribus Apologiae quaternionibus, ab Amico-Collega exemplar novae editionis Oxoniensis mihi communicaretur, notas illi adspersas, licet paucas, sequentibus paginis adscribere non pigratus sum“. Nihil ipse contulit ad Athenagoram rectius legendum meliusque intelligendum.

„*Τοῦ ἁγίου Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου Πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν. Τοῦ αὐτοῦ Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν. Ἐκ θεάτρου ἐν Ὀξονίᾳ, ἔτει θεογονίας ,αψε'.*“ Alter titulus: „Sancti Athenagorae Atheniensis Philosophi Legatio pro Christianis, ad Imperatores M. Aurelium Antoninum et L. Aurelium Commodum. Eiusdem De re-

surrectione mortuorum. Accedunt Latina versio, emendationes, variantes lectiones, annotationes atque indices necessarii. Cura et studio EDUARDI DECHAIR, A. M. Oxoniae, e theatro Sheldoniano. Anno dom. 1706." 8°. In praefatione ad lectorem dicit: „Textum auctoris nostri anno 1557 editum, qui omnium accuratissimus nobis videbatur, cum duobus Legationis MSS. quos celeberrima Bodleii Bibliotheca apud Oxonienses continet, diligenter contulimus, variantium lectionum quotquot ullius momenti nobis esse visae sunt infra textum immediate collocavimus, quo in loco etiam et aliorum MSS. lectiones posuimus: nimirum MS. totius auctoris nostri qui Parisiis est in Bibliotheca Regis Galliarum [= Par. 174], diversi ab illo quem Stephano legendi copia erat, nonnullas; quam plurimas autem MS. utriusque orationis Athenagorae qui Etonae est." Scripturam vulgatam in locis quibusdam emendavit, perraro quidem in ipso textûs corpore, at frequentius in notis textui subiectis. Versiones quod attinet, quae Gesneri est Supplicationi, libro De resurrectione illam Nannii apposuit: quas tamen multis locis correxit. Textum insuper, „ut ita diversae quas tractat auctor noster materiae magis paterent", in sectiones divisit; Supplicationis sunt 31, De resurrectione 18. Virorum doctorum in Athenagoram notas exhibuit suasque addidit. „Inter illas autem sunt quaedam graece a recenti quodam Scholiasta conscriptae, quae ex MS. illo Regio Parisiensi sunt desumtae, quasque, uti et variantes illius et Etonensis etiam MS. omnes lectiones, quorum posteriorem

summa diligentia ipse perlegerat, D. Worth Archidiaconus Wigorniensis et Tatiani eruditus admodum editor nobiscum amicissime communicavit." Ad calcem editionis locavit Suffridi Petri (p. 1—67) et Ioannis Langi (p. 68—89) adnotationes in Supplicationem, Kortholti (p. 90—95) et Rechenbergii (p. 96—101) in utrumque librum, excerpta ex Baronii Annalibus ad a. Chr. 179 (p. 102—103), ex Halloixii De Illustrium ecclesiae orientalis scriptorum Vol. II. c. 26 (p. 104—108), ex Henr. Dodwelli Dissertationum Cyprianicarum XI. §. 37 sq. (p. 109—112), praefationem Felli (p. 113), ex G. Bulli Defens. fidei nicaenae c. 4 sq. excerpta quaedam (p. 114—127). — Hic memorandae sunt (I. A. Fabricii) „Emendationes et Observationes in quaedam loca Athenagorae minus huc usque intellecta", quae leguntur in (fratrum Massuetorum) „Histoire critique de la republique des lettres" T. IX, Amst. 1715, p. 129—140.

Splendido ornatu prodiit Athenagoras una cum caeteris Apologetis graecis curâ Prudentii Marani Parisiis (Hagae Comitum) anno 1742. Fol. mai. Huius editionis titulum in Opp. Iustin. l. c. p. XXX sq. accurate descripsi. Athenagorae Apologia legitur p. 279—313, in capita 37 bene distributa, De resurrectione p. 315—336, capita 25 continens. Doctus ille monachus Benedictinus in Praefationis Parte III. exposuit p. CX — CXX de gestis et scriptis Athenagorae (c. 13), item de quaestione an Montani sectae adhaeserit (c. 14). Nova codicum subsidia comparavit. Etenim „Athenagorae", inquit (Praefat. p. IX),

„Legatio collata cum duobus Regiis 451. 174, tribus Romanis, quorum duo ex Ottoboniana, alius ex Vaticana Bibliotheca, Claromontano et alio ex Bibliotheca Institutionis Oratorii Parisiensis. Eiusdem liber De resurrectione collatus cum iisdem codicibus Regiis 451. 174. 450 et duobus Claromontanis, quibus accessere variae lectiones olim ab eruditissimo Bigot e ms. codice collectae, quae in Bibliotheca Saugermanensi asservantur. Romanorum codicum varias lectiones debeo duobus eruditis Nostrae Congregationis in Curia Romana Procuratoribus, D. Etiennot et D. Petro Maloët, quorum primus Legationem cum duobus Ottobonianis contulit.“ Pauca haec Maranus de codicibus retulit: quos supra, postquam multum quaesivi, ut par est pluribus descripsi. Plerumque lectiones optimis codicibus mstis firmatas non inseruit textui sed in adnotationem ablegavit. Passim cum Morello, cuius editionem (a. 1636) typothetae tradidit, in vitiis graeci textus concordat. Locos obscuriores interdum luce donavit, translationem Supplicationis Gesnerianam innumeris locis emendavit, librum De resurrectione denuo in latinum sermonem vertit. — Marani exemplar paginis paullulum immutatis mendose recusum est Venetiis anno 1747 Fol. mai.: Supplicatio p. 296 — 334 et De resurrectione p. 335 — 358 praebetur.

Ad hoc Venetum Marani exemplar Athenagorae opera exprimenda curavit Andreas Gallandi: „Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque Scriptorum ecclesiasticorum.“ Tom. II (Venet. 1766. Fol. mai.) p. 3 — 58. Doctus ille presbyter Con-

gregationis Oratorii perpaucas adnotationes Maranianis adspersit. Prolegomena Marani de Athenagora p. III sqq. praemisit. — Absque notis iuxta idem exemplar Athenagoras graece et latine habetur inter „Opera Patrum graecorum“ [cura Fr. Oberthür] Vol. III (Wirceb. 1779. 8°) p. 108 — 261.

Memoranda denique est editio, quae nonnisi Supplicationem Athenagorae graece cum brevi adnotatione offert, sic inscripta:

„Sancti Athenagorae Atheniensis Philosophi Deprecationem (vulgo Legationem) pro Christianis edidit M. Io. Gottlieb Lindner Rector Scholae Arnstadiensis. Longosalissae sumptibus Io. Chr. Martini MDCCLXXIV.“ 8°. In Praefatione p. V sq. refert se Dechairianam editionem esse secutum, parva interdum mutatione, ubi praesertim codices msti in illa notati addicebant, tentata. Lectiones variantes ex codice utroque Bodleiano et Aetonensi potiores tantum textui substravit. Lindnero, quum suam editionem pararet, non ad manus erat exemplar Maranianum. Absoluto vero et publici iuris facto opere „cupido est incensa etiam hanc editionem conferendi, quum praesertim insignia monachi Benedictini in Iustinum Martyrem merita me non fugerent: nec spes exspectantem est frustrata, quum eius libri a Prof. Heynio Viro Praecellentissimo pro summa qua in me est liberalitate copia esset facta. Quem librum quum maximo cum fructu legissem, nolui hac symbola defraudare eos quibus mea editione uti fuerit visum.“ Itaque prodierunt: „M. Io. Gott-

lieb Lindneri Curae posteriores in Athenagorae Deprecationem pro Christianis. Longosalissae 1775. apud Io. Chr. Martini." 8°, paginarum 24, in quibus Maranianae editionis ratio habita est. Is philologus parum praestitit: difficiliora loca aut non attigit aut male tractavit. Haud raro notas offert quae ad grammaticam pertinent „propter tirones:" plerumque vero ipse se tironem praebet. Multos eius errores placuit silentio praeterire.

IV. De codicibus in alias linguas versis.

Prius, quam editio princeps libri De resurrectione vulgata est, latina translatio prodiit: „Georgio Valla Placentino interprete. Hoc in volumine haec continentur: Nicephori [Blemmidae] Logica, Euclidis quartus decimus elementorum etc., Athenagorae philosophi De resurrectione, Aristotelis de celo" etc. In fine: „Impressum Venetiis per Sim. Papiensem dictum Bevilaquam 1498. Die ultimo Septembris." Fol. Integrum huius voluminis titulum Mich. Mettaire Annales typographici Tom. I. P. I (Amstel. 1733. 4°) p. 661 notavit.

Excerpta tantum M. Ficinus offert: „Athenagoras De resurrectione. Xenocrates De morte. Interprete Marsilio Ficino. Cebetis Tabula latine per Ludov. Odaxium. Parisiis per magistrum Guidonem Mercatorem 1498. die XVIII. Augusti." 4°. Repetita per Beatum Rhenanum: „Aeneae Platonici christiani De immortalitate animae deque corporum resurrectione dialogus aureus, qui Theo-

phrastus inscribitur, Ambrosio Camaldulensi interprete. Athenagoras Atheniensis De resurrectione, Marsilio Ficino interprete. Xysti Pythagorici Sententiae, Rufino interprete. Basileae apud Ioannem Frebonium an. MDXVI." 4°. (Colon. 1522. 4°.) Exstant quoque in Marsilii Ficini Operum Tom. II (Par. 1641. Fol.) p. 814—816.

Idem De resurrectione liber latine ex PETRI NANNII interpretatione, de qua videsis supra p. XXX sq., refertur post Philonis Iudaei Opera latine reddita a Sigismundo Gelenio. Basil. (1553) 1561. Fol. p. 661—681.

Athenagorae Apologia in latinam linguam translata est primum a CONRADO GESNERO, ut supra p. XXXII sq. exposui, paullo post a IOANNE LANGO, qui translationem commentario instructam Operibus S. Iustini Phil. et Mart. latine a se editis Basil. 1565. Fol. Tom. I. p. 217 sqq.*) ob materiae similitudinem inseruit.

Novam eiusdem Apologiae translationem S. Petri produxit: „Athenagorae Atheniensis Philosophi Apologia vel Legatio vel potius Supplicatio pro Christianis: ad Imperatores Antoninum et Commodum: A SUFFRIDO PETRO Leovardiense Frisio in Latinum ex Graeco translata et iustis commentariis illustrata: adiectis etiam castigationibus eiusdem, quibus textus graecus a mendis plurimis repurgatur et integritati suae restituitur. Coloniae, apud haeredes

*) Cf. meam S. Iustini Operum editionem Tom. I (= Corp. Apoll. Vol I) ed. 2. Proll. p. XXXVII.

Arnoldi Birckmanni. Anno MDLXVII." 8°. Alicunde, ut in epistola ait dedicatoria ad Venerabilem in Christo Patrem ac Dominum D. Isbrandum Haderwick Abbatem in Lidlum („Lovanii 7. Ianuarii anno 1566"), exemplar Apologiae mstum accepit, ex quo, priusquam Gesneri editio ipsi innotuit, latinam translationem confecit, ita quidem, ut loca quaedam obscura, quum exemplar illud graecum melioris notae fuerit, magis perspicue ac melius exprimeret quam Gesnerus. „Nec mihi dubium est quin Gesnerus [qui a. 1565 obiit], ut vir humanus et aequus fuit, meam hanc editionem vivus, si vidisset, etiamsi vel ipso inconsulto fuisset emissa, probaturus fuerit: siquidem et graecus textus plurimis in locis a nobis integritati suae restitutus est, et in versione latina incommoda ista facile vitata sunt quae ille propter mendositatem sui codicis effugere nullo modo potuit." Proponuntur versio p. 1—87; commentaria p. 88—372, „in quibus non solum operam dedi ut eas difficultates omnes explicarem quae in hoc scriptore sese offerebant, sed etiam ut ecclesiae primitivae statum et prima christianae religionis obstacula diligenter exponerem*);" castigationes quibus ipsius contextus graeci integritas restituitur p. 373—393.

Utrumque Athenagorae opus latine, Apologia ex Gesneri et liber De resurrectione ex Nannii versione, recusum est in Bibliothecae SS. Patrum, a

*) Exemplum ut afferam, uberius S. Petrus p. 105—150 exponit: „Quam gravibus praeiudiciis in primitiva ecclesia Christiani per indiscretos vulgi rumores pressi sint et quae fuerint eorum caussae."

Margarino de la Bigne adornatae, edit. I. Tom. VIII (Par. 1576. Fol.) p. 2—44, ed. 2. Tom. IX (1589) p. 361—408, ed. 3. Tom. VIII (1610) p. 2—40; in Magnae Bibliothecae veterum Patrum (Colon. 1618. Fol.) Tom. II. n. 3 sq.; in Maximae Bibliothecae veterum Patrum (Lugdun. 1677. Fol.) Tom. II. P. 2. p. 147 sqq.

Apologia et liber De resurrectione, Gesnero illius et Marano (vid. supra p. XLI) huius interprete, in „Collectione selecta SS. Ecclesiae Patrum accurantibus D. A. B. Caillau una cum D. M. N. S. Guillon“ Tom. II. Par. (et Lips.) 1829. 8°. p. 47—89 et p. 90—121 mendose suppeditantur.

Praeterea translationes Athenagorae inveniuntur italicae, gallicae, anglicae, germanicae.

Atenagora Ateniense, Filosofo Cristiano, della risurrettione de' morti, tradotto in lingua italiana da Girolamo Faleti: Con una oratione della natività di Christo, composta dal medesimo Faleti. Gli Eredi d'Aldo. Venezia MDLVI. 4°. Denuo: „In Verona 1735.“ 4°.

Opere di Atenagora Ateniense, filosofo cristiano, dal greco in ital. recate con prefazione e note, da D. Giovanni Battista Galliccioli. In Venezia 1801. 8°.

Apologie d'Athenagoras, pour la défense des Chrétiens, tournée du Grec de l'auteur et du Latin de Conradus Gesnerus, avec les annotations de Suffridius Frisien; le tout de la version de Gay

GAUSSART Flamignon. Paris chez Simon Calvarin. 1574. 8°.*)

Discours d'Athénagore philosophe chrétien d'Athénes sur la résurrection des morts, traduit du Grec par le P. LOUIS REINER, de la Compagnie de Jesus, professeur de philosophie à Breslau. Avec des réflexions sur divers sujets de morale et de physique. Breslau chez Charl. Godofr. Meyer. 1753. 8°.

The most excellent discourse of the Christian Philosopher Athenagoras, touching the Resurrection of the dead; englished from the Greek of Peter Nannius by RICHARD PORDER. Imprinted at London by W. Williamson. 1573. 8°.

The Apologeticks of the Learned Athenian Philosopher Athenagoras. I. For the Christian Religion. II. For the Truth of the Resurrection. Against the Scepticks and Infidels of that Age. Together with a curious Fragment of Justin Martyr on the Subject of the Resurrection, not published in his Works. And two other Fragments: the one attributed to Josephus, the other to Methodius, concerning the State of the Dead. Both from Mss. of the late Reverend Dr. Grabe. With the original Greek printed in the Appendix. Done into English, with Notes. To which are prefixed Two Dissertations: the one, concerning the Jewish Notion of the Resurrection, the other, concerning Athenagoras and his Remains. By DAVID HUMPHREYS. London, Smith 1714. 8°.

*) Dedit Io. Alb. Fabricius (l. c. p. 98) extare utriusque operis gallicam versionem, quae ARNOLDO FERRONO sive Ferrerio debeatur. Burdegal. 1577. 4°.

Sämmtliche Werke der Kirchen-Väter. Aus dem Urtexte in das Teutsche übersetzt. KEMPTEN, Köselsche Buchhandlung. 1830. 8°. Tom. II. p. 193—294: „Athenagoras."

Excerpta tantum offert notisque illustrat CHR. FR. RÖSSLER: Bibliothek der Kirchen-Väter in Uebersetzungen und Auszügen. Tom. I (Lips. 1776. 8°) p. 184—217.

V. De Athenagorea dictione.

Athenagoras Atheniensis etiam post, quam ad sacra christiana transiit, nomen servavit habitumque philosophi *), ut Aristides Atheniensis et Iustinus Martyr. Et platonicum quidem philosophum egit: non vero magistro se quasi in servitutem addixit, interdum aliorum quoque philosophorum sententias amplexus. Veritatem certe divinitus revelatam iunxit cum philosophicis opinionibus, ita quidem, ut illam ex his magis perspicuam reddere conaretur, has autem iuxta illius normam emendaret. Cf. Suppl. cc. 7. 9. 24. De res. c. 18 **). Maxime resurrectionem mortuorum philosophicis rationibus fulsit contra philosophos ***). Nec neglexit quaecumque ista aetate

*) Philippus Sidetes: *Ἀθηναγόρας ... ἀνὴρ ἐν αὐτῷ χριστιανίσας τῷ τρίβωνι.*

**) H. Ritter *Geschichte d. christl. Philosophie* P. I (Hamb. 1841) p. 322: „Auch deswegen ist Athenagoras uns merkwürdig, weil er reiner als alle übrigen Kirchenlehrer der ersten Jahrhunderte aus der Platonischen Philosophie, welche fast überall bei ihm anklingt, seine Bildung geschöpft hat und so den Einfluss dieser Philosophie auf die christliche Lehre auf das augenscheinlichste uns darstellt." Coll. libellum meum *Zur Charakteristik d. heil. Justinus* (Vindob. 1852) p. 11 sqq.

***) Ioach. Iust. Rau Diatribe hist.-philos. De philosophia SS.

ad veram pertinebant eruditionem. Poëtarum enim et historicorum veterum opera penitus cognita habuit, id quod ex ipsius libris pateseit. Pariter fuit, ut indidem apparet, versatissimus in codice sacro. Quid? Inter omnes saeculi secundi apologetas excellit et philosophico ingenio et ampla eruditione.

Accedit dicendi ratio, qua Athenagoras itidem illos apologetas superavit *).

Etenim in utroque libro concinnum sententiarum ordinem secutus est, ut patet ex argumentis operum eius infra allatis, praecipue libri De resurrectione mortuorum.

Atticam elegantiam ab Athenagora Atheniensi affectari nonnulli **) iudicarunt: hoc dici potest ab eo atticam dialectum fuisse usurpatam.

Patrum Iustini Mart. et Athenagorae (Ien. 1733. 4°) p. 63: „Neque vero celebo librum De resurrectione mortuorum totum censeri posse philosophicum." Clarisse l. c. p. 57: „Eius dissertationem de resurrectione acuminis, quo gaudebat auctor, philosophi sapientiaeque testem fidelissimum merito vocaveris." Baumgarten-Crusius *Comp. d. christl. Dogmengesch.* P. 1 (Lips. 1840) p. 82. Ritter l. c. p. 308.

*) Sic omnes iudicant viri eruditi. Ut duo saltem testimonia afferam, G. E. Petri (*Allg. Encyclopädie d. Wissensch. u. Künste* v. Ersch u. Gruber, Sect. I. Tom. 6, Lips. 1821, p. 176) ait: „Die Bittschrift, πρεσβεία, des Athenagoras zeichnet sich durch einen gemässigten Ton und wohlgeordneten, nicht unberedten Vortrag aus. In Verbindung mit dem Schlusse derselben steht seine an philosophischem Geist und Bündigkeit alle ähnlichen Schriften der Kirchenväter seiner Zeit übertreffende und noch jetzt sehr beherzigungswerthe Abhandlung über die Auferstehung der Todten (d. h. des Leibes)." J. A. Möhler (*Patrologie*, herausgeg. v. F. X. Reithmayr, T. I. Regensb. 1840. p. 268): „So wenig wir von Anderen über Athenagoras erfahren, so ungewiss er uns selbst über seine äusseren Lebensverhältnisse lässt, ein ebenso sprechendes Zeugniss von seinem freien Geiste, seiner umfassenden Bildung und gediegenen Beredtsamkeit ist in seinen beiden Aufsätzen unwillkürlich hinterlegt worden."

**) Praeunte Suffrido Petro l. c. p. 90: qui idcirco a Lindnero in praef. edit. p. X vituperatur.

Quodsi cuiusvis bene dicentis est dicere perspicue, graviter, suaviter: nullam harum orationis virtutum Athenagoras neglexit*).

Perspicue eum dicere nemo negabit. Plerumque res breviter exponit, dein amplificat, denique iusta argumentatione stabilit; sententia satis manifesto ex verbis apparet. Raro prolixioribus periodis usus est. E. gr. Suppl. c. 12: *Εἶθ' οἱ μὲν κτλ.*, c. 20: *Ἐπεὶ δὲ τοῦτο μὲν κτλ.* De res. c. 18: *Εἰ δὲ κατὰ τοῦ συναμφοτέρου κτλ.* Raro consectatus est significationes vocabulorum vel formulas dicendi minus solitas. Sic *μεγάλοι βασιλέων (magni inter reges)* pro *μεγάλοι βασιλεῖς* s. *μέγιστοι βασιλέων* compellantur Suppl. c. 1, *ὁ λόγος* de religione usurpatur cc. 2. 4. 9. 11, imperatores *ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ παιδείας πάσης ὁρμώμενοι* h. e. *philosophia et eruditione omni imbuti* dicuntur c. 2, *ἡ χροία τοῦ κόσμου* memoratur c. 4, *κρατεῖν θεὸν* valet i. q. *deum tenere* c. 6, *διαιρεῖν* et *τέμνειν* est i. q. Latinorum *distinguere* c. 23, *τὰ ἐπισυμβεβηκότα θεῷ* sunt *attributa dei* c. 23, bonitas in deo vocatur *συγκεχρωσμένη* h. e. *penitus infixa* quemadmodum color in corpore c. 24, ut nonnulla alia, e. c. *ἀποκτείνειν πρόῤῥιζόν τινα* c. 3 et *τὸ θεολογικὸν μέρος* c. 10, hic silentio praetermittam**). Raro verba adhibuit parum usurpata sive sequiori sermonis graeci aevo nata: in quorum numerum refero *ἐναποσφραγίζεσθαι* c. 27, *εὐνουχία* c. 33, *θεοδίδακτος* cc. 11. 32, *θεόφατος* c. 11, *συγκαταπίπτειν* c. 31, *συναποφέρειν* c. 2, *συνεκφωνεῖν* c. 22, *τη-*

*) Cf. Clarisse l. c. p. 76 sqq.

**) Quae cuius interest facile in „Indice verborum" ad calcem Tomi coniecto reperiet.

νάλλως c. 16. Raro vocabula ἅπαξ λεγόμενα sibi indulsit: ut Ἡρακλειωτικός Suppl. c. 20, ἐνδαλματώδης c. 27, κατασκεδάζειν c. 1, κοροπλαθική c. 17 (παραθολοῦν c. 32) προσπηλακίζειν (κατὰ κόρρης) c. 1, ὑποδιαλλάσσειν c. 20 *).

Graviter eum dicere, hoc est id agere ut sua mens recte sentiatur atque ita lectoris animus ad rem de qua agit amandam, agendam, contemnendam incitetur, patet ex plurimis sarcastice dictis. E. g. in Suppl. c. 34 post, quam adversarios maligne Christianis ἀνθρωποφαγίαν obiicere dixit, addit καὶ τοῦτό ἐστι σαρκῶν ἅπτεσθαι ἀνθρωπικῶν, nimirum Christianos persequi. Patet ex interrogationibus cum indignatione prolatis. C. 20: Τί τὸ σεμνὸν ἢ χρηστὸν τῆς τοιαύτης ἱστορίας, ἵνα πιστεύσωμεν θεοὺς εἶναι τὸν Κρόνον, τὸν Δία, τὴν Κόρην, τοὺς λοιπούς; Αἱ διαθέσεις τῶν σωμάτων; Καὶ τίς ἂν ἄνθρωπος κεκριμένος καὶ ἐν θεωρίᾳ γεγονὼς ὑπὸ θεοῦ γεννηθῆναι πιστεύσαι ἔχοιεν; Ex proverbiis apto loco adhibitis: ut c. 34 ἡ πόρνη τὴν σώφρονα.

Suaviter eum dicere, hoc est oratione uti composita ad lectorum aures deliniendas et benevolentiam captandam, inde liquet quod ornate plerumque dicat. Saepenumero elegantiores descriptiones offert, ut tyranni De res. c. 19: ὅ τε μηδὲν περὶ θεοῦ δοξάζων ἀληθές, ὕβρει δὲ πάσῃ καὶ βλασφημίᾳ συζῶν, καὶ παρορῶν μὲν τὰ θεῖα, καταλύων δὲ νόμους, ὑβρίσας δὲ παῖδας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας, κατασκάψας δὲ πόλεις ἀδίκως, ἐμπρήσας δὲ οἴκους μετὰ τῶν ἐνοικούντων καὶ ὀηϊώσας χώραν, καὶ τούτοις συναφανίσας δήμους καὶ λαοὺς ἢ καὶ σύμπαν ἔθνος κτλ. Comparationibus saepe utitur ad rem aptissimis. Ut exempla afferam, comparat imperatores, qui ex pau-

*) Voces Ἡρακλειωτικός, ἐνδαλματώδης, προσπηλακίζειν non inveniuntur in Stephani Thesauro graecae linguae, ex editione Car. Ben. Hase.

cis testimoniis innocentiam Christianorum perspicere possent, cum eo qui mel et serum explorat, ex parte exigua iudicans de tota re an bona sit (Suppl. c. 12); deum universum mundum regentem cum imperatoribus imperium romanum tenentibus (c. 16); eum qui materiam pro deo colit cum illo qui limum nec figulum admiratur (c. 15) vel navem pro gubernatore habet (c. 22); eum qui primum errores refutat ac deinde veritatem demonstrat cum agricola, qui semen agro non mandat nisi prius ab herba inimica purgato, et cum medico, qui corpus curare nequit nisi antea nocentia ex corpore expulsa sint (De res. c. 1). Nonnunquam antithesibus orationem ornat. Suppl. c. 1: *Οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα μίσους ἄξια, ἀλλὰ τὸ ἀδίκημα δίκης καὶ τιμωρίας.* Nullibi vehementius, ut Iustinus, in imperatores invehitur*), sed, ubi eos ad causam Christianorum melius cognoscendam hortatur, elegantia utitur ad benevolentiam colligendam: quapropter laudat eorum *τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον καὶ τὸ πρὸς ἅπαντα εἰρηνικὸν καὶ φιλάνθρωπον* (c. 1), honorificentissimis eos verbis appellat *μεγίστους καὶ φιλανθρώπους καὶ φιλομαθεστάτους βασιλεῖς* (c. 2), *συνέσει καὶ τῇ περὶ τὸ ὄντως θεῖον εὐσεβείᾳ τοὺς ἄλλους προὔχοντας* (c. 7), *πάντα ἐν πᾶσι φύσει καὶ παιδείᾳ χρηστοὺς καὶ μετρίους καὶ φιλανθρώπους καὶ τῆς βασιλείας ἀξίους* (c. 37), neque vult quae breviter dixit ulterius persequi, quia id illi ipsi rectius noverant, *ὡσανεὶ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ παιδείας πάσης ὁρμώμενοι* (c. 2). C. 6: *οἶδα γάρ*, inquit, *ὅτι ὅσον συνέσει καὶ ἰσχύϊ τῆς βασιλείας πάντων ὑπερέχετε τοσοῦτον καὶ τῷ πᾶσαν παιδείαν*

*) Iustinus Apol. I. c. 2: *οὐδὲ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντες ἀλλ' ἀκαιτήσαντες . . . προσιηλύθαμεν.* Quin imperatoribus aeternas poenas minatus est nisi Christianis faverent: l. c. cc. 17. 45.

ἀκριβοῦν πάντων κρατεῖτε, οὕτω καθ' ἕκαστον παιδείας μέρος κατορθοῦντες ὡς οὐδὲ οἱ ἓν αὐτῆς μόριον ἀποτεμνόμενοι. Simili modo loquitur cc. 9. 11. 17. 22. 23. 24.

VI. Argumenta Operum*).

1. Supplicatio pro Christianis.

Athenagoras in exordio Supplicationis suae, Marco Aurelio eiusque filio Commodo a. 177 oblatae, conqueritur quod sub aequis imperatoribus Christiani neque in summa erga deum pietate eamdem ac alii in absurdis superstitionibus licentiam (c. 1) neque in summa morum innocentia eamdem ac gravissimorum criminum rei formam iudiciorum obtineant (c. 2). Tria dicit afficta esse Christianis crimina: atheismum, Oedipodeos concubitus, Thyesteas coenas (c. 3).

I. Christianos atheismi falso accusari probat ex eorum de uno vero deo doctrina (c. 4): cui quum similia dixerint poetae (c. 5) et philosophi (c. 6), nec tamen visi sint athei, multo minus hoc crimine

*) Analysin etiam dederunt Io. Langus l. c. I. p. 214 sqq. (coll. Dechairii edit. Athen. Praef. et p. 141 sq.), Nic. le Nourry l. c. p. 471 sqq., Remy Ceillier Histoire génér. des auteurs sacrés et ecclés. Tom. II, Par. 1730. 4°, p. 113 sqq., Prud. Maran l. c. p. 277 sq. 314 (coll. Lamper Histor. theol.-crit. de vita, scriptis atque doctrina SS. Patrum. P. III, Aug. Vind. 1784, p. 61 sqq., et Permaneder Biblioth. patrist. Tom. II, Landish. 1842, p. 178 sq. 180 sq.), Io. Gottl. Lindner l. c. p. XXV sqq., Abbé de Gourcy Anciens Apologistes de la réligion chrétienne, Par. 1785. Vol. I, W. Münscher *Handb. d. chr. Dogmengesch.* P. II, Marb. 1804, p. 483 sqq., Th. Adr. Clarisse l. c. p. 48 sqq. 58 sqq. I. A. Möhler l. c. p. 268 sqq. 272 sqq. H. Ritter l. c. p. 313 sqq., Ad. Bossert Etude sur les commencements de la dogmatique chrétienne. Le traité d'Athénagore sur la résurrection des morts. Strasb. 1855. p. 16 sqq.

notandos esse Christianos, qui non, ut poetae et philosophi, deum frustra quaesiverint sed spiritus divini effatis nitantur (c. 7). Hanc Christianorum doctrinam confirmari incommodis ex deorum multitudine consequentibus (c. 8) et prophetarum testimoniis (c. 9). Hinc iam satis apparere dicit Christianos non esse atheos. Magis vero hoc inde elucescere quod illi cum deo patre ipsius quoque filium colant et spiritum sanctum. Quamquam ne illic quidem consistere Christianorum θεολογικὸν μέρος docet, sed eos etiam angelos agnoscere (c. 10). Quin etiam ex morum sanctitate Christianorum apparere eos revera deum colere (c. 11), cui aliquando ratio vitae transactae reddenda sit (c. 12).

Postquam sic in universum demonstravit Christianos falso dici atheos, peculiariter ea refutat quae calumniatores ad calumniam suam aliquatenus confirmandam protulerant.

Quum autem criminatio inde potissimum orta sit quod nec sacrificarent Christiani nec deos a civitatibus gentilibus receptos colerent, primum ostendit deum summum istis sacrificiis non indigere, cui gratus sit tantummodo rationalis cultus (c. 13), deinde civitates ipsas demonstrat in diis colendis non convenire dum aliae alios colant (c. 14); immo si omnes in hac superstitione convenirent, tamen nihil inde praesidii esse his diis, laudandos potius Christianos quod creatorem a re creata discernant (c. 15), nec mundum aut partes mundi, nedum opera hominum colant (c. 16), neque deos quorum nomina valde recentia et statuae nudius tertius inventae (c. 17).

Nonnulli vero obiiciebant cultum statuis adhibitum ad ipsos deos referri. Respondet deos illos poetis (c. 18) et philosophis (c. 19) consentientibus creatos esse ac proinde non colendos. Quod etiam ex absurdis eorum figuris, prave factis (c. 20), cupiditatibus, amoribus (c. 21) evincit, quae frustra ad naturam revocari demonstrat; si enim, quod quibusdam placet, v. c. Iuppiter ignis sit, non deus est (c. 22).

Sed quum obiiceretur miracula interdum ad deorum simulacra fieri, opinatam illam efficaciam ut explicet, affert sententias Thaletis et Platonis de daemonibus (c. 23). Daemones istorum quae ad statuas fiant auctores esse docet: quorum deinceps originem et naturam fusius explicat. Etenim docet angelos a Christianis agnosci eosque, quum dei operibus praepositi fuissent, alios in officio permansisse, alios esse praevaricatos mulierumque amore captos: unde nati sint gigantes sive daemones (c. 24). Hi, inquit, daemones, itidem ut mali angeli, dum bono dei adversantur, locum dederunt nonnullis providentiae perperam negandae (25). Hi nidorum avidi ad simulacra homines trahunt et eorum nomina, quibus erectae sunt statuae, sibi arrogant (c. 26); perficiunt ut ad infirmas animas, tamquam a simulacris, visa inania effluant; et si quid anima aut coniiciendo divinet aut medendo et curando navet, huius rei gloriam arripiunt (c. 27). Quum c. 17 promisisset se de nominibus deorum dicturum idque leviter perstrinxisset, paullo uberius probat ex Herodoto (c. 28) et poetis (c. 29) deos illos homines fuisse, et quomodo divinitatis existimationem assecuti sint investigat (c. 30).

Iam pergit ad reliqua crimina Christianis afficta, de quibus in antecessum observat mirum non esse haec contra illos proferri, quippe quum Pythagorae aliorumque exemplo satis appareat semper virtuti vitium esse oppositum; atque satis ista confutata esse ex Christianorum doctrina de deo et aeterna remuneratione (c. 31).

II. Quod ad Oedipodeos concubitus attinet, demonstrat Christianos huius criminis, quod Gentiles de diis suis vere praedicent, falso accusari: quippe qui liberiorem adspectum adulterium ducant, in osculis cautionem adhibeant (c. 32), usum matrimonii liberorum procreatione definiant, virginitatem perpetuam colant, secundas nuptias speciosum vocent adulterium (c. 33). Inique fieri ut adulteri et puerorum corruptores in eunuchos et unicis nuptiis contentos invehantur, raptores et malefici in homines non solum iustitiae sed etiam patientiae cultores (c. 34).

III. Denique Christianos exponit Thyestearum coenarum falso accusari. Nam, inquit, tales epulae sine homicidio fieri nequeunt. At nemo unquam vidisse se dixit hominem a Christianis occisum. Nulla eiusmodi facinoris est suspicio in iis qui ne iustam quidem caedem adspicere volunt, nedum gladiatorum ludos, qui abortivis medicamentis uti homicidium, liberos exponere parricidium existimant (c. 35), qui futuram mortuorum resurrectionem exspectant: quae quidem doctrina neque ridicula neque nova haberi debet, quum ipsis philosophis gentilibus fuerit probata, de eaque plenius se aliquando disputaturum pollicetur (c. 36).

In conclusione (c. 37) aequum esse dicit ut, quum omnes criminationes contra Christianos collatas diluerit, imperatores petitioni pro sua in omnes humanitate adnuant.

2. De resurrectione mortuorum.

Athenagoras dividit hunc librum, haud diu post Supplicationem exaratum, in partes duas, quarum in prima allatas ab adversariis de resurrectione opiniones refellit, in altera christianam de eadem doctrinam argumentis confirmat. Quem quidem ordinem observat huic de resurrectione pertractationi maxime convenire (c. 1).

I. In prima igitur parte ostendit nihil esse quare adversarii dubitent an corpora hominum restitui possint. Statuit eos qui resurrectionem impossibilem dicunt, si rerum causam deo adscribant, demonstrare debere deum aut non posse aut nolle mortuos ad vitam revocare. Utrumque vero esse absurdum.

Nam ut deus dicatur resurrectionem perficere non posse, denegandam ei esse vel scientiam vel facultatem. At neque deum ignorare quomodo corpora ad vitam revocentur, qui noverit quomodo in prima generatione formarentur (c. 2), neque deesse ei potestatem corpora restituendi, cui fuerit potestas ea creandi (c. 3).

Obiiciebant autem increduli elementa corporum humanorum inter se misceri, quum belluae homines interdum devorent et ab iis vicissim comedantur; quin exempla exstare hominum qui se invicem de-

vorarint (c. 4). Verum respondet unicuique animali convenientem a deo provisum esse cibum eumque solum nutriendis in alimentum cedere (c. 5), quidquid autem contrarium est id variis modis eiici (c. 6), aut saltem ad alendas eas partes quae solae resurgenti corpori necessariae sunt numquam transire (c. 7). Quare nihil ab adversariis evinci dicit, nisi carnem humanam homini naturalem esse cibum demonstraverint (c. 8).

Aliam obiectionem a figulis et fabris petitam, ut qui opera sua contrita non possint renovare, paucis absolvit, imposito nimirum discrimine quod hominis inter atque dei potentiam intercedit (c. 9).

Neque dici posse contendit deum nolle mortuos ad vitam revocare. Id enim nollet, vel quia iniustum vel quia deo indignum: at neutrum omnino dici potest (c. 10).

II. His contra adversarios absolutis nonnulla disserit de ratione a se in hoc libro adhibita. Iam ad alteram partem transit in qua demonstrat vera esse quae de resurrectione dicuntur. Quam quidem sese probaturum pollicetur triplici argumento: ex causa qua homo creatus, ex natura eius, ex iudicio dei (c. 11).

Etenim homo non ad usum alterius creatus est, sed ut esset et deum perpetuo contemplaretur: quare perire non potest (c. 12), sed ex dei consilio in homine creando probatur resurrectio (c. 13).

Causam sequitur natura, neque accurate ratiocinantur qui causam resurrectionis omnem ex iudicio repetunt (c. 14). Haec autem natura in eo posita

est ut homo constet ex anima et corpore (c. 15): et quum animali composito ex anima et corpore unus idemque sit finis, necessaria est perpetuitas ac proinde et resurrectio. Etsi autem haec animae et corporis coniunctio morte interrumpitur, non tamen desperanda resurrectio: sed ut vita praesens, etsi somno et variis mutationibus interrumpitur, eadem tamen vita dicitur, ita etiam de hominis in sua natura perpetuitate ratiocinandum (c. 16), et resurrectionem, velut ultimam mutationum omnium, exspectandam probatur ex variis mutationibus quae homini superveniunt (c. 17).

Iudicium dei, quum iustum sit, in animam et corpus hoc est in totum hominem ex utroque compositum dirigi debet; multa enim sunt peccata, quae anima non nisi cooperante corpore perpetratur, unde etiam corpus puniendum. Atque id quidem statuit adversus eos qui de primis principiis consentiunt (c. 18). Contra alios demonstrat aut nullam esse providentiam, aut bene et male factorum mercedem a deo tribuendam: quod quidem non in hac vita evenire manifestum est; nec post mortem fieri potest (c. 19), si aut anima et corpus pereat aut solum corpus (c. 20). Iniustum enim esset solam animam remunerari aut puniri, quum et corpus bene et male factorum particeps fuerit (c. 21): immo virtus et vitium ne cogitari quidem possunt in sola anima (c. 22), neque leges soli animae sed toti homini imponuntur (c. 23).

Quartum addit argumentum ex fine petitum, ad quem homo fuerit creatus. Hunc finem neque in

indolentia neque in corporeis voluptatibus positum esse docet (c. 24), neque etiam in anima a corpore separata: unde concludit necessariam esse resurrectionem (c. 25).

ANALYSIS LIBRI DE RESURRECTIONE.

Partes sunt duae:

- **I. *ἀναστατική pro veritate*** resurrectionis contra incredulos, quod deo desit:
  - vel ***facultas*** resuscitandi mortuos; haec vero probari nequit
    - ex defectu ***scientiae*** divinae,
      - utramque ex opere creationis partim ***probat***,
      - partim ***defendit*** contra obiectiones philosophorum
        - circa corpora humana vel a bestiis vel ab hominibus devorata,
        - circa opera contrita quae renovari nequeant.
    - ex defectu ***potentiae*** divinae;
  - vel ***voluntas*** resuscitandi mortuos; haec vero probatur, quia
    - non ***iniustum*** mortuos resurgere, quum nullam iniuriam patiantur
      - tum resurgentes,
      - tum aliae creaturae.
    - non ***indignum*** deo homines resuscitare, quod ex creatione probatur
      - a minori ad maius colligendo.
- **II. *κατασκευαστική de veritate*** in gratiam ***φιλοσόφων***, ubi IV argumenta afferuntur:
  1. ***causa creationis hominum***, ut sint perpetui spectatores sapientiae divinae,
  2. ***natura hominum***, cui ad finem vitae rationalis consequendum debeatur vita perpetua,
  3. ***iudicium dei super homines*** necessarium,
  4. ***finis hominum ultimus***, qui hac in vita non reperiatur.

  (2.–4.: tum propter providentiam, tum propter iustitiam dei.)

VII. De inscriptione et aetate Supplicationis.

Prima statim fronte libri apologetici verba habentur: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* Quae quidem Suffridus Petrus putavit ab ipso Athenagora posita esse, excepta tamen appellatione *χριστιανοῦ*, quippe apud Imperatores maxime odiosa: quae posteriori saeculo „commendandi libri causa“ adiecta sit. Hanc opinionem iam Lindnerus improbavit. Quis enim philosophus alius nisi christianus defendere Christianos aut potuit aut voluit? Neque erat cur apologeta appellatione odiosa abstineret, quum non minorem offensionem incurrat qui se Christianum profitetur quam qui Christianorum defensionem suscipit. Abest illud vocabulum in codice Petrino atque in Lubanensi: deprehenditur vero in caeteris codicibus mstis, antiquissimis quoque Parisinis 1. 2 et Mutinensi. Parisinus 3 inverso ordine *χριστιανοῦ φιλοσόφου* praebet, Ottobonianus 1 *φιλοσόφου χριστιανῶν* habet, Angelicus et Bodleianus 1 omiserunt *ἀθηναίου*. Vide supra p. XIII sqq. Omnes, quod sciam, nomen *χριστιανοῦ* istud pro substantivo habuere: quapropter etiam Ferdinandus Guerike*) in hunc modum interpunxit: *Ἀθηναγόρου, Ἀθηναίου, φιλοσόφου, χριστιανοῦ, πρ. π. Χρ.* Mihi autem videtur *χριστιανοῦ*, tametsi ad rationem *ἐπιθέτου* usurpatum nusquam legi, cum

*) De schola quae Alexandriae floruit catechetica. P. I. p. 22.

φιλοσόφου iungendum esse, ut Athenagoras philosophus dicatur, non stoicus aut epicureus etc., sed christianus. Quam sententiam Car. Ben. Hase in literis ad me datis assensu comprobavit*). Aeque Constantinus Kontogones Atheniensis**), ut iam video, membra sic distinxit: Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου, φιλοσόφου χριστιανοῦ, Πρ. π. Χρ.

Omnes fere scriptores antiquiores***) verba Πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν interpretati sunt „Legatio pro Christianis": unde Athenagoram coniecerunt legatione ad Imperatores functum fuisse, quibus libellum offerret****). Dubitandum non est quin ille vo-

---

*) Inter alia haec scripsit: „Von χριστιανὸς als eigentlichem Adjectiv finde auch ich kein Beispiel, aber doch, glaube ich, muss es als appositum in dem Titel bei Athenagoras zu φιλοσόφου gezogen werden, *philosophi christiani*. Χριστιανικός, wie Sie richtig bemerken, ist häufig, und im Superlativ ein Ehrentitel der griechischen Kaiser. So, χριστιανικώτατος ὢν βασιλεύς, in einem Briefe des Papstes Felix III. an den Kaiser Zeno, herausgegeben von Gretser, Variorum pontificum ad Petrum Gnapheum Eutychianum epistolae etc., Ingolstadii 1616. in-4°, p. 68. lin. 10."

**) Φιλολογικὴ καὶ κριτικὴ Ἱστορία τῶν κατὰ τὰς τρεῖς πρώτας τῆς ἐκκλησίας ἑκατονταετηρίδας ἀκμασάντων ἁγίων πατέρων καὶ τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν. Ἐν Ἀθήναις 1846. p. 255.

***) Centuriatores Magdeburgenses, Baronius, Tentzelius, Moshemius, Maranus, alii.

****) Henr. Dodwellus a caeteris in hoc dissentit, quod praesentibus Imperatoribus apologiam ab Athenagora recitatam existimet. Id colligit ex verbo προσεφώνησεν apud Philippum Sideten, saeculi quinti scriptorem, qui in fragmento de Catechetis Alexandrinis, a Dodwello (e cod. Barocc.) edito ad calcem Dissertt. in Irenaeum (Oxon. 1689) p. 488, ait: Ἀθηναγόρας ..., κατὰ τοὺς χρόνους ἀκμάσας Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου [sic], οἷς καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστιανῶν πρεσβευτικὸν προσεφώνησεν. Sed haec valent: „quibus etiam legatoriam", vel rectius „supplicem", „orationem pro Christianis *inscripsit*". Cf. Photius Biblioth. c. 155. Sic προσφωνεῖν apud Simplicium in prooemio Comment. in Epictetum idem est ac dedicare: ᾧ καὶ τὸ σύνταγμα προσεφώνησεν, ὡς ἑαυτῷ μὲν φιλτάτῳ, μάλιστα δὲ τὸν Ἐπίκτητον τεθαυμακότι.

luerit sua legi ab Imperatoribus. At libellus legati nequit dici legatio. Quid igitur? *Πρεσβεία* hic, ut iam in Sirletiano apposita nota exegetica *ἢ ἀπολογία* (vid. supra p. XIX sq.) indicatur, non legatio est, sed supplicatio sive deprecatio: quae quidem significatio bene quadrat ad libellum supplicem, qualem Athenagoras pro Christianis composuit. Vid. Stephani Thesaurus gr. ling., ed. C. B. Hase, Vol. VI. (Par. 1847. Fol.) p. 1581 et Du Cange Glossarium ad scriptores med. et inf. graecitatis T. I (Lugd. 1688. Fol.) p. 1223; de voce Supplicationis pari modo de libello supplice usurpata cf. Eiusdem Glossarium ad scriptores med. et inf. latinitatis T. VI (Par. 1736. Fol.) p. 895.

Habent Lubanensis et Petrinus *ὑπὲρ Χριστιανῶν**), idemque placet Suffrido Petro**), pro *περὶ Χριστιανῶν*, quod comparet in caeteris codicibus mstis. Utriusque praepositionis, saepenumero a librariis commutatae, significatio in hac phrasi commoda est; noli igitur illud *περὶ* codicibus firmatum in suspicionem vocare. Vid. A. Matthiae *Ausf. griech. Gramm.*, ed. 2 (Lips. 1825), p. 1175 sq. et G. B. Winer *Grammatik des neutest. Sprachidioms*, ed. 6 (Lip. 1855), p. 333 sq. 366; add. Iustin. Dial. c. Tr. c. 34 (= Corp. Apoll. Vol. II) ed. 2. p. 114.

---

*) Incertum est utrum Philippus Sidetes, cuius verba in nota praeced. attuli, in suo codice legerit *ὑπὲρ Χρ.*, nec ne. Is scriptor plena fide non dignus; aut codicem veloci oculo inspexit, aut ista verba memoriter pronuntiavit: videlicet Apologiam contendit inscriptam Hadriano et Antonino (Pio), et ex *πρεσβεία* effecit *πρεσβευτικόν*.

**) Etiam Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. chr. Dogmengesch.* P. I. p. 174: *Πρ. ὑπὲρ τῶν* [sic] *Χρ.*

n. 16. — Suppl. c. 2 *ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ λόγου.* C. 22 *ἀπολ. ὑπὲρ τῶν θεῶν.* Isocrates in Busir. Encom. dicit *ἀπολογίαν ὑπὲρ Βουσίριδος* et in Helen. Encom. *ἀπολογεῖσθαι προστήσει περὶ τῶν ἀδικεῖν αἰτίαν ἐχόντων.* Xenoph. Cyr. III. c. 3. §. 44: *ὑπὲρ ψυχῶν τῶν ὑμετέρων ὃ ἀγὼν καὶ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὲρ οἴκων καὶ περὶ γυναικῶν* etc. Lib. 2 Macc. 1, 6. 12, 44. 15, 14 *προσεύχεσθαι ὑπέρ* et *περί τινος.* Liber pro Iudaeis a Philone scriptus, ut Maranus advertit, vocatur ab Eusebio Hist. eccl. II. c. 18 *ὁ περὶ Ἰουδαίων λόγος.* Valesius vult legi *ὑπὲρ Ἰουδαίων*, quia Eusebius Praep. ev. VIII. c. 10 locum profert ex Philonis *ὑπὲρ Ἰουδαίων ἀπολογίας.* Sed quum Suidas Philonianum librum *περὶ Ἰουδαίων* memoret et Ruffinus locum Eusebianum reddat verbis „*De* Iudaeis apologeticus liber," quo etiam modo Hieronymus vertit: nihil in Eusebio mutandum est. In epistola Maximiani ad Cyrillum haec leguntur: *μὴ ἀμέλει τῆς περὶ ἡμῶν πρὸς τὸν δεσπότην Χριστὸν πρεσβείας.* Pariter *πρεσβεύειν ὑπὲρ* et *περὶ* apud veteres patres exstat, ut exempla docent proposita in Glossario graecitatis supra laudato. Praepositiones istae belle distinguuntur ab Athenagora, qui De resurr. c. 1 *λόγων δεκτῶν* mentionem infert: *τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας.*

Supplicatio nuncupata est duobus imperatoribus Marco Aurelio Antonino et Lucio Aurelio Commodo: *Αὐτοκράτορσιν Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον Φιλοσόφοις.* Ita codices mstι optimae notae legunt. Cf. infra p. 2. n. 2.

De priori imperatore non est dubium quin sit

Marcus Aurelius Antoninus cognomine Philosophus, Antonini Pii ex adoptione filius et successor. Sed altero nomine quinam designetur imperator, viri docti magnopere inter se dissentiunt: immo sunt qui in illa inscriptione librarios errasse arbitrentur. Alii praeeunte Iosepho Scaligero*) intelligunt Lucium Verum (L. Aelium Aurelium Verum, † 169) Antonini fratrem; alii Suffrido Petro facem praeferente**) Lucium Aelium Commo-

---

*) I. Scaliger Animadvv. in Chronologica Eusebii (Thesaur. tempor. Eusebii etc. Amst. 1658. Fol.) p. 221. Henr. Dodwell Dissertt. Cyprian. (Oxon. 1684) Diss. XI. §. 37 sq. p. 261 sqq. Ant. Pagi Critic. in Annall. Baronii ad a. 177. T. I (Colon. 1705. Fol.) p. 174 sq.; coll. eiusd. Dissert. hypat. (Lugd. 1682. 4°) p. 216. Io. Clericus Histor. eccl. duorum prim. saeculorum (Amst. 1716. 4°) p. 702. Cas. Oudinus l. c. (1722) p. 206. I. Dan. van Hoven Disp. [contra Moshemium] de inscriptione et vera aetate Legationis Athenagorae pro Christianis. Lingae 1752. 4°; repetita sub nomine Iani Diaconi Hortensii de Villa nova (= I. D. v. Hoven) in: (Conr. Iken) Symbolarum literariarum ad incrementum scientiarum omne genus Collect. II (Hal. 1754) p. 163 sqq. I. G. Lindner in edit. Suppl. (1774) p. 2. — Iuvat saltem adnotasse ridiculam A. Kestneri (*Die Agape oder d. geh. Wellbund d. Christen*, Ien. 1819, p. 351) sententiam, ex qua Supplicatio Athenagorae sub Antonino Pio ac Marco Aurelio intra spatium annorum 147 et 161 scripta est. Vide quae contra monuit H. C. A. Eichstaedt in Exercitatione Antoniniana I, Annalibus acad. Ienens. (Ien. 1823. 4°) inserta p. 237.

**) Suffr. Petrus in transl. Suppl. (1567) p. 96 sqq. Caes. Baronius Annall. eccles. ad a. 179. T. II (Rom. 1590. Fol.) p. 213. Pet. Halloix Illustrium eccles. orient. scriptt. vitt. et documm. T. II (Duac. 1636. Fol.) p. 293 sqq. Ad. Rechenberg in edit. (1684) p. 3 sq. L. El. du Pin Nouv. biblioth. des auteurs ecclés. ed. 3. T. I (Par. 1693. 4°) p. 65. Wilh. Ern. Tentzel Exercitationes selectae (Lips. 1692. 4° = Miscellan. eccles., ibid. 1708) P. I. p. 203 sq. 450. Seb. le Nain de Tillemont Mémoires pour servir à l'hist. ecclés. T. II (Par. 1694. 4°) p. 349 sq. 671 sq. Sam. Basnage Annall. pol.-eccles. T. II (Roter. 1706. Fol.) p. 160 sqq. Io. Laur. Mosheim Diss. de vera aetate Apologetici Athenagorae pro Christianis: quae primum edita est in Biblioth. Bremens. Cl. II. Fasc. I (Brem. 1718) p. 853 sq., dein prodiit auctior in

dum (L. Aelium Aurelium Commodum) Antonini filium. Uterque enim Antonini in imperio fuit socius, uterque dictus Commodus. Pauci hanc controversiam in medio relinquunt *).

Recte autem sentiunt qui ad Commodum Marci Aurelii filium inscriptionem referunt. Nam Lucius Verus, posteaquam ab Antonino ad imperii consortium adscitus est, Commodi nomen deposuit. Id Iulius Capitolinus testatur **). Et numi in ipsius honorem post adoptionem excusi perpetuo non Commodi sed Veri nomen offerunt. Illa vero nomina habemus comperta de Commodo Antonini filio. Is enim ab initio Commodi nomen accepit idque post quam imperium adeptus est retinuit. Lubenter caremus Stephani le Moyne ***) emendatione *Αἰλίῳ* (Aelio Aurelio Commodo) pro *Λουκίῳ:*

---

eius Observatt. sacr. lib. I. c. 4 (Amst. 1721) p. 193 sqq. et Dissertt. ad histor. eccles. pertin. Vol. I (Alton. 1733, ed. 2. 1743) p. 269 sqq. Rémy Ceillier l. c. (1730) p. 113. Andr. Pol. Leyser Diss. de Athenagora Atheniensi philosepho christiano (Lips. 1736. 4°) p. 19 sqq. Prud. Maran in edit. (1742) Praef. p. CXII sq. (quocum faciunt I. A. Orsi Istoria eccles. T. II, Rom. 1747. 4°, p. 247, G. Saccarelli Hist. eccles. T. III, Rom. 1773. 4°, p. 134 sq., G. Lumper l. c. p. 57 sqq.) I. G. Lindner in Cur. poster. (1775) p. 5 sq. Th. Adr. Clarisse l. c. p. 27 sqq. Th. Mommsen in Bauri et Zelleri *Theolog. Jahrbücher.* T. XIV (Tub. 1855) p. 250. Io. Car. Th. Otto De inscriptione et aetate Apologiae Athenagoricae: in Illg.-Niedn. *Zeitschr. f. d. histor. Theologie* (Lips.) 1856. Fasc. IV. p. 637 sqq.

*) Ut Nourrius l. c. p. 479, postquam utriusque sententiae firmamenta proposuit, dicens: „Scire sufficiat omne extra dubium esse hanc Legationem ab Athenagora intra annum 165 et 178 editam in lucem.“ Etiam Baylius in Diction. hist. s. v. Athenagoras.

**) Qui in vita M. Antonini c. 7 et in v. Veri c. 4 tradit „Marcum dato fratri imperio et adulta tribunitia potestate, proconsulatus etiam honore delato, illum Verum vocari praecepisse, quum ante Commodus vocaretur.“

***) Var. Sacr. T. II (Leyd. 1685. 4°) p. 170.

qua nihil lucramur, quum uterque imperator et Lucius et Aelius dicatur *).

At obiiciunt adversarii cognomina in inscriptione nominibus imperatorum adiecta: *Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον Φιλοσόφοις:* ex quibus concludunt non Commodum filium sed Verum fratrem hic intelligi. Contendunt enim Armeniacum nunquam appellatum esse Commodum, bene tamen Verum. Nam constare ex Capitolino, postquam eius duces Armeniam occupassent, ipsi nomen Armeniaci acquisitum esse, quod dein cum Marco Aurelio Romae tum agenti sit communicatum **). Armeniaci titulum suscepit Verus a. 163 p. Chr., Marcus a. 164. Paullo post additus est titulus Parthici, qui comparet primum in Marci tribunatu XX. a. 166. Utroque titulo et Armeniaci et Parthici usus est Marcus quoad frater vixit, h. e. ad annum usque 169 ***). Tum mortuo fratri hos titulos velut proprios permisit, se autem Germanicum appellavit ****), eodemque titulo Commodus filius insignitus est †): qui quovis tem-

*) Apud Capitol. in Vero c. 1.

**) Vit. M. Anton. c. 9: „Gestae sunt res in Armenia prospere per Statium Priscum Artaxatis captis, delatumque *Armeniacum* nomen utrique principum, quod Marcus per verecundiam primo recusavit, postea tamen recepit.“ Plenius idem in Vero c. 7: „Parthicum bellum Statius Priscus et Avidius Cassius et Martius Verus per quadriennium confecerunt, ita ut Babylonem et Mediam pervenirent et Armeniam vindicarent, partumque est ipsi nomen *Armeniaci*, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romae agenti delatum est.“

***) I. Eckhel Doctrina numorum vett. Vol. VII (Vindob. 1797. 4°) p. 72.

****) Capitol. in M. Anton. c. 12. In numis Germanicus appellatur inde ab anno 172, prius vero in tabulis marmoreis. Cfr. Eckhel p. 59 et I. Gruterus Corp. inscriptt. T. I (Amst. 1707. Fol.) p. CCLX. n. 1.

†) Teste Lampridio in vita Commodi c. 11: „Appellatus *Germani-*

pore abstinuit nomine Armeniaci. Quapropter Tentzelius et Mommsenus facili emendatione pro Ἀρμενιακοῖς censuerunt Γερμανικοῖς legendum esse, id quod optime patri filioque congruit*). Quamquam haud ausus sum equidem mutare. Fortassis enim ista scriptura minus apta non a librariis profecta est, sed ab ipso Athenagora. Iam sagacissimus Tillemontius ait: „Nous ne voyons rien qu'on puisse opposser à cela, sinon qu'on ne donne point à Commode le titre d'Arméniaque et que M. Aurèle le quitta lorsqu'il prit celui de Germanique. Mais l'ayant eu une fois, il n'est point étrange qu'on ait continué à le luy donner, quoiqu'il ne le prist pas luy mesme." Neque est opus cum Moshemio Ἀρμηνιακῷ (sic) pro Ἀρμενιακοῖς scribere. Quod enim de pluribus loquatur Athenagoras, id offensionis nihil habet. Videlicet Commodus salutatur Armeniacus a Nostro in concinnitatis gratiam

---

cus idibus Herculeis, Maximo et Orphito coss." h. e. XV. Oct. u. c. 925 = p. Chr. 172. Coll. Eckhel p. 102.

*) Integra hic afferam verba doctissimi Mommsen: „M. Aurel führte den Titel Armeniacus nur 164—169, den Titel Sarmaticus seit dem J. 176. So ungeschickt also dieses Armeniacus ist, so auffallend und unerträglich ist das Fehlen des bei Vater und Sohn ganz constanten Titels Germanicus, und ich zweifle nicht, dass der Schreiber für Ἀρμενιακοῖς entweder schrieb oder schreiben wollte Γερμανικοῖς. Zum Beweise nur ein Auszug aus Commodus' Grabschrift (Orelli n. 887):

Imperatori Caesari Divi Marci Antonini Pii Germanici Sarmatici Filio ... L. Aelio Aurelio Commodo Augusto Sarmatico Germanico Maximo Britannico.

Wird diese Aenderung vorgenommen, so ist die Inscription correct und fällt die Schrift danach zwischen 176, wo Commodus den Titel Sarmaticus erhielt, und 180, wo M. Aurel starb. Das τὸ δὲ μέγιστον φιλοσόφοις kann natürlich nur entschuldigt werden als eine individuelle Titulatur des Autors."

propter parentem, cui titulus debetur; nequaquam poterat fieri quin utrique hoc nominis daret, quum utrumque in inscriptione coniungeret. — Alterum nomen, quo imperatores ab Athenagora appellantur, est Sarmatici, contra quod nihil potest in medium proferri. Nam eo nunquam insignitus fuit Verus: quum bellum Sarmaticum post ipsius mortem demum gestum sit. Adscivit illum titulum Marcus a. 176, et cum filio Commodo communicavit, Quadis superatis qui cum Marcomanis Vandalis Suevis appellatione Sarmatarum comprehenduntur *). Usus autem est Marcus titulis Germanici Sarmaticique coniunctis per sequens dumtaxat biennium, deinceps iis usque ad excessum in numis abstinuit; eodem anno 178 desierunt inscribi numis Commodi: at constanter inhaeserunt marmoribus **). Illud quum perspexissent adversarii, arte critica id quod obstabat in suas partes traxerunt, ita quidem, ut cum Dodwello et Pagio ex Σαρματικοῖς (Dodw. Σαρματίκοις) efficerent Παρθικοῖς (Pag. Παρθίκοις). „Quorsum vero delaberemur," inquit Leyserus, „si eo usque audacia nostra procederet ut quaecumque nobis in auctoribus antiquis displicerent pro lubitu vel delere vel mutare vellemus?" — Restat nomen Philosophi, quod qui Lucio Vero inscriptam Supplicationem putant pro causa sua proferunt: quoniam illud Commodo, qui turpissimam vitam maximeque ab institutis philosophicis abhorrentem egerit, minime con-

*) Capitol. l. c. c. 17: „Marcomanis etc. extinctis ... Romae cum Commodo, quem iam Caesarem fecerat, filio suo, triumphavit."

**) Cf. Eckhel p. 74. 136.

veniat, Vero autem a Iustino (in Apol. I) quoque tribuatur. At Verus num vitam gessit meliorem? Quodsi controversia componenda est ex vita, neutri certe competit titulus philosophi. Commodum quod attinet, possumus ad Pollucem provocare, qui eum „haeredem regni et sapientiae paternae" dicit*). Sed ista verba veremur ne adulationem sapiant. Quid? Philosophi titulus (pariter atque Armeniaci) proprie ad Marcum pertinet, et — id quod etiam contra Mommsenum monendum — cum Commodo hic communicatur quod Athenagoras ab initio utrumque imperatorem allocutus est.

Insuper tria adversarii proferunt sententiae suae argumenta: quae vero nostrae sententiae magis favent quam obstant.

Primum est quod Athenagoras c. 37 de Christianis ait: *οἵτινες περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα ἵνα παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχησθε τὴν βασιλείαν.* Hoc votum Pagius contendit pronuntiari non potuisse, si Supplicatio Marco oblata fuisset filio regni iam participe, propterea quod Marcus alium filium non habuisset praeter Commodum, hic vero nullos haeredes. At illo tempore, quo Supplicatio conscripta est, Commodus (natus a. 161) iuvenis fuit. Neque dicit scriptor *διαδέχηται*, id quod Gesnerus coniecit legendum, sed fortius *διαδέχησθε*. Respicit enim futuros eiusdem domus imperatoriae successores: quocirca antea habet generatim *περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας*, non speciatim *περὶ*

*) Onomast., dedicationis ad Commodum initio: *ὦ παῖ πατρὸς ἀγαθοῦ, πατρῷόν ἐστί σοι κτῆμα καὶ ἴσον βασιλεία τε καὶ σοφία.*

ὑμῶν. Igitur, nulla certa persona iam intellecta, Christiani precari dicuntur ut imperium, semper a patre in filium translatum, in familia Antoninorum permaneat nec turbulentorum hominum consiliis huius familiae successio interrumpatur.

Alterum est quod Athenagoras verbis c. 1 ἡ σύμπασα οἰκουμένη τῇ ὑμετέρᾳ συνέσει βαθείας εἰρήνης ἀπολαύουσιν gratulatur imperatoribus de alta pace, qua iam imperium romanum fruatur. Id opinatur ad tempus Veri h. e. ad annum 168 pertinere Dodwellus. Quem Pagius peccati in anno admissi arguit, quoniam tum temporis bellum adversus Germanos summo ardore gestum sit; quare annum 166 substituit, quo Verus finito bello Parthico pacem imperio reddiderit. Sed eodem anno ad bellum Marcomanicum iam priori anno coeptum se accinxit uterque imperator. Monuit Basnagius pacem nunquam fuisse restitutam Veri aetate sed tantummodo inducias factas. Quid igitur? Nullum tempus deprehendes magis ad istam gratulationem accommodatum, quam quo sub Commodo devictis Germanis et Sarmatis publica tranquillitas restituta est, id quod incidit in annum 176. Altissimam autem fuisse hanc pacem numus testatur apud Fr. Mediobarbum*): M. ANTONINVS. AVG. GERM. SARM. TR. P. XXX. In postica: PAX. AETERNA. AVG.

Tertium est quod Athenagoras de morte Peregrini Protei c. 26 verbis agit hisce: ὁ (scil. ἀνδρωὰς) τοῦ Πρωτέως (τοῦτον δ' οὐκ ἀγνοεῖτε ῥίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ

*) Imperatt. romanorum numismata (Mediol. 1730. Fol.) p. 225.

πῦρ περὶ τὴν Ὀλυμπίαν) ... λέγεται χρηματίζειν. Quae Dodwellus et qui ab eo pendent ita interpretantur, ac si ipsa olympiade qua Supplicatio scripta est Proteus se concremaverit, h. e. Ol. 236. Quo tempore quum Verus imperitaverit, colligunt huic libellum suum apologeticum dedicasse Athenagoram. Sed errarunt viri eruditi; nam ista verba περὶ τὴν Ὀλυμπίαν neutiquam spatium quattuor annorum (ὀλυμπιάδα) designant, sed capienda sunt de Olympia vico, ad quem in ludis olympicis Proteus vivum se in ignem coniecit. Si de temporis spatio loqui voluisset scriptor, scribere debebat κατὰ τὴν ὀλυμπιάδα ταύτην.

Iam afferamus quod nostram firmat sententiam. Athenagoras, imperium coeleste cum terreno comparans, dicit c. 18: Ἔχουσι ἀφ' ἑαυτῶν καὶ τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν ἐξετάζειν· ὡς γὰρ ὑμῖν πατρὶ καὶ υἱῷ πάντα κεχείρωται, ἄνωθεν τὴν βασιλείαν εἰληφόσι, ... οὕτως ἑνὶ τῷ θεῷ καὶ τῷ παρ' αὐτοῦ λόγῳ υἱῷ νοουμένῳ ἀμερίστῳ πάντα ὑποτέτακται. Quibus haec imperatoribus melius conveniunt quam Marco ac filio Commodo? Ad Verum, qui per adoptionem frater Marci erat, non quadrant. Conatur quidem Pagius istum locum in suam trahere causam, quoniam Verus gener Marci fuit*). At vero incongruum foret deum patrem cum socero et dei filium cum genero conferre! Hac nimirum ratione scriptor gentilibus occasionem dedisset inepta de Christo dei filio cogitandi.

Qui ad Marcum et Verum inscriptionem referunt, Pagius Clericus Oudinus, Supplicationem in

*) Capitol. in Vero c. 2.

annum 166 collocant, van Hoven in a. 167, Dodwellus in a. 168. Caeteri, qui Marco et Commodo illam inscriptionem vindicant, vel anno 176 ut Tentzelius Basnagius Maranus, vel a. 178 ut Dupinus, vel a. 179 ut Petrus Baronius Halloixius, vel a. 180 ut Grotius*), vel a. 177 ut Aub. Miraeus**) Tillemontius Moshemius, librum adscribunt.

Sane ad annum 177 pertinet, ut inprimis Moshemius demonstravit***). Supra iam observavimus Sarmatici titulum, Marco et Commodo tributum, incepisse ab anno 176 eodemque anno summam pacem orbi romano redditam esse: quae anno demum 178 Germanis rursus turbantibus fracta est. Quid? Libellus inscriptus est *Αὐτοκράτορσιν*. Illo ipso anno 176, mense Novembri, cum patre Commodus imperator (*αὐτοκράτωρ*) appellatus est****). Accedunt duae rationes. 1°. Athenagoras imperatores ita alloquitur, ac si Romae in palatio versentur. C. 16: *Οὐδὲ γὰρ οἱ πρὸς ὑμᾶς ἀφικνούμενοι ὑπήκοοι, παραλιπόντες ὑμᾶς τοὺς ἄρχοντας καὶ δεσπότας θεραπεύειν, παρ' ὧν ὧν*

*) Annotatt. ad libr. De veritate religionis christianae (Lugd. Bat. 1640) p. 154.

**) Bibliotheca ecclesiastica (Antv. 1639. Fol.) p. 180.

***) Quocum sentiunt Ceillier, Leyser, S. I. Baumgarten (Examen miraculi Legionis fulminatricis, Hal. 1740. 4°, p. 72 sq.), Schroeckh (*Chr. Kirchengesch.* T. III. ed. 2, Lips. 1777, p. 120), Clarisse, Neander (*Allg. Gesch. d. christl. Rel. u. Kirche* T. II. ed. 2, Hamb. 1843, p. 1161), Gieseler (*Lehrb. d. Kirchengesch.* T. I. P. I. ed. 4, Bonn. 1844, p. 206), Credner (*Beitrr. z. Einleitung in d. bibl. Schriften* T. I, Hal. 1832, p. 53), Semisch (in Ullmanni et Umbr. *Theol. Studd. u. Kritt.* 1835. Fasc. IV. p. 938 sq.), alii.

****) Lampridius l. c: „Cum patre imperator est appellatus V. Cal. Decembr. die, Pollione et Apro coss." h. e. 27. Nov. u. c. 929 = p. Chr. 176. Cf. Eckhel p. 137.

ἂν δέοιντο καὶ τύχοιεν, ἐπὶ τὸ σεμνὸν τῆς καταγωγῆς ὑμῶν καταφεύγουσιν, ἀλλὰ τὴν μὲν βασιλικὴν ἑστίαν τηνάλλως ἐντυχόντες αὐτῇ θαυμάζουσι καλῶς ἠσκημένην, ὑμᾶς δὲ πάντα ἐν πᾶσιν ἄγουσι τῇ δόξῃ. Si in castris tum versati essent, ab urbanis rebus nullam petiisset comparationem. Quum igitur anno 178 (inde a die V. Aug.), teste Lampridio in vita Commodi, abessent ab Urbe in Germania armis operam dantes, annus 177 Supplicationi constituendus est. 2°. Athenagoras servos dicit innocentis Christianorum vitae testes, quorum nemo unquam nefanda his obiecerit crimina. C. 35: καίτοι καὶ δοῦλοί εἰσιν ἡμῖν, τοῖς μὲν καὶ πλείους τοῖς δὲ ἐλάττους, οὓς οὐκ ἔστι λαθεῖν· ἀλλὰ καὶ τούτων οὐδεὶς καθ' ἡμῶν τὰ τηλικαῦτα [scil. Θυέστεια δεῖπνα et Οἰδιποδείους μίξεις] οὐδὲ κατεψεύσατο. Quod fieri non potuisset si post persecutionem Gallicam, h. e. post annum 177 quo ea accidit*), demum scripsisset: quum istorum Gallicae ecclesiae malorum auctores essent servi. Quam in rem sic scribunt Lugdunenses et Viennenses apud Eusebium H. E. V. c. 1: Συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐθνικοί τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων, ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς· οἳ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ σατανᾶ, φοβηθέντες τὰς βασάνους ἃς τοὺς ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτοὺς κατεψεύσαντο ἡμῶν Θυέστεια δεῖπνα καὶ Οἰδιποδείους μίξεις κτλ.

*) Ut argumentis validissimis demonstravit Moshemius in Observatt. secr. lib. I. c. 3. §. 10.

ATHENAGORAE ATHENIENSIS

OPERA.

SUPPLICATIO PRO CHRISTIANIS.
DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

[1]ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ
ΠΡΕΣΒΕΙΑ ΠΕΡΙ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ.

[2]*Αὐτοκράτορσιν Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον Φιλοσόφοις.*

1. [3]*Ἡ ὑμετέρα, μεγάλοι βασιλέων, οἰκουμένη, ἄλλος ἄλλοις* P. 1 ed. Mor et Col. *ἔθεσι χρῶνται καὶ νόμοις, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν νόμῳ καὶ φόβῳ δίκης, κἂν [4]γελοῖα ᾖ, μὴ στέργειν τὰ πάτρια εἴργεται. [5]Ἀλλ' ὁ*

1. *ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ ... ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ*] Vid. Prolegg. c. VII. „De inscriptione Supplicationis."

2. *Αὐτοκράτορσιν ... Φιλοσόφοις*] Vid. Prolegg. l. c. — Hic tantum diversae codicum lectiones afferendae sunt. Pro *αὐτοκράτορσιν*, quod praestantissimus Parisinus 1, (Sirletianus?) Vaticanus, Ottoboniani 1 (in quo *ν* erasum est) et 2, Bodleiani 1. 2, (Oratorianus?) Monacensis, Claromontanus, Aetonensis, Bononiensis firmant, comparet in Parisinis 2. 3, Argentoratensi, Lubanensi, (Petrino?) *αὐτοκράτορσι* (sine *ν*). Idque Maranus recepit; caeteri editores (Gesnerus, Ducaeus, Morellus, Fellus, Rechenbergius, Dechairius, Lindnerus) *αὐτοκράτορσιν*. Ipsi veteres Attici *ν ἐφελκυστικόν* dicuntur ante consonantes interdum scripsisse: Iacobs. praef. ad Aelian. Anim. p. 23 sq., coll. Benseler. ad Isocr. Areopag. p. 185 sq. — Pro *Ἀντωνίνῳ* habent Par. 2. Clar. Bon. *Ἀντωνίῳ*. Aet. omisit voces *Ἀντωνίνῳ καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ*. Causam erroris in repetito *Αὐρηλίῳ* cernis. — Legitur *Κομμόδῳ*, quod omnes codices editi praebent, in Bodl. 1 et 2; idemque offert Mon., sed manu correctoris. Reliqui codices msti *Κομόδῳ*. — Morellus et Fellus *Ἀρμενιάκοις* ex *Ἀρμενιακοῖς* (Par. 1. 2. Mon. *ἁρμενιακοῖς*) fecerunt et *Σαρματίκοις* (Arg. *ἁρματικοῖς*) ex *Σαρματικοῖς*. — Scholion ad inscriptionem in marg. Par. 1 prima manu: *Ἐλλιπὴς ἡ ἀπόδοσις τῆς προγραφῆς. Οὐ γὰρ τὸ χαίρειν καλὸν ἐνομίσθη προσκεῖσθαι, τῷ μὴ ἀπ' ἴσων τὴν πρόσρησιν γίνεσθαι, καὶ ἄλλως Χριστιανῷ ὄντι· ἢ διὰ ταπεινοφροσύνην, ἢ τῷ ἐνδείξασθαι τὴν ἱκετηρίαν, ἢ καὶ τῷ ἀνάξιον εἶναι Ἕλληνας ὄντας τῆς τοιαύτης παρὰ Χριστιανῶν εὐλογίας.* Cf.

ATHENAGORAE
ATHENIENSIS PHILOSOPHI CHRISTIANI
SUPPLICATIO PRO CHRISTIANIS.

Imperatoribus Marco Aurelio Antonino et Lucio Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis, et quod maximum est Philosophis.

1. Vestro imperio subditi, maximi reges, alii aliis moribus utuntur et legibus, nec quisquam eorum lege et poenae metu patria instituta, etiamsi ridicula sint, diligere prohibetur.

Psalt ad Rom. epist., rec. et c. commentt. perp. ed. C. F. A. Fritzsche, T. I (Hal. 1836) p. 21 sq.

3. *Ἡ ὑμετέρα κτλ.*] *Ἡ* ante *ὑμετέρα* desideratur in Bodl. 2: rubricator omisit adpingere. Pariter Rechenb. omisit. Magis perspicue scripsisset Athenagoras *ἐν τῇ ὑμετέρᾳ οἰκουμένῃ*, ut Lindnerus (in Cur. poster.) notavit. *Ἡ οἰκουμένη* vocatur imperium romanum: Luc. Ev. 2, 1. Actt. 24, 5. Ioseph. Bell. iud. IV. 11, 5. Antt. iud. XII. 3, 1. Philo Leg. ad Cai. p. 1041. Hic metonymice pro ipsis romano imperio subditis dicitur. — Henr. Stephanus pro *μεγάλοι* (Bodl. 2 *μεγάλη*) *βασιλέων* crediderit legendum esse *μέγιστοι βασιλέων*, ut c. 18 *μέγιστοι αὐτοκρατόρων* comparet. „Nec dubium est quin potius superlativum gradum in huiusmodi locis consuetudo graeci sermonis exigat; at vero infra [c. 2] pro *μέγιστοι αὐτοκράτορες* dicere poterat *μεγάλοι αὐτοκράτορες.“ Arg. *μεγάλοις ναβιλεῖς* praebet. Noli mutare. — Lub. Petr. Par. 3 habent *ἄλλοι ἄλλοις ἕ. χρῶνται*. Haec lectio usitatior est, caeterorum vero codicum mutorum *ἄλλος ἄλλοις ἕ. χρῶνται* magis attica. Interdum Athenagoras collectivis singularibus verba pluralia iungit. Mox: *καὶ ἡ σύμπασα οἰκουμένη* [coll. c. 2. n. 5] *τῇ ὑμετέρᾳ συνέσει βαθείας εἰρήνης ἀπολαύουσιν.*

4. *γελοῖα*] Gesner. Rechenb. Dechair. ex Bon. *γελοία*, scil. *δίκη*, ediderunt: sed maluit Gesnerus *γέλοια*, num. plurali, ut referatur ad *τὰ πάτρια*. Caeteri codices msti et editi *γελοῖα* penanflexum suppeditant (sic alibi quoque Bon.: cc. 4. 10. 14 *γελοῖον*), sicut veteres Attici protulerunt. Pariter dicebant *ὁμοῖος*, recentiores *ὅμοιος*. Cf. Schneider. ad Plat. De rep. Vol. II. p. 14.

5. *Ἀλλ' ὁ μὲν Ἰλισὸς ... προσκυνεῖ*] Act. *ἀδρασταίαν* pro *Ἀδρά-*

μὲν Ἰλιεὺς Θεὸν Ἕκτορα λέγει καὶ τὴν Ἑλένην Ἀδράστειαν ἐπι- B
στάμενος προσκυνεῖ, [6] ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος Ἀγαμέμνονα Δία καὶ
Φιλονόην τὴν Τυνδάρεω θυγατέρα καὶ [7] Τέννην ὁ Τενέδιος σέβει,
ὁ δὲ Ἀθηναῖος [8] Ἐρεχθεῖ Ποσειδῶνι θύει· [9] καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθη-
ναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια ἄγουσι καὶ Πανδρόσῳ, αἳ ἐνο-
μίσθησαν ἀσεβεῖν ἀνοίξασαι τὴν λάρνακα. Καὶ ἑνὶ λόγῳ κατὰ 2
ἔθνη καὶ δήμους θυσίας κατάγουσιν ἃς ἂν [10] θέλωσιν ἄνθρωποι

στειαν. Mon. ἀδράστειαν. — C. 14: Ἰλιεῖς δὲ . . . Ἕκτορα φέρουσι. Synesius Calvit. Encom. p. 82: εἴ τε εἰς Ἴλιον γέγονας, εὐθὺς εἰσιόντι πᾶς Ἰλιεὺς ἡγεῖται τὴν ἐπὶ τὸν νεὼν τὸν Ἑκτόρειον, οὗ τὸν ἀνδριάντα πρόχειρον μὲν ἰδεῖν. Ad hunc locum I. G. Krabinger (Synesii Cyr. Calv. Enc., Stuttg. 1834, p. 225) laudavit Philostrat. Her. p. 68. ed. Boiss.: Τὸ ἐν Ἰλίῳ ἄγαλμα τοῦ Ἕκτορος ἡμιθέῳ ἀνδρώκῳ ἔοικε κτλ. Coll. Pausan. III. 18, 9. Helenam ab Iliensibus sub nomine Adrasteas cultam esse nullus quod sciam alius scriptor retulit. Eadem vero est Ἑλένη Ἀδράστεια quae apud Callimachum Hymn. in Dianam v. 232 Ἑλένη Ῥαμνουσίς. Ibi vide E. Spanhemium: Callim. Hymni ed. I. A. Ernesti, Lugd. 1761, T. II. p. 336. Coll. L. Preller *Griech. Mythologie*, Lips. 1854, T. II. p. 73 sqq. De significatione verbi ἐπισεάμενος, quod non ad προσκυνεῖ (Gesner.: „Helenam, veluti Adrastiam, scientes adorant") sed ad Ἀδράστειαν (Maran.: „Helenam colit, Adrastiam illam esse existimans") pertinet, adeas observationem meam in Iustini Dial. c. Tr. c. 67 (n. 16).

6. ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος ... θυγατέρα] Galland. δὲ post artic. ὁ omisit mendose. Codd. msti et editi Φυλονόην pro Φιλονόην. Sic librarius in Lub. primum scripserat, post autem literam ι mutavit in υ, id quod ex puncto supra literam ι scripto intelligitur. Pro Τυνδάρεω Lub. Bodl. 1. 2. Par. 3. Aet. Τυνδάρεως. Morell. Τυνδάρεο. — De Agamemnone Iove vide Lycophronis Cassandram v. 1129 et ibi Io. Meursium. Philonoen Apollodorus III. c. 10. §. 6 Tyndarei filiam nominat, immortalitate donatam a Diana.

7. Τέννην ὁ Τενέδιος] Omnes codd. editi Τέννην Ὀδίαν. Par. 1 τένν ἠνοδίαν. Par. 2 τένν ὀδίαν. Arg. Vat. Ottob. 1. 2. Par. 3. Bon. τέννην ὀδίαν. Bodl. 1. 2 τέμνην ὀδίαν. Orat. τένην ὀδίαν. Lub. Mon. Aet. τέννην ὀδίαν. Quod Suffr. Petrus in codice suo legi dicit ὀτρύνην ὀδίαν, id veretur Kaiserus (De cod. ms. Athenagorae Lubanensi p. 5) ne e chirographo minus perspicuo originem duxerit. „A librariis enim, qui compendiis in scribendo utebantur et literas uno tenore inter se connexas et implicitas exarabant, vocem Τέννην ita scribi, ut simillima sit voci Τρύνην, omnes testabuntur, quibus medii aevi literas pingendi ratio non incognita fuerit. In Lub. etiam codice, quicunque ad eum legendum accesserit minus exercitatus, non solum in eadem voce haeserit, Τρύνην scri-

Sed Iliensis Hectorem deum dicit et Helenam adorat, Adrasteam eam agnoscens, Lacedaemonius Agamemnonem Iovem et Philonoen Tyndarei filiam et Tennen Tenedius veneratur, Atheniensis Erechtheo Neptuno sacrificat: immo Agraulo Athenienses et caerimonias et mysteria celebrant ac Pandroso, quae existimatae sunt impie egisse quod aperuerint arcam. Et uno verbo in omnibus gentibus populisque sacra

plum legi existimans, sed aliis etiam in locis ϙν pro *σν* positum esse sibi persuaserit.“ Amplectitur istam lectionem tamquam veram Petrus eamque expuncto καὶ sic interpretatur: „Philonoen T. f. ceu Caduceatricem (Triviam seu) Proserpinam colit.“ Assentitur Rechenbergius. Sed ὀτρυντῆϙ vel ὀτρύντης, *caduceator*, reperitur apud veteres, non ὀτρύνη. Lango placet legere τὴν Ὀδίαν. Reddit „Compitalem Proserpinam.“ Vestigiis codicum magis convenienter conliciunt Meursius (Miscell. Lacon. Amst. 1661. p. 5) et Nourrius (Appar. ad Biblioth. Max. P. I. p. 495) τὴν Ἐνοδίαν, ille Dianam ita cognominatam animadvertens, hic Hecaten, quod ab Inacho inventa sit in via. Cf. Preller l. c. T. I. p. 199 sq. Sed illa lectio hic minus placet, ubi homines memorantur pro diis habiti cultique. Lindnerus: „Τέννης Ὀδία“, inquit, „est Trivia ultrix“. In Cur. poster. Gesneri coniecturam probat Τέννην Τενέδιος. Rectius vero legitur Τέννην ὁ Τενέδιος, addito articulo, ut iam Dechairius monuit. Cui ratio corruptionis ita se habere videtur: „ex ὁ Τενέδιος factae sunt litura aut vetustate ὁ δίος, quas voces librarius quidam grammatices aliquantulum peritus mutavit coniunctione facta in Ὀδίαν, ideo nimirum, quia putavit casum nominativum male convenire cum accusativo.“ Cf. e. gr. c. 19. n. 1. Cicero de nat. deor. III. c. 15: „In Graecia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenem.“ In Verr. II. 1, 19 (§. 49): „Tenem ipsum qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur.“ Cf. Diodor. Sic. V, 83. Tzetz. ad Lycophr. 232. Plut. Qu. gr. 28. Strab. VIII. 13. Frequentius Τέννης (duplici *ν*) scribitur quam Τένης.

8. Ἐρεχθεῖ Ποσειδῶνι] Hesychius: Ἐρεχθεύς, Ποσειδῶν ἐν Ἀθήναις. Cicero de nat. deor. III. c. 19. Templum eius, τὸ Ἐρέχθειον, in Acropoli Pausanias I. 26, 5 describit.

9. καὶ Ἀγραύλϙ κτλ.] Vocula καὶ ante τελεταὰς deest in Bodl. 1. 2. Post μυστήρια vox Ἀθηναῖοι in Par. 1. Arg. Mon. repetitur. Pro ἀνοίξασαι Bodl. 1 ἀνοίξασα. — Agraulos (etiam Ἄγλαυρος dicta) et Pandrosos Cecropis Atheniensium regis filiae fuerunt. Pausan. I. 2, 6. 27, 2. Sacra Agraulo in urbe Coronea facta horrenda fuisse narrat Eusebius Praepar. ev. IV. 16, 2. Notum est templum Pandrosi, τὸ Πανδρόσιον, in arce Atheniensi: Apollodor. III. 14, 2.

10. θέλωσιν] Reposui ex Par. 1. 2. Arg. Vat. Ottob. 1. 2. Caeteri ut edili ἐθέλωσιν. Arg. αἷς

καὶ μυστήρια. [11] Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι καὶ αἰλούρους καὶ κροκοδείλους καὶ ὄφεις καὶ ἀσπίδας καὶ κύνας θεοὺς νομίζουσι. Καὶ τούτοις πᾶσιν [12] ἐπιτρέπετε καὶ ὑμεῖς καὶ οἱ νόμοι, τὸ μὲν οὖν μηδ' ὅλως θεὸν ἡγεῖσθαι ἀσεβὲς καὶ ἀνόσιον νομίσαντες, τὸ δὲ οἷς ἕκαστος βούλεται χρῆσθαι ὡς θεοῖς ἀναγκαῖον, ἵνα τῷ πρὸς τὸ θεῖον δέει ἀπέχωνται τοῦ ἀδικεῖν. [13] Τμῖν δὲ (καὶ μὴ παρ- B ραπρουσθῆτε ὡς οἱ πολλοὶ ἐξ ἀκοῆς) τὸ ὄνομα τί ἀπεχθάνεται; Οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα μίσους ἄξια, ἀλλὰ τὸ ἀδίκημα δίκης καὶ τιμωρίας. Διόπερ τὸ πρᾶον ὑμῶν καὶ ἥμερον καὶ τὸ πρὸς [14] ἅπαντα εἰρηνικὸν καὶ φιλάνθρωπον θαυμάζοντες οἱ μὲν καθ' ἕνα ἰσονομοῦνται, αἱ δὲ πόλεις πρὸς ἀξίαν τῆς ἴσης μετέχουσι τιμῆς, [15] καὶ ἡ σύμπασα οἰκουμένη τῇ ὑμετέρᾳ συνέσει βαθείας εἰρήνης ἀπολαύουσιν. Ἡμεῖς δὲ οἱ λεγόμενοι Χριστιανοί, [16] ὅτι

pro ἄς. Utraque forma, θέλω et ἐθέλω, Atticis probatur; cf. Lobeck. ad Phryn. p. 7. Frotscher. ad Xenoph. Hier. 1, 29.

11. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι] Vox αἰλούρους in Bodl. 2 omissa. — Pergit Athenagoras et absurdissimae religionis exempla adducit, queis ta cite quasi crucis scandalum removet. *Rechenberg.* Istos Aegyptiorum deos (coll. c. 14) passim exagitant veteres patres. Clemens Alex. Paed. III. c. 2. §. 4, ubi de ornatissimis Aegyptiorum templis exposuit, haec sublicit: παστοφόρος . . . ὀλίγον ἐπαναστείλας τοῦ καταπετάσματος, ὡς δείξων τὸν θεόν, πλατὺν ἡμῖν ἐνδίδωσι γέλωτα τοῦ σεβάσματος· οὐ γὰρ θεὸς ὁ ζητούμενος ἔνδον εὑρεθήσεται, ἐφ' ὃν ἐσπεύσαμεν, αἴλουρος δὲ ἢ κροκόδειλος ἢ αὐτόχθων ὄφις ἢ τι τοιοῦτον θηρίον, ἀνάξιον μὲν τοῦ νεώ, χηραμοῦ δὲ ἢ φωλεοῦ ἢ βορβόρου ἀντάξιον.

12. ἐπιτρέπετε] Scil. θεοὺς νομίζειν οὓς ἂν θέλωσιν. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. τούτων pro τούτοις. Mon. ἡμεῖς pro ὑμεῖς. Arg. τὸ μὲν μηδόλως, omisso οὖν. Stephanus ait: „Particula οὖν quoad sensum supervacanea est.“ Quod non dixerim. Bodl. 2 et Aet. non ἀσεβὲς sed ἀσεβεῖς. Infra pro θεῖον Lub. θείῳ. Pro ἀπέχωνται Par. 1. Ottob. 1. 2 ἀπόχωνται. Lub. ἀπέχονται. Mon. τοῦ ἀδικῶν pro τοῦ ἀδικεῖν.

13. Τμῖν δὲ . . . τὸ ὄνομα τί ἀπεχθάνεται;] Codd. editi ἡμῖν δὲ . . . τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεσθε. Genuinam lectionem Par. 1. Lub. Petr. Orat. indicant: ὑμῖν δὲ . . . τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεται. Illud ὑμῖν Mon. quoque agnoscit; Par. 3 ἀπεχθαίνεται. Caeteri codd. misti ista praebent quae in editis comparent. Ratio corruptionis facile cognoscitur. Constat locutionem ἀπεχθάνομαί τινι, *in odium incurro s. odio sum alicui*, lubenter fuisse usurpatam Atticis. Cf. etiam Chr. Abr. Wahlii Clav. librr. V. T. apocr. (Lips. 1853) p. 59. Nomen (Christianorum) non

homines quae ipsis placuerint et mysteria peragunt. Aegyptii autem et feles et crocodilos et serpentes et aspides et canes deos existimant. Atque his omnibus et vos et leges conceditis, utpote nullum quidem omnino deum arbitrari impium et nefarium, deos autem quos quisque voluerit colere necessarium iudicantes, ut numinis metu abstineant maleficio. Vobis autem (ne, quaeso, ut vulgus auditione fallamini) nomen cur odio est? Non enim nomina odio digna, sed malefactum poena et supplicio. Quapropter lenitatem vestram et mansuetudinem et in omnes placabilitatem et humanitatem admirantes singuli quidem aequo iure vivunt, civitates autem pro sua quaeque dignitate aequabilem honorem sortiuntur, et universum imperium per vestram prudentiam profunda pace perfruitur. Nos autem qui Christiani dicimur, quia non etiam nobis providistis, sed

debet esse exosum, sed animos ad acta attendatis: inde iudicetis. Cf. c. 2. n 8. Addo VV. DD. coniectationes, quibus haud opus est. Stephanus non dubitat quin auctor scripserit *ἡμῶν δὲ ... τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεσθε*. Suffr. Petrus prorsus contra mentem Athenagorae: *ὑμῖν δὲ (καὶ μὴ παραπρουσθῆτε, ὡς οἱ πολλοὶ ἐξ ἀκοῆς τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεται) οὐ τὰ ὀνόματα μίσους ἄξια κτλ.* Io. Conr. Schwartzius in Miscell. Lips. Tom. VIII (a. 1718) p. 364 sqq.: *ἡμῖν δὲ (καὶ μὴ παραπρουσθῆτε ... τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεσθαι· οὐ γὰρ ... ἀπολαύουσιν.) ἡμεῖς δὲ οἱ λεγόμενοι Χριστιανοὶ κτλ.*, quae sic exprimit: „Nobis vero (sed ne offendamini, ut ex sola fama multi, nomine: neque enim nomina merentur odium etc.) A nobis, inquam, qui Christiani appellamur" etc. Ipsi anacoluthon, quod ex illa emergit explanatione, gratiosissimum videtur esse! Maranus: *ἡμῶν δὲ ... τῷ ὀνόματι τί ἀπεχθάνεσθε;* vel: *ἡμῶν δὲ ... τὸ ὄνομα τί ἀπεχθάνεται;* Idem *παραπρουσθῆτε* transtulit *offendamini*. Tum debebat esse *προσπρουσθῆτε*, ut coniecit Heynius (Gottingensis philologus) in literis ad Lindnerum datis. *Παραπρούεσθαι* est *decipi*. Nostrales: „lasset euch nur nicht wie die grosse Menge durch ein bloses Wort beirren!" Paullo infra: *ἐπὶ μόνῳ ὀνόματι προσπρλεμούντων ἡμῖν τῶν πολλῶν*.

14. *ἅπαντα*] Ottob. 2 *ἀπάντας*.

15. *καὶ ἡ σύμπασα οἰκ. ... ἀπολαύουσιν*] Cf. n. 3 et Prolegg. c. VII „De inscriptione Supplicationis". — Bodl. 1. 2. Aet. *τῇ ἡμετέρᾳ συνέσει*.

16. *ὅτι*] Mon. in marg. *ἴσως λείπει*. Verba *Ἡμεῖς δὲ οἱ λεγ. Χριστιανοὶ* cohaerent cum *μηνύσαι τὰ καθ' ἑ. ἐκολμήσαμεν*. — Par. 1

μὴ προνενόησθε καὶ ἡμῶν, συγχωρεῖτε δὲ μηδὲν ἀδικοῦντας, ἀλλὰ C
καὶ πάντων, ὡς προϊόντος τοῦ λόγου δειχθήσεται, [17] εὐσεβέστατα
διακειμένους καὶ δικαιότατα πρός τε τὸ θεῖον καὶ τὴν ὑμετέραν
βασιλείαν, [18] ἐλαύνεσθαι καὶ φέρεσθαι καὶ διώκεσθαι, ἐπὶ μόνῳ
ὀνόματι προσπολεμούντων ἡμῖν τῶν πολλῶν, μηνύσαι τὰ καθ'
ἑαυτοὺς ἐτολμήσαμεν (διδαχθήσεσθε [19] δὲ ὑπὸ τοῦ λόγου ἄτερ
δίκης καὶ παρὰ πάντα νόμον καὶ λόγον πάσχοντας ἡμᾶς), καὶ
δεόμεθα ὑμῶν καὶ περὶ ἡμῶν τι σκέψασθαι, ὅπως [20] πανσώμε-
θά ποτε ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν σφαττόμενοι. Οὐδὲ γὰρ εἰς χρή-
ματα ἡ παρὰ τῶν διωκόντων ζημία, οὐδὲ εἰς [21] ἐπιτιμίαν ἡ αἰ- D
σχύνη, ἢ εἰς ἄλλο τι τῶν μειζόνων ἡ βλάβη· τούτων γὰρ κατα-
φρονοῦμεν, εἰ καὶ τοῖς πολλοῖς δοκῇ σπουδαῖα, [22] δέροντα οὐ μό-
νον μὴ ἀντιπαίειν οὐδὲ μὴν δικάζεσθαι τοῖς ἄγουσι καὶ ἁρπά-
ζουσιν ἡμᾶς μεμαθηκότες, [23] ἀλλὰ τοῖς μέν, κἂν κατὰ κόρρης
προσπηλακίζωσι, καὶ τὸ ἕτερον παίειν παρέχειν τῆς κεφαλῆς μέ-
ρος, τοῖς δέ, εἰ τὸν χιτῶνα ἀφαιροῖντο, ἐπιδιδόναι καὶ τὸ ἱμά-
τιον. Ἀλλ' εἰς τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχάς, ὅταν ἀπείπωμεν τοῖς 3
χρήμασιν, ἐπιβουλεύουσιν ἡμῖν, [24] κατασκεδάζοντες ὄχλον ἐγκλη-

συγχωρεῖται (sic). Tum idem et Ottob. 1. 2 μηδένα ἀδικοῦντας.

17. εὐσεβέστατα διακειμένους κτλ.] Iustinus Apol. I. c. 17: Ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν. Tertullianus ad Scapul. c. 2: „Christianus nullius est hostis, nedum imperatoris, quem sciens a deo suo constitui necesse est ut et ipsum diligat et revereatur et honoret et salvum velit cum toto romano imperio."

18. ἐλαύνεσθαι καὶ φέρεσθαι] Vide proverbium „Agi et ferri" apud Erasmum. Inferius [c. 25] dicit ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι. *Gesner.* Erasmus autem Chil. 3. cent. 7. n. 32 ἄγουσι καὶ φέρουσι pro eo inquit quod est hostili more populantur aut vexant. *Rechenberg.*

19. δὲ] Deest in Bodl. 1. 2. Act. Paullo ante αὐτοὺς Bodl. 2 pro ἑαυτοὺς. Mox Bodl. 2 et Act. non ἄτερ sed ἄπερ. Dein Bodl. 1. 2 πάσχοντες ἡμᾶς.

20. πανσώμεθα] Clar. et Act. πανσόμεθα.

21. ἐπιτιμίαν] Act. ἐπιθυμίαν. Mox ἢ in Par. 1 supra lineam positum est, sed prima manu.

22. δέροντα] Id reposui ex Par. 1. 2. Ottob. 1. 2. Lub. Mon., pro γε ὄντα quod (ad praecedentia verba relatum) in editis exstat. Caeteri codd. msti aut δαίροντα (Arg.) aut δέοντα (Bodl. 1. 2. Clar. Act. Bon.)

nihil agentes mali, vel potius omnium, ut progressu orationis demonstrabitur, sanctissime et aequissime de deo ac de imperio vestro sentientes, exagitari et ferri et vexari sinitis, vulgo bellum nobis ob solum nomen inferentes: nos, inquam, res nostras in lucem proferre ausi sumus (docebit autem vos haec oratio praeter fas et praeter legem omnem et rationem nos pati), atque vos obsecramus ut etiam de nobis aliquid cogitetis, quo tandem aliquando a sycophantis mactari desinamus. Neque enim ad pecunias spectat inimicorum mulcta, neque ad existimationem ignominia, aut ad aliud quidpiam rei maioris noxa: haec quippe contemnimus, quamvis vulgo videantur studio digna; ut qui non modo non reverberare verberantem neque invadentes et rapientes in iudicium vocare didicerimus, sed istis, etiamsi colaphum inflixerint, alteram quoque capitis partem percutiendam praebere, his autem, si tunicam abstulerint, superaddere etiam pallium. Sed corporibus ac vitis nostris, postquam pecunias proiecimus, insidiantur, criminum acervum in

vitiose habent. Tu fortasse conieceris δέροντας. Sed hac mutatione haud est opus, licet τοῖς μὲν sequatur. Mox codd. msti et editi τὸ ἀντικαλεῖν pro μὴ ἀντικαλεῖν. Gesnerus voluit τὸ μὴ ἀντικαλεῖν, quocum Rechenberg. Dechair. et Lindner. sentiunt. Sequens ἀλλὰ vim obtinet augmentativam; cf. Iustin. De resurr. c. 8. n. 14. Sensus: Inimici nostri, qui nos mulctant et ignominia afficiunt nobisque nocent, non pecuniam nostram petunt aut existimationem aut maiorum vitae bonorum quodquam: haec enim contemnimus, utpote qui didicerimus non reverberare verberantes etc., immo potius beneficiis malefacta pensare: sed ipsi vitae nostrae insidiantur. — Pro μεμαθηκότες Bodl. 1. 2 μεμιαθηκότες.

23. ἀλλὰ τοῖς μέν ... ἱμάτιον] Matth. 5, 39. 40; coll. Luc. 6, 29. — In Arg. κἂν ante κατὰ κόρρης abest. Lub. usitatius προσηλακίζωσι. Idem codex non παρέχειν τ. κεφ. μέρος sed τ. κεφ. μέρος διδόναι. Mon. παρέχειν omisit. Bodl. 1. 2 πανεῖν, non παίειν. In Bodl. 1. 2 et Aet. καὶ ante τὸ ἱμάτιον desideratur.

24. κατασκεδάζοντες] Lub. κατασκευάζοντες, quod praestat, quum per se, tum propter sequens ἀποσκευάσαι [c. 2]. *Kaiser.* Sed κατασκεδάζοντες magis convenit ἀδολεσχοῦσι proxime respondenti. Pro οὐδὲ Aet. οὐτὲ (sic).

μάτων· ἃ ἡμῖν μὲν οὐδὲ μέχρις ὑπονοίας, τοῖς δὲ πολεσχοῦσι καὶ τῷ ἐκείνων πρόσεστι γένει.

2. [1] Καὶ εἰ μέν τις ἡμᾶς ἐλέγχειν ἔχει ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον ἀδικοῦντας, κολάζεσθαι οὐ παραιτούμεθα, ἀλλὰ καὶ [2] ἥτις πικροτάτη καὶ ἀνηλεὴς τιμωρία ὑπέχειν ἀξιοῦμεν. Εἰ δὲ μέχρις ὀνόματος ἡ κατηγορία (εἰς γοῦν τὴν σήμερον ἡμέραν ἃ περὶ ἡμῶν λογοποιοῦσιν [3] ἡ κοινὴ καὶ ἄκριτος τῶν ἀνθρώπων φήμη, καὶ οὐ- B δεὶς ἀδικῶν Χριστιανὸς ἐλήλεγκται), ὑμῶν ἤδη ἔργον τῶν μεγίστων καὶ [4] φιλανθρώπων καὶ φιλομαθεστάτων βασιλέων, ἀποσκευάσαι ἡμῶν νόμῳ τὴν ἐπήρειαν, ἵν', ὥσπερ [5] ἡ σύμπασα ταῖς παρ' ὑμῶν εὐεργεσίαις καὶ καθ' ἕνα πεποιήμεθα καὶ κατὰ πόλεις, καὶ ἡμεῖς [6] ἔχωμεν ὑμῖν χάριν, σεμνυνόμενοι ὅτι πεπαύμεθα συκοφαντούμενοι. [7] Καὶ γὰρ οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας δικαιοσύνης τοὺς μὲν ἄλλους, αἰτίαν λαβόντας ἀδικημάτων, μὴ πρό- C τερον ἢ ἐλεγχθῆναι κολάζεσθαι, ἐφ' ἡμῶν δὲ μεῖζον ἰσχύειν τὸ ὄνομα τῶν ἐπὶ τῇ δίκῃ ἐλέγχων, οὐκ εἰ ἠδίκησέ τι ὁ κρινόμενος τῶν δικαζόντων ἐπιζητούντων, ἀλλ' εἰς τὸ ὄνομα ὡς εἰς ἀδίκημα ἐνυβριζόντων. [8] Οὐδὲν δὲ ὄνομα ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ

1. *Καὶ ... ἀξιοῦμεν*] Iustinus Apol. I. c. 3 (n. 2): *ἀξιοῦμεν τὰ κατηγορούμενα αὐτῶν ἐξετάζεσθαι, καί, ἐὰν οὕτως ἔχοντα ἀποδεικνύωνται, κολάζεσθαι ὡς πρέπον ἐστί.* Huius postulati, ut non nisi criminum convicti punirentur Christiani, aequitatem ipsi agnoverunt imperatores. Adi c. 3. n. 10.

2. *ἥτις*] Lub. *ἡ τις*. Arg. *εἴ τις*. Antea Morellius et Ducaeus *ἀδικοῦντα* mendose pro *ἀδικοῦντας*.

3. *ἡ κοινὴ κτλ.*] Scil *ἐστί*. Articulus *ἡ* minime expungendus est (Steph. et Lindn.), quum notum significet rumorem. Infra: *μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φήμῃ συναπενεχθέντας*. Et: *τὰ ἀπὸ τῆς ἀκρίτου τῶν πολλῶν φήμης*. C. 11: *ἵνα γὰρ μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ συναποφέρησθε γνώμῃ*. Bodl. 1. 2. Aet. *τὴν* ante *σήμερον* omittunt. Mex Mon. *χριστιανὸν* pro *Χριστιανός*. — De sententia cfr. Iustinus Apol. I. c. 23 (n. 7): *τὰ καθ' ἡμῶν λεγόμενα δύσφημα καὶ ἀσεβῆ ἔργα ἐνήργησαν* (daemones), *ὧν οὐδεὶς μάρτυς οὐδὲ ἀπόδειξίς ἐστι.*

4. *φιλανθρώπων*] Stephan. coniecit *φιλανθρωποτάτων*, quoniam gradus tertius et praecedat et sequatur. Sed non opus est; nam paullo ante *πικροτάτη καὶ ἀνηλεής*. — Pro *ἀποσκευάσαι ἡμῶν τὴν ἐπήρειαν (calumniam removere)* c. 9 *ἀποσκευάσασθαι τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπήρειαν*. De verbo *ἀποσκ.* a recentioris aetatis scriptoribus frequentato vid. Creuzer. ad Procl. de unit. et pulchrit. p. 80 et Iacobs. ad Achill. Tat. p. 990.

5. *ἡ σύμπασα*] Scil. *οἰκουμένη* (c. 1. n. 3). Bod. 1. *ἡμῶν* pro

nos effundentes: quae nobis quidem nec cogitatione tenus, iis autem qui haec effutiunt et istorum similibus inhaerent.

2. Ac nos quidem si quis arguere potest vel parvi vel maioris criminis, poenam non deprecamur, sed vel acerbissimam et crudelem quamque nobis infligendam censemus. Sin autem ad nomen dumtaxat pertinet accusatio (certe quod ad hodiernum usque diem de nobis dictitant iste communis est et temerarius hominum rumor, neque ullus malefacti Christianus convictus est), vestrum iam fuerit, maximi et humani et literatissimi reges, iniuriam quam patimur lege propulsare, ut, quemadmodum in toto imperio et singulos et civitates beneficia vestra complectuntur, etiam nos gratiam vobis habeamus, gloriantes quod desierimus calumniis appeti. Etenim non convenit vestrae iustitiae ut alii quidem, si in iudicium de crimine aliquo vocentur, non ante puniantur quam convicti fuerint, de nobis vero plus nomen valeat quam in iudicio argumenta: non id inquirentibus iudicibus utrum reus aliquid mali admiserit, sed nomini tamquam sceleri notam inurentibus. Nullum autem nomen in

ὑμῶν. Bodl. 1. 2 *εὐεργέταις* pro *εὐεργεσίαις*. — C. 1: *οἱ μὲν καθ' ἕνα ἰσονομοῦνται, αἱ δὲ πόλεις πρὸς ἀξίαν τῆς ἴσης μετέχουσι τιμῆς.*

6. *ἔχομεν*] Par. 1 et Lub. *ἔχομεν*. Bodl. 1 et Aet. *χάριν ὑμῖν*.

7. *Καὶ γὰρ ... ἐννβριζόντων*] Particula illa *γὰρ* in Bodl. 1. 2 et Aet. desideratur. Aet. *ἰσχύει* pro *ἰσχύειν*. Ducaeus τὸ post *ἰσχύειν* omisit. A Lub. Bodl. 1. 2. Aet. *εἰ* ante *ἠδίκησε* abest. Bodl. 1. 2 *ἀδίκησε*. Vocem *ἐκιζητούντων* non agnoscunt Bodl. 1. 2 et Aet. Pro *ὡς εἰς ἀδίκημα* Arg. *ὡσεὶ ἀδίκημα*. Praepositio *πρός* c. genit. metaphorice dicta ad significandum id quod alicui convenit: *es ist eurer Gerechtigkeit nicht angemessen*, nicht nach deren Art. Cf. c. 10. n. 8. Xenoph. Mem. Socr. II. c. 3. §. 15: *Ἄτοπα λέγεις, ὦ Σ., καὶ οὐδαμῶς πρὸς σοῦ, ex more tuo s. sapientiae tuae convenienter.* Cf. Herbst. ad h. l. et Pape Lex. gr. T. II. p. 703 sq. — Iustinus l. c. c. 4: *Καὶ γὰρ τοὺς κατηγορουμένους ἐφ' ὑμῶν πάντας πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμωρεῖτε, ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα ὡς ἔλεγχον λαμβάνετε.* C. 7: *ὁ ἐλεγχθεὶς ὡς ἄδικος κολάζηται, ἀλλὰ μὴ ὡς Χριστιανός.* Cf. Tatian. Orat. ad Gr. c. 27 ibique (n. 1) observata.

8. *Οὐδὲν δὲ ὄνομα ... δοκεῖ*] Cf. c. 1 (n. 13): *Οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα μίσους ἄξια, ἀλλὰ τὸ ἀδίκημα δίκης καὶ τιμωρίας.* Iustinus l. c. c. 4: *Ὀνόματος μὲν οὖν*

[9] *οὐ πονηρὸν οὔτε χρηστὸν νομίζεται, διὰ δὲ τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἢ πονηρὰς ἢ ἀγαθὰς πράξεις ἢ* [10] *φλαῦρα ἢ ἀγαθὰ δοκεῖ. Τμεῖς δὲ ταῦτα* [11] *ἴστε φανερώτερον, ὡσανεὶ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ παιδείας πάσης ὁρμώμενοι. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ παρ'* D *ὑμῖν κρινόμενοι, κἂν* [12] *ἐπὶ μεγίστοις φεύγωσι, θαῤῥοῦσιν, εἰδότες ὅτι ἐξετάσετε* [13] *αὐτῶν τὸν βίον, καὶ οὔτε τοῖς ὀνόμασι προσθήσεσθε, ἂν ᾖ κενά, οὔτε ταῖς ἀπὸ τῶν κατηγοριῶν αἰτίαις, εἰ ψευδεῖς εἶεν·* [14] *ἐν ἴσῃ τάξει τὴν καταδικάζουσαν τῆς ἀπολυούσης δέχονται ψῆφον. Τὸ τοίνυν πρὸς ἅπαντας ἴσον καὶ ἡμεῖς ἀξιοῦμεν, μὴ ὅτι Χριστιανοὶ λεγόμεθα μισεῖσθαι καὶ κολάζεσθαι (τί* [15] *γὰρ ἡμῖν τὸ ὄνομα πρὸς κακίαν τελεῖ;), ἀλλὰ κρίνεσθαι* [16] *ἐφ' ὅταν ἂν καὶ εὐθύνῃ τις, καὶ ἢ ἀφίεσθαι ἀπολυομένους τὰς κατηγορίας ἢ κολάζεσθαι τοὺς ἁλισκομένους πονηρούς, μὴ ἐπὶ τῷ ὀνόματι (οὐδεὶς* [17] *γὰρ Χριστιανὸς πονηρός,* 4 *εἰ μὴ ὑποκρίνεται τὸν λόγον), ἐπὶ δὲ τῷ ἀδικήματι.* [18] *Οὕτω καὶ τοὺς ἀπὸ φιλοσοφίας κρινομένους ὁρῶμεν. Οὐδεὶς* [19] *αὐτῶν πρὸ κρίσεως διὰ τὴν ἐπιστήμην ἢ τέχνην ἀγαθὸς ἢ πονηρὸς τῷ*

προσωνυμίᾳ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποκιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων. Mox: *Ἐξ ὀνόματος μὲν γὰρ ἢ ἔπαινος ἢ κόλασις οὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἦν μή τι ἐνάρετον ἢ φαῦλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι δύνηται.* Ibi (n. 1) Tertullianum quoque laudavi.

9. *οὐ*] Arg. omisit. Bodl. 1. 2 et Act. *οὔτε χρηστὸν* non agnoscunt. Antea *αὐτοῦ* ex Par. 1. 2. Lub. Mon. rescripsi pro *αὐτοῦ*, quod in reliquis codd. mutis comparet servaturque ab editoribus, Ducaeo ac Lindnero exceptis, licet hanc formam (pro *ἑαυτοῦ*) respuat Athenagoras. Illud reflexivum non est, sed scriptor ex sua mente loquitur. Vult sibi haec: „quatenus nudum nomen est" (*ἐφ' ἑαυτοῦ, an und für sich*) „neque ei ab aliis quidquam supponitur" (*δι' αὐτοῦ, von selbst*).

10. *φλαῦρα*] Arg., pro attica ista forma, *φαῦλα* offert.

11. *ἴστε*] Bodl. 1. 2 *ἴστε*. Mox Mon. *παιδίας*.

12. *ἐπὶ μεγίστοις*] Scil. *ἀδικήμασι*. Supra enim: *ὡς εἰς ἀδίκημα*. — Paullo ante Act. *παρ' ἡμῖν*. Bodl. 2 *κρινόμενος*. Mox Par. 1. 2. Orat. Act. *φεύγουσι*.

13. *αὐτῶν*] Act. *αὐτὸν*. Dein Bodl. 2 *ὑπὸ τ. κατηγοριῶν*.

14. *ἐν ἴσῃ τάξει*] Ducaeus *τάξει ἐν ἴσῃ*. Mox idem *ἐλυούσης*. — Lindner.: „*τάξις* est *ratio, modus*, hic scilicet, ut calculus uterque non nisi pro meritis feratur." Gesnerus coniecit *ἐν ἴσῃ δὲ τάξει* et Maranus *καὶ ἐν ἴσῃ τάξει*. Stephanus potius legerit *καὶ εἰδότες* (= *διὰ τὸ εἰδέναι*) *ὅτι ... ἐν ἴσῃ*

se et per se aut bonum aut malum censetur, sed propter subiectas illis bonas aut malas actiones bona aut mala videntur. Vos autem haec clarius perspicitis, utpote philosophia et eruditione omni imbuti. Propterea et qui apud vos iudicantur, etiamsi de maximis criminibus accusentur, bono sunt animo, quum futurum sciant ut in eorum vitam inquiratis, ac neque nominibus moveamini, si inania sint, neque accusationum criminibus, si falsa fuerint: aequabili iudicii ordine damnantem sententiam et absolventem experiuntur. Quod igitur aequabile est omnium ius nos quoque postulamus, ut nequaquam odio habeamur et puniamur quia dicimur Christiani (quid enim nobis hoc nomen ad nequitiam confert?), sed iudicemur de quocumque quis vocaverit, ac vel absolvamur refutatis accusationibus vel puniamur convicta improbitate: non propter nomen (nullus enim Christianus improbus, nisi doctrinam hanc simultate profiteatur), sed propter crimen. Sic etiam de philosophis iudicium ferri videmus. Nemo eorum ante iudicium scientiae aut artis nomine bonus aut malus iudici esse putatur, sed qui improbus quidem

τάξει κτλ., h. e. *aequo animo exspectant*. Sed huic emendandi modo repugnat τὸ πρὸς ἅπαντας ἴσον, quod statim memoratur. Sensus: Rei vestri ius aequabile experiuntur, sive damnandi sive absolvendi; ergo vestram hanc in omnes aequabilitatem nos quoque postulamus.

15. γὰρ] Mon. omisit. — Tertull. Apol. c. 3: „Si nominis odium est, quis nominis reatus?“

16. ἐφ' ὅτων] Ducaeus ἐφ' ὅσων. Arg. ἐφ' ὅτω (sic). Bodl. 1. 2. Aet. ἐφ' ὧτω.

17. γὰρ] Mon. omisit.

18. Οὕτω] Lub. τούτῳ. — Hoc argumentum, quo utitur Iustinus l. c. c. 4, eo maioris est ponderis, ut Maranus advertit, quod philosophi deos irritebant, nec tamen idcirco male audiebant aut puniebantur. Tertullianus l. c. c. 46: „Cur ergo quibus comparamur de disciplina, proinde illis non adaequamur ad licentiam impunitatemque disciplinae? Vel cur et illi ut pares nostri non urgentur ad officia, quae nos non obeuntes periclitamur? Quis enim philosophum sacrificare aut deierare aut lucernas meridie vanas prostituere compellit? Quin imo et deos vestros palam destruunt et superstitiones vestras commentariis quoque accusant, laudantibus vobis.“

19. αὐτῶν] Bodl. 2 αὐτῶν καὶ. Mox Aet. ἀγαθοῖς pro ἀγαθός. Tum Bodl. 1. 2. Aet. ἄδικον, non ἄδικος.

δικαστῇ εἶναι δοκεῖ, ἀλλὰ δόξας μὲν εἶναι ἄδικος πολίζεται, οὐδὲν τῇ φιλοσοφίᾳ προστριψάμενος ἔγκλημα (ἐκεῖνος γὰρ πονηρὸς ὁ μὴ [20] ὡς νόμος φιλοσοφῶν, ἡ δὲ ἐπιστήμη ἀναίτιος), ἀπολυσάμενος δὲ τὰς διαβολὰς ἀφίεται. Ἔστω δὴ τὸ ἴσον καὶ ἐφ' ἡμῶν· ὁ τῶν κρινομένων ἐξεταζέσθω βίος, τὸ δὲ ὄνομα παντὸς B ἀφείσθω ἐγκλήματος. Ἀναγκαῖον δέ μοι ἀρχομένῳ ἀπολογεῖσθαι [21] ὑπὲρ τοῦ λόγου δεηθῆναι ὑμῶν, [22] μέγιστοι αὐτοκράτορες, ἴσους ἡμῖν ἀκροατὰς γενέσθαι καὶ [23] μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φήμῃ συναπενεχθέντας προπατασχεθῆναι, ἐπιτρέψαι δὲ ὑμῶν τὸ φιλομαθὲς καὶ φιλάληθες καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ. Τμεῖς τε γὰρ οὐ πρὸς ἀγνοίας [24] ἐξαμαρτήσετε καὶ ἡμεῖς, τὰ ἀπὸ τῆς ἀκρίτου τῶν πολλῶν φήμης [25] ἀπολυσάμενοι, παυσόμεθα πολεμούμενοι.

3. [1] Τρία ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέ- C στεια δεῖπνα, Οἰδιποδείους μίξεις. Ἀλλὰ εἰ μὲν ἀληθῆ ταῦτα, μηδενὸς γένους [2] φείσησθε, ἐπεξέλθετε δὲ τοῖς ἀδικήμασι· σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶ προῤῥίζους ἡμᾶς ἀποκτείνατε, εἴ γέ τις [3] Χριστιανῶν ζῇ δίκην θηρίων. [4] Καίτοι γε καὶ τὰ θηρία τῶν ὁμο-

20. ὡς νόμος] In Bodl. 1. 2. Act. ὡς deest. Act. μόνος pro νόμος (c. 3. n. 8).

21. ὑπὲρ τοῦ λόγου] Lindnerus ista verba, quae non intellexit, glossam sapere contendit. Sed ὁ λόγος dicitur de doctrina s. religione, ut supra εἰ μὴ ὑποκρίνεται τὸν λόγον et mox (coll. cc. 9. 11) τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ. C. 4: ὁ λόγος ἡμῶν. C. 11: τὴν ὠφέλειαν ... παρὰ τοῦ λόγου. Cf. C. B. Hase ad Leon. Diac. Histor. (Bonn. 1828) p. 464. Loquendi formula ἀπολογεῖσθαι ὑπέρ τινος c. 22 reperitur. Cf. Prolegg. c. VII. Videsis Iustin. Apol. I. c. 2. n. 8.

22. μέγιστοι] Bodl. 1. 2 ὦ μέγιστοι.

23. μὴ] In Mon. a correctoris manu superscriptum. Bodl. 1 et Act. φημὶ pro φήμῃ. Arg. non συναπενεχθ. sed ἀπενεχθέντας.

24. ἐξαμαρτήσετε] Par. 1 ἐξαμαρτήσεται.

25. ἀπολυσάμενοι] Codd. mstι et editi ἀποδυσάμενοι. Illud recte legendum coniecit Maranus probavitque Nolte (*Zeitschr. für d. ges. kathol. Theologie*, ed. I. Scheiner, T. VI. Vindob. 1854. p. 459). Sic antea: ἀπολυομένους τὰς κατηγορίας. Et: ἀπολυσάμενος τὰς διαβολάς. Literae Δ et Λ saepe a librariis commutantur, ut Iustin. Dial. c. Tr. c. 79. n. 11 monui. Nescio cur Lindnerus scripturam τὰ ἀπὸ τῆς ... φήμης, omnibus codd. mstis et editis firmatam, prava emendatione τὰ ὑπὸ τῆς ... φήμης scil. ὀνειδιζόμενα attentaverit.

esse deprehensus est punitur, nullo in philosophiam redundante crimine (improbus enim ille est qui non legitime philosophatur, scientia extra noxiam), qui vero refutavit calumnias absolvitur. Servetur itaque haec iuris aequabilitas etiam erga nos: inquiratur in vitam reorum, nomen omni absolvatur crimine. Necessarium autem mihi est doctrinam nostram defendere incipienti vos orare, maximi imperatores, ut aequis animis audiatis nec communi et a ratione alieno rumore abrepti praeoccupemini, sed vestrum discendi ac veritatis studium nostrae quoque doctrinae concedatis. Quum enim vos non per ignorantiam peccabitis tum nos, postquam refutavimus quae temerarius iste vulgi rumor affingit, bello appeti desinemus.

3. Tria nobis affingunt crimina: atheismum, Thyesteas coenas, Oedipodeos concubitus. Quae quidem si vera sunt, nulli generi parcite, poenas potius scelerum repetite; radicitus nos cum uxoribus et pueris delete, si quis Christianorum vivit instar ferarum. Quamquam ipsae belluae ge-

1. *Τρία κτλ.*] Lub. *Θυέστεια δεῖπνα.* Par. 2. Lub. Bodl. 1. 2. Orat. Mon. *οἰδιποδίους μίξεις.* — Iam transit Athenagoras ad expositionem trium criminum Christianis obiectorum. Vid. Prolegg. c. VI „Argumenta Operum". Omnes fere patres veteres ista commemorarunt. Cf. Semisch. *Justin der Märtyrer* T. II (Vratisl. 1842) p. 100 sqq. Formula vero dicendi, *Θυέστεια δεῖπνα* et *Οἰδιπόδειοι μίξεις*, in hac Supplicatione tantum et in Epistola Lugdun. ac Vienn. ap. Euseb. H. E. V. c. 1 (Reliqq. sacr. ed. Routh T. I. p. 272) comparet. Affingebantur Thyesteae coenae et Oedipodei concubitus Christianis non solum a gentilibus sed etiam a Iudaeis, id quod ad Iustini Apol. I. c. 26 (n. 29) observavi. Fortasse Athenagoras scripsit aut voluit scribere: *ἀθεότητα, Οἰδιποδείους μίξεις, Θυέστεια δεῖπνα.* Nam hoc ordine tria crimina (c. 4 sqq., c. 32 sqq., c. 35 sq.) refutavit: eumdemque paullo post servavit (n. 4).

2. *φείσησθε*] Mon. *φείσεσθε.* Statim Arg. *ἐπεξέλθατε.*

3. *Χριστιανῶν*] Codd. msti et editi *ἀνθρώπων.* Menda est ex non animadverso scripturae compendio. Vocos $\overline{\chi\rho\omega\nu}$ et $\overline{\alpha\nu\omega\nu}$ facile commutabantur, praesertim quum *θηρία* viderentur opposita. Similes librariorum errores collegi ad Tatianum c. 39 (n. 9). Eamdem emendationem Nolte (l. c. p. 458) proposuit.

4. *Καίτοι γε*] Aet. non agnoscit. Sequens *καὶ* ante *τὰ θηρία* Ducaeus omisit. Fuerunt qui exi-

γενῶν οὐχ ἅπτεται, καὶ νόμῳ φύσεως [5]καὶ πρὸς ὃν καιρὸν τὸν τῆς τεκνοποιΐας, οὐκ ἐπ' ἀδείας [6]μίγνυται, γνωρίζει δὲ καὶ ὑφ' ὧν ὠφελεῖται. Εἴ τις οὖν καὶ τῶν θηρίων ἀνημερώτερος, D τίνα [7]οὗτος πρὸς τὰ τηλικαῦτα ὑποσχὼν δίκην καὶ πρὸς ἀξίαν κεκολάσθαι νομισθήσεται; Εἰ δὲ λογοποιΐαις ταῦτα καὶ διαβολαὶ [8]κεναί, φυσικῷ λόγῳ πρὸς τὴν ἀρετὴν τῆς κακίας ἀντικειμένης καὶ πολεμούντων ἀλλήλοις τῶν ἐναντίων θείῳ νόμῳ, [9]καὶ τοῦ μηδὲν τούτων ἀδικεῖν ὑμεῖς μάρτυρες, κελεύοντες μὴ [10]μηνύειν,

stimarent Atticis non licuisse γέ post τοί collocare nisi alio vocabulo interposito. Sed vid. Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 296 et Lobeck. ad Phryn. p. 342. Est καίτοι γε (c. 22. n. 44) fortius quam καίτοι, quamquam maxime. Caeterum verba τῶν ὁμογ. οὐχ ἅπτεται ad Θυέστεια δεῖπνα spectant, tum νόμῳ φύσεως ... οὐκ ἐπ' ἀδείας μίγνυται ad Οἰδιποδείους μίξεις, denique γνωρίζει δὲ καὶ ὑφ' ὧν ὠφελεῖται ad ἀθεότητα. Comparat enim Athenagoras tria obiectorum capita cum exemplis belluarum. Belluae non vescuntur quae sui generis sunt, non licentiose coeunt, immo beneficos in se agnoscunt. Ergo his deteriores essent homines carnem humanam devorantes, incesti et athei. — Illud ἅπτεσθαι de cibo apud alios quoque reperitur. Aelian. Var. Hist. 72, 37: ἐπ' ἀπορίᾳ τροφῶν γενόμενος αὐτός τε (Alexander) ἥψατο τῶν καμήλων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. Designatur νόμῳ φύσεως instinctus naturae, qui belluas ad propagationem generis sui stimulat. Ἐπ' ἀδείας (c. 7: impune) i. q. libidinis gratia (c. 32). Ad verba γνωρίζει ὑφ' ὧν ὠφελεῖται exempla Phaedrus 3, 15 et Iesaias 1, 3 offerunt.

5. καὶ] Deest Bodl. 1.

ex parte intelligendam i. q. plene perfecteque cognoscendam. (Maran.: *investigatione assequi.*) Cf. Matthiae *Gr. Gramm.* (ed. 2) P. II. p. 897. Grimm *Comm. üb. d. B. d. Weisheit* (Lips. 1837) p. 330 sq. Wahl Clav. librr. apocryph. p. 362 s. v. ὅσος. Iustinus Mart. Apol. II. c. 13: *Οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὰ ὄντα.* Unde contraria inter se opinati sunt (Apol. I. cc. 4. 7. 44). Gesner.: „Verbum *νοῆσαι* simpliciter aliarum rerum cogitationi, *περινοῆσαι* vero contemplationi de deo convenit; est enim τὸ *περιττὸν καὶ διάφορόν τι νοῆσαι.*“ Io. Alb. Fabricius (Hist. crit. de la rep. des lettres T. IX. p. 132) reddidit: „*tantum tamen valentes quantum intellexisse non inveniuntur* [!] h. e. plura poterant cognoscere de deo quam reipsa percipere, si mediis genuinis uti voluissent.“ Inepte Lindner.: „ὅσον *περινοῆσαι* sc. ἦν, *quantum intelligentiae viribus concessum erat.*“ Reiicio Gesneri coniecturam: *τοσοῦτον δὲ ὅσον μὴ δυνηθέντες περινοῆσαι.* Lub. et Mon. *εὕρηντο* pro *εὑρηνται.* Verba *οὐχ εὑρηνται ὡς οὐ παρὰ θεοῦ* in Bodl. 1. 2. Act. omissa sunt; item in Clar., a quo etiam ὅσον ante *περινοῆσαι* abest. Pro particula ὡς, post *εὑρηνται*, in codicibus mstis (exceptis illis in quibus verba haec desiderantur) et editis ὃν legitur. Iam Gesner. pro ὃν commendavit ὡς vel οἱ. Dechair. prorsus exterminandum censuit istud verbum. Pro *εὑρηνται* Lindner. malit *εὕρηντο.*

7. *περὶ θεοῦ*] Haec verba, omnibus codd. mstis firmata et ad sensum maxime accommodata, Dechair. et Lindner. errore omiserunt. Mox codd. editi non *αὐτοῦ* (Par. 1. Lub. Bodl. 2. Mon. Clar.) sed αὑτοῦ (ut caeteri msti). Cf. n. 5. Mox Mon. *καὶ ἄλλοις.* Sed recte a manu prima supra lineam ος scriptum.

tum est ut rem accurate intelligerent, quippe quum de deo non a deo sed a se quisque discendum sibi esse existimassent: unde etiam alius aliter statuit et de dee et de materia et de formis et de mundo. Nos vero eorum quae intelligimus et credimus testes habemus prophetas, qui spiritu divino afflati de deo ac rebus divinis pronuntiarunt. Id vos quoque confirmabitis, qui prudentia et pietate in verum numen divinum caeteros superatis, alienum esse a ratione ut dei spiritui, qui prophetarum ora tamquam instrumenta pulsavit, credere supersedentes adiungamus animum ad opiniones humanas.

8. Unum igitur ab initio esse huiusce universi creatorem deum hoc modo considerate, ut percipiatis etiam ratiocinationem cum nostra fide coniunctam. Si duo erant ab initio plu-

8. ἄλλος ἄλλως ἐδογμ.] Cf. e. g. Iust. Cohort. ad Gent. c. 2 sqq. — In Aet. περὶ ante ὕλης deest.

9. ἐνθέῳ] Aet. ἐν θεῷ. Paullo ante ἔχομεν in Lub. bis scriptum est

10. συνέσει ... προὔχοντες] Hi tituli perquam opportune hic positi et accommodati; Pii ab Antonino Pio ipsorum patre velut hereditarie vocabantur hi imperatores. *Petrus.*

11. παραλιπόντας] Bodl. 1. 2. Aet. παραλιπόντες.

12. ὡς ὄργανα] C. 9: ὡσεὶ καὶ αὐλητὴς α. ἐ. Hac imagine alii quoque patres ad inspirationem illustrandam usi sunt. Iustinus l. c. c. 8: τὸ θεῖον ἐξ οὐρανοῦ κατιὸν πλῆκτρον, ὥσπερ ὀργάνῳ κιθάρας τινὸς ἢ λύρας τοῖς δικαίοις ἀνδράσι χρώμενον. Theophil. ad Autol. II. c. 9: (prophetae) ὄργανα θεοῦ γενόμενοι. Clem. Al. Strom. VI. c. 18. § 168: ὄργανα θείας γεν. φωνῆς. Macar. Hom. 47. c. 14: ὡς γὰρ διὰ τοῦ αὐλοῦ τὸ πνεῦμα διερχόμενον λαλεῖ, οὕτω διὰ τῶν ἁγίων καὶ πνευματοφόρων ἀνθρώπων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν ὑμνοῦν καὶ ψάλλον καὶ προσευχόμενον τῷ θεῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. — In Arg. est κεκινηκότα, sed prima manu mutatum in κεκινηκότι. Mox pro τῶν πρ. Aet. μὲν πρ.

1. σκέψασθε] Bodl. 2 et Aet. σκέψασθαι. Postea Arg. Lub. Bodl. 1. 2. Mon. Aet. ἔχοιτε. Bodl. 1. 2. Aet. ἡμῖν τ. πίστ. pro ἡμῶν τ. πίστ., *nostrae* (christianae) *fidei* (Petr.) s. *professionis* (Gesn.).

2. θεοί] Arg. οἱ θεοί. — Ratiocinatur sic: Si plures dii statuantur, ἤτοι ἐν ἐνὶ καὶ ταὐτῷ, sc. τόπῳ, ἦσαν ἢ ἰδίᾳ, sc. χώρᾳ, ἕκαστος αὐτῶν. 1°. In eodem loco esse nequeunt. Non enim nomine dei digni essent, nisi prorsus in omnibus essent similes. Similes vero esse non possent: alioquin ortum haberent. Neque etiam existimare licet omnes illos deos unum maximum efficere; tunc enim deus esset compositus ex partibus et corruptioni obnoxius. 2°. A se invicem separati illi esse nequeunt. Si enim

ἑνὶ καὶ ταὐτῷ ἦσαν ἢ ἰδίᾳ ἕκαστος αὐτῶν. Ἐν μὲν οὖν ἑνὶ καὶ ταὐτῷ εἶναι οὐκ [3]ἠδύναντο. [4]Οὐ γὰρ εἰ θεοὶ ὅμοιοι, ἀλλ' ὅτι ἀγένητοι οὐχ ὅμοιοι· [5]τὰ μὲν γὰρ γενητὰ ὅμοια τοῖς παραδείγμασι, τὰ δὲ ἀγένητα ἀνόμοια, οὔτε ἀπό τινος οὔτε πρός τινα γενόμενα. [6]Εἰ δέ, ὡς χεὶρ καὶ ὀφθαλμὸς καὶ ποὺς περὶ ἓν σῶμά εἰσιν τὰ μέρη, ἕνα ἐξ αὐτῶν συμπληροῦντες, ὁ θεὸς εἷς; Καίτοι ὁ μὲν [7]Σωκράτης, παρὸ γενητὸς καὶ φθαρτός, συγ- D κείμενος καὶ διαιρούμενος εἰς μέρη· ὁ δὲ θεὸς ἀγένητος καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀδιαίρετος, οὐκ ἄρα συνεστὼς ἐκ μερῶν. [8]Εἰ δὲ ἰδίᾳ ἕκαστος αὐτῶν, ὄντος τοῦ τὸν κόσμον πεποιηκότος ἀνωτέρω τῶν γεγονότων καὶ περὶ ἃ ἐποίησέ τε καὶ ἐκόσμησε, ποῦ ὁ ἕτερος ἢ οἱ λοιποί; [9]Εἰ γὰρ ὁ μὲν κόσμος σφαιρικὸς ἀποτελεσθεὶς σύρανοῦ κύκλοις ἀποκέκλεισται, ὁ δὲ τοῦ κόσμου ποιητὴς ἀνωτέρω

creator mundi circa ea esset quae creaverat, ubinam igitur locus alteri deo? Is esse posset neque in mundo, quia dominatum eius tenet princeps ille deus, neque circa mundum, quia ibi est creator. An igitur alter ille deus in alio mundo versatur vel circa alium mundum? Neque id procedit. Nam primum nihil tunc ad nos pertineret, quia mundi dominatum non teneret; tum potestas eius limitata esset, quia in circumscripto loco versaretur; denique nihil ageret, quia creator solus mundum regeret. — Cf. Ioannes Dam. De fid. orth. I. c. 5 (Opp. ed. Lequien. T. I) p. 128 sq.

3. ἠδύναντο] Par. 2. Lub. Bodl. 2. Mon. ἠδύνατο, scil. ἕκαστος.

4. Οὐ . . . οὐχ ὅμοιοι] Arg. Bodl. 1. 2. Aet. οἱ θεοὶ pro εἰ θεοί. Gesnerus mallet εἰ γὰρ ἦ θεοί. Tum codd. msti et editi: ἀλλ' ὅτι ἀγέννητοί τε [Mon. ἀγέννητι — sic — pro ἀγ. τε] καὶ γενητοὶ [Par. 2 et Aet. ἀγέννητοι . . . γεννητοὶ: cf. c. 4. n. 10] οὐχ ὅμοιοι. Excipiendi sunt Par. 1 et Clar., in quibus est ἀλλ' ὅτι ἀγένητοι οὐχ ὅμοιοι. Quam lectionem genuinam solus Maranus textui inseruit. In Par. 1 alia demum manus ista verba τε καὶ γενητοὶ adscripsit: quibus haec Athenagorae disputatio deformatur. Inepte Lindnerus coniecit οὐ γάρ, εἰ θεοὶ ὅμοιοι, καὶ γενητοί, ἀλλ' ὅτι ἀγένητοι οὐχ ὅμοιοι. Sed in Cur. poster. lectioni a Benedictino receptae calculum criticum adiecit.

5. τὰ . . . γενόμενα] Recte Ritter (*Gesch. d. chr. Philos.* P. I, Hamb. 1841, p. 311): „Der Grundsatz ist aus der platonischen Lehre gefolgert: nur gewordene Dinge können ihrem Wesen nach gleich sein, weil sie nach einem Muster gebildet dieselbe Art haben." — Pro τοῖς παραδ. Bodl. 1 τῆς παραδ.

6. Εἰ . . . Καίτοι ὁ μὲν] Codd. msti et editi male: εἰ δὲ ὡς . . . ἓν σῶμά εἰσιν, συμπληροῦντες τὰ μέρη, ἕνα ἑ. α. συμπληροῦντες, ὁ θεὸς εἷς. καίτοι ὁ μὲν etc. Prius συμπληροῦντες (ante τὰ μέρη), ut

resve dii, aut in uno et eodem loco erant aut in suo quisque separatim. In uno quidem et eodem esse non poterant. Non enim si dii sunt similes sunt, sed quia infecti sunt non similes sunt; nam quae facta sunt exemplaribus similia sunt, infecta vero dissimilia sunt, quum neque ab alio orta neque ad aliud expressa sint. Si autem, quemadmodum manus et oculus et pes unius corporis sunt partes, unum ex ipsis constituentes, ita deus unus est? Quamquam Socrates, quoniam ortus et corruptioni obnoxius est, compositus est et divisus in partes; deus autem ortum non habet et perpessionis et divisionis expers est, non igitur constat ex partibus. Si vero separatim quisque eorum est, quum mundi creator sit supra opera sua et circa ea quae fecit et ornavit, alter aut reliqui ubi erunt? Nam si mundus, quum sit rotundus, caelestibus sphaeris concluditur, mundi autem creator deus supra

probe advertit Lindnerus, ex sequenti natum est errore librariorum. Neminem arbitror dubitaturum quin recte reposuerim punctum interrogans post ὁ θεὸς εἷς. Actt. apost. 23, 9 (ed. Lachmann. et Tischendorf.): εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος; = „Wenn aber (quid vero, si) ein Geist oder ein Engel zu ihm geredet hat?“ Wie dann? Verba ἕνα etc. sic capias: ἕνα (ἄνθρωπον) ἐξ αὐτῶν (μερῶν) συμπληροῦντες sc. ποὺς κ. ὀφθ. κ. χείρ. Pro ὁ θεὸς εἷς (sc. ἐστί) plenius scripsisset: οὕτω πλείονες θεοὶ ἕνα συμπληροῦσι.

7. Σωκράτης] Poterat etiam dixisse homo vel animal, sed maluit adhibere nomen rei singularis. Συγκείμενος scil. ἐξ μέρεσι. *Lindner.*

8. Εἰ δὲ ἰδίᾳ ἕκαστος α.] Respondet praecedenti Ἓν μὲν οὖν ἐνὶ καὶ ταὐτῷ εἶναι οὐκ ἠδύναντο. Codd. moti (excepto Arg.) et editi mendose: εἰ δὲ ἰδίᾳ ἑκάστου αὐτῶν ὄντος, τοῦ κτλ. Caeci fuerunt editores qui non viderunt haec corrupta esse. Gesneri coniecturâ καὶ τοῦ τὸν κόσμον textus magis deformatur. Veram lectionem suppeditavit Arg.: unde illud ἕκαστος reposui. Participium ὄντος pertinet ad ἀνωτέρω etc. Pro ἃ ἐποίησέ τε καὶ ἐκόσμησε (= *was er erschaffen und geformt hat:* c. 10: ὑφ' οὗ γεγένηται τὸ πᾶν καὶ διακεκόσμηται, Iust. Dial. c. Tr. c. 11 τὸ πᾶν ποιεῖν καὶ διατάσσειν, unde deus ποιητὴς καὶ δημιουργὸς κόσμου s. τῆς πάσης κτίσεως: Suppl. l. c. et Actt. mart. S. Iustini c. 2) Bodl. 2 ἐποίησε καὶ ἐκόσμησε (part. τε etiam in Bodl. 1 omissa est), Lub. et Mon ἃ ἐκόσμησέ τε καὶ ἐποίησε. Insuper Lub. ὁ ante ἕτερος omisit.

9. Εἰ γὰρ ὁ μὲν] Arg. Vat. Ottob. 1. 2 εἰ μὲν γὰρ ὁ. Pro κύκλοις Lub. κύκλος.

τῶν γεγονότων [10]ἐπέχων αὐτὸν τῇ τούτων προνοίᾳ, τίς ὁ τοῦ 9
ἑτέρου θεοῦ ἢ τῶν λοιπῶν τόπος; Οὔτε γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ ἐστίν,
[11]ὅτι ἑτέρου ἐστίν· οὔτε περὶ τὸν κόσμον, ὑπὲρ γὰρ τοῦτον ὁ
τοῦ κόσμου ποιητὴς θεός. Εἰ δὲ μήτε ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶ μήτε
περὶ τὸν κόσμον (τὸ γὰρ περὶ αὐτὸν πᾶν ὑπὸ τούτου [12]κατέχε-
ται), ποῦ ἐστιν; Ἀνωτέρω [13]τοῦ κόσμου καὶ τοῦ θεοῦ; Ἐν
ἑτέρῳ κόσμῳ ἢ περὶ ἕτερον; Ἀλλ' εἰ μέν ἐστιν ἐν ἑτέρῳ [14]ἢ
περὶ ἕτερον, [15]οὔτε περὶ ἡμᾶς ἐστιν ἔτι (οὔ τε γὰρ κόσμου κρα-
τεῖ), οὔτε αὐτὸς δυνάμει μέγας ἐστίν (ἐν γὰρ [16]περιωρισμένῳ B
τόπῳ ἐστίν). Εἰ δὲ οὔτε ἐν ἑτέρῳ κόσμῳ ἐστὶν (πάντα γὰρ
[17]ὑπὸ τούτου πεπλήρωται) οὔτε περὶ ἕτερον (πάντα γὰρ ὑπὸ
τούτου [18]κατέχεται), καὶ οὐκ ἔστιν, οὐκ ὄντος ἐν ᾧ ἐστιν.
[19]Ἢ τί ποιεῖ, ἑτέρου μὲν ὄντος οὗ ἐστιν ὁ κόσμος, αὐτὸς δὲ
ἀνωτέρω ὢν τοῦ ποιητοῦ τοῦ κόσμου, οὐκ ὢν δὲ οὔτε ἐν
[20]κόσμῳ οὔτε περὶ κόσμον; [21]Ἀλλ' ἔστι τι ἕτερον, ἵνα που στῇ;
Ἀλλ' ὑπὲρ αὐτὸν ὁ Θεὸς καὶ [22]τὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ [23]τίς ἔσται

10. ἐπέχων αὐτὸν] H. e. κόσμον, *regens s. gubernans mundum.* Sic Aristoteli ὁ τὸν κόσμον ἐπέχων, mundi gubernator, est deus. Τῇ τούτων (γεγονότων) προνοίᾳ i. q. *providendo rebus creatis. Lindner.*

11. ὅτι ἑτέρου ἐστίν] Haec in edit. Lindn. (ut in exempl. Mar. Venet.) — propter ἐστίν repetitum — exciderunt. Mox ὑπὲρ fortasse in περὶ mutaveris. Utrsque vox a librariis saepe confunditur: Prolegg. c. VII.

12. κατέχεται] Bodl. 1. 2 κατέχετε.

13. τοῦ κόσμου ... Ἐν ἑτέρῳ] Haec Sophianus in marg. Mon. supplevit.

14. ἢ] Sic pro vulg. καὶ reposui.

15. οὔτε ... ἔτι] Interpr. Campid.: „*so ist er nicht mehr um uns*," beschäftigt sich folglich nicht mit uns und geht uns nichts an. Mox pro οὔ τε γὰρ codd. msti et editi οὔτε (coniunctim) γὰρ exhibent. Cf. Iust. Apol. I. c. 22. n. 7. Alius scripserit οὔτει, *prorsus non.*

16. περιωρισμ.] Mon. περιορισμένῳ.

17. ὑπὸ] Bodl. 2 ἀπό. Pronomen τούτου hîc et in sequenti parenthesi designat τὸν τοῦ κόσμου ποιητὴν Θεόν.

18. κατέχεται] Bodl. 1. 2 κατέχετε. Mox καὶ ante οὐκ ἔστιν in Arg. non exstat. Gesnerus: „καὶ hîc est particula illativa, ut etiam aliquando Latinis in hypothetico sermone." Reddidit: *sequitur ut om-*

opera sua versatur, illum gubernans his providendo: quis erit alterius dei aut caeterorum locus? Neque enim in mundo est, quum sit alterius; neque circa mundum, supra hunc enim mundi creator deus. Si vero neque in mundo est neque circa mundum (quidquid enim circa hunc est a creatore occupatur), ubinam est? Supra mundum et deum? In alio mundo aut circa alium? Sed si in alio est vel circa alium, neque iam circa nos est (non etenim mundi dominatum tenet), neque potestas eius magna est (in circumscripto enim loco versatur). Quodsi neque in alio mundo est (omnia enim ab isto implentur) neque circa alium (omnia enim ab isto occupantur), plane non est, quum locus non sit in quo versetur. Aut quid facit, si, quum alius sit cuius mundus est, ipse supra creatorem mundi, nec tamen in mundo aut circa mundum, versetur? Sed estne aliud quidpiam, in quo stare possit? At supra eum deus est et quae dei sunt. Et quis erit

nino non sit. Οὐκ ὄντος sc. *τόπου*. Nullus enim ei est locus, aut in mundo aut extra mundum.

19. *Ἤ*] Mon. *ἦ*. Mox Lub. et Mon. *οὐκ* (pro *οὗ*) *ἔστιν*. Verba *οὗ ἐστιν ὁ κ.* haec complectuntur: a quo mundus ortum habet (*οὗ ἐστιν* „scil. *τὸ ποίημα*“, Lindn.), ad quem pertinet (Gesn.), cui subiectus est (interpr. Campid.: „während ein anderer die Welt besitzt“). *Αὐτὸς δὲ* scil. ille deus alter. Is igitur nihil agere potest, quum creator solus mundum regit.

20. *κόσμῳ*] Arg. *τῷ κόσμῳ*. Tum idem *περὶ τὸν κόσμον*.

21. *Ἀλλ'*] *Ἀλλὰ* hic interrogat, et est interrogatio negationis loco. *Gesner.* In codd. mstis et editis adiiciuntur verbis *ἵνα που στῇ* haec-ce: *ὁ γενόμενος κατὰ τοῦ* (Bodl. 1 *τὸν*. Gesner. praefert *μετὰ τοῦ*) *ὄντος*. Haec vero, ut Maranus scite admonuit, pugnant cum Athenagorae sententia, „qui de duobus illis diis quos animi causa fingit ita disputat ut utrumque increatum ac proinde dissimilem esse ponat.“ Quapropter expunxi. Assuta sunt ab eo qui prius *τε καὶ γενητοὶ* (n. 4) addiderat, ut duo illi dii, praeter sententiam Athenagorae, creati et increati dicerentur.

22. *τὰ τοῦ θεοῦ*] Gesner. et Rechenberg. intelligunt perfectiones dei, bonitatem sapientiam potentiam [quae infra c. 23 sq. *τὰ ἐπισυμβεβηκότα θεῷ* vocantur], at mihi videntur intelligi *τὰ τοῦ θεοῦ* sc. *ἔργα* vel *ποιήματα*. *Lindner.*

23. *τίς*] Bodl. 1. 2 *τί*. Dein Bodl. 1. 2. Act. *ὑπὸ* pro *ὑπὲρ*.

τόπος, τὰ ὑπὲρ τὸν κόσμον τούτου πεπληρωκότος; Ἀλλὰ προνοεῖ; [24] Καὶ μὴν οὐδέν, εἰ μὴ προνοεῖ, πεποίηκεν. Εἰ δὲ μὴ ποιεῖ C μήτε προνοεῖ μήτε ἐστὶ τόπος ἕτερος ἐν ᾧ ἐστιν, εἷς οὗτος ἐξ ἀρχῆς καὶ μόνος ὁ ποιητὴς τοῦ κόσμου θεός.

9. Εἰ μὲν οὖν ταῖς τοιαύταις ἐννοίαις ἀπηρκούμεθα, ἀνθρωπικὸν ἄν τις εἶναι τὸν καθ' ἡμᾶς [1] ἐνόμισε λόγον. [2] Ἐπεὶ D δὲ αἱ φωναὶ τῶν προφητῶν πιστοῦσιν ἡμῶν τοὺς λογισμούς (νομίζω καὶ [3] ὑμᾶς, φιλομαθεστάτους καὶ ἐπιστημονεστάτους ὄντας, οὐκ ἀνοήτους γεγονέναι οὔτε τῶν Μωσέως οὔτε τῶν Ἰσαΐου καὶ Ἱερεμίου καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν, οἳ [4] κατ' ἔκστασιν τῶν ἐν αὐτοῖς λογισμῶν κινήσαντος αὐτοὺς τοῦ θείου πνεύματος [5] ἃ ἐνηργοῦντο ἐξεφώνησαν, συγχρησαμένου τοῦ πνεύματος ὡσεὶ καὶ [6] αὐλητὴς αὐλὸν ἐμπνεύσαι), τί οὖν οὗτοι; [7] Κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Καὶ πάλιν· [8] Ἐγὼ θεὸς πρῶτος καὶ μετὰ ταῦτα. καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεός. 10 Ὁμοίως· [9] Ἔμπροσθεν ἐμοῦ οὐκ ἐγένετο ἄλλος θεὸς καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔσται· ἐγὼ ὁ θεὸς καὶ οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ. Καὶ περὶ τοῦ μεγέθους· [10] Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν

24. *Καὶ... μὴ προνοεῖ*] Omnia haec verba in Arg. praetermissa sunt, ob repetitum *προνοεῖ*. Pro *οὐδὲν* Par. 2 *οὐδὲ*, Bodl. 1. 2 *οὐδ'*. Arg. Lub. Mon. *εἰ μὴ προνοῇ*. Mallet Gesnerus *Καὶ μὴν οὐδὲ προνοεῖ, εἰ μὴ πεποίηκεν*. Lindnerus verba *εἰ μὴ προνοεῖ* eliminanda censet. Sed quid opus non corrupta emendare?

1. *ἐνόμισε*] Sic Par. 1. 2. Lub. Bodl. 1. 2. Caeteri *ἐνόμισεν*, ut editi.

2. *Ἐπεὶ δὲ* κτλ.] Oratio particulâ *οὖν* recipitur: *τί οὖν οὗτοι*: *quid igitur hi* prophetae? Cf. Wahl Clav. librr. V. T. apocryph. p. 215. Solus Maranus verba *νομίζω* usque ad *ἐμπνεύσαι* semicirculis inclusit. Idem legi voluit *νομίζω γὰρ* (sive δὲ) *ὑμᾶς*. Gesnerus *νομίζω δὲ καὶ ὑμᾶς*. Sed ferri tamen et vulgata lectio potest. — Pro *ἡμῶν τ. λ.* Lub. *ὑμῶν τ λ.* Tum pro *λογισμούς* Bodl. 2 et Act. *συλλογισμούς*. Lub. *τὸν λογισμὸν*, ast prima iam manus superscripsit *τοὺς λογισμούς*.

3. *ὑμᾶς*] Arg. *ἡμᾶς*. Paullo post *ἀνυήτους*.

4. *κατ' ἔκστασιν*] Pariter Iustinus Mart. de inspiratione docuit, Dial. c. Tr. c. 115: *ἐν ἐκστάσει*. Sic Montanistae quoque; Tertullianus adv. Marc. IV. c. 22: „necesse est excidat sensu, obumbratus scilicet virtute divina.“ Cf. c. 7. n. 12. — Paullo ante pro *ἐν αὐτοῖς* Bodl. 1. 2. Act. *ἐν ἑαυτοῖς*.

5. *ἃ ἐνηργοῦντο*] H. e. ad quae

iste locus, quum creator quae sunt supra mundum impleat? Num providet? Nihil sane fecit, nisi providet. Quodsi nec facit quidquam nec providet nec alius est locus in quo versetur, unus est ille ab initio et solus mundi creator deus.

9. Si eiusmodi tantum rationibus niteremur, aliquis iudicaret humanam esse nostram doctrinam. Sed quia prophetarum voces argumenta nostra confirmant (puto etiam vobis, qui literatissimi et doctissimi estis, non ignota esse scripta Mosis aut Iesaiae aut Ieremiae et reliquorum prophetarum, qui mente extra se rapti, impellente spiritu divino, quae ipsis inspirabantur locuti sunt, utente iis spiritu velut si tibicen tibiam inflet): quid igitur illi? *Dominus deus noster; non comparabitur alius ad illum.* Et rursus: *Ego deus primus et postremus, et praeter me non est deus.* Similiter: *Ante me non fuit alius deus et post me non erit; ego sum deus et non est praeter me.* Et de magnitudine eius: *Coelum mihi thronus, terra vero scabellum pedum meorum.*

impellebantur. *Linduer.* Maranus *ἐνηγοῦντο* mendose: unde Baumgarten-Crusius (*Comp. d. chr. Dogmengesch.* P. II. p. 54) *ἐνηχοῦντο* effecit. Sed lectio recepta omnibus firmatur codd. mstis.

6. *αὐλητής*] Aet. *ἀληθής*. Mox Lub. *πνεῦσαι*, pro *ἐμπνεύσαι* (opt.). Omnes ante Maranum editores: *συγχρησαμένου τοῦ πνεύματος, ὡσεὶ καὶ αὐλητής, αὐλὸν ἐμπνεῦσαι* (inf.): quam ineptam scribendi rationem Schweglerus quoque (*Der Montanismus*, Tub. 1841, p. 102) repetiit.

7. *Κύριος ... πρὸς αὐτόν*] Exod. 20, 2—3 (quoad sensum): *ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεός σου· ... οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.*

8. *Ἐγὼ ... ἔστι θεός*] Iesai. 44, 6: *ἐγὼ πρῶτος* (coll. 41, 4 *ἐγὼ θεὸς πρῶτος*) *καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεός.* — Part. *καὶ* ante *πλὴν* deest in Bodl. 1. 2. Pro *ἔστι θεός* Bodl. 2 *ἔστι ὁ θεός*. Editi (excepto Maraniano) male: „*Ἐγὼ θεὸς πρῶτος.*“ *Καὶ μετὰ ταῦτα·* „*Καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεός.*“

9. *Ἔμπροσθεν ... πάρεξ ἐμοῦ*] Iesai. 43, 10—11. — Par. 2. Bodl. 1. Aet. addunt *σώζων*, ut Biblia. Codd. msti et editi pro *Ὁμοίως· Ἔμπροσθεν* vitiose: *Ὅμοιος ἔμπροσθεν κτλ.*

10. *Ὁ οὐρανός ... κατακτ. μου*] Iesai. 66, 1. — Lub. *οἰκοδομήσατε*.

ποδῶν μου. Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; [11] Καταλείπω δὲ ὑμῖν, ἐπ' αὐτῶν τῶν βιβλίων [12] γενομένοις, ἀκριβέστερον τὰς ἐκείνων ἐξετάσαι προφητείας, ὅπως μετὰ τοῦ προσήκοντος λογισμοῦ τὴν καθ' ἡμᾶς [13] ἐπήρειαν ἀποσκευάσησθε.

10. Τὸ μὲν οὖν ἄθεοι μὴ [1] εἶναι, ἕνα τὸν ἀγένητον καὶ B ἀΐδιον καὶ ἀόρατον καὶ [2] ἀπαθῆ καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἀχώρητον, νῷ μόνῳ καὶ λόγῳ καταλαμβανόμενον, [3] φωτὶ καὶ κάλλει καὶ πνεύματι καὶ δυνάμει ἀνεκδιηγήτῳ περιεχόμενον, ὑφ' οὗ [4] γεγένηται τὸ πᾶν διὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου καὶ διακεκόσμηται καὶ συγκρατεῖται, θεὸν ἄγοντες, [5] ἱκανῶς μοι δέδεικται. Νοοῦμεν [6] γὰρ καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ. Καὶ μή μοι γελοῖόν τις νομίσῃ τὸ υἱὸν εἶναι τῷ θεῷ. Οὐ γὰρ ὡς ποιηταὶ μυθοποιοῦσιν, [7] οὐδὲν βελτίους τῶν ἀνθρώπων δεικνῦντες τοὺς θεούς, ἢ περὶ τοῦ θεοῦ C καὶ πατρὸς ἢ περὶ τοῦ υἱοῦ πεφρονήκαμεν. [8] Ἀλλ' ἔστιν ὁ υἱὸς

11. *Καταλείπω*] Bodl. 1. 2 *καταλείπων*. Pro *ὑμῖν*, quod sequitur, Aet. *ὑμῶν*. Mon. omisit.

12. *γενομένοις*] Bodl. 1. 2. Aet. *γενομένων*, huius autem in marg. *γενομένοις*. Aet. non *ἐξετάσαι* sed *ἐξετάσα* (sic).

13. *ἐπήρειαν*] Bodl. 2 *ἐπήρεια*. Cf. c. 2. n. 4.

1. *εἶναι*] Deest Bodl. 1. 2. Mox Lub. et Mon. *τὸ* ante *ἀγένητον*. Editi *ἀγέννητον*. Illud ex Par. 1. Arg. Lub. reposui. Cf. c. 4. n. 10.

2. *ἀπαθῆ*] H. e. *patiendi expertem*. Minus recte Lindnerus praeeunte Suffr. Petro explicuit *affectibus haud obnoxium*, „liberum a dolore, taedio, tristitia, spe, metu" etc. Voces *ἀκατάληπτον καὶ ἀχώρητον* Maranus transtulit: *qui nec capi aut comprehendi potest*. *Ἀκατάληπτος*: *incomprehensibilis* (Suffr. Petrus), qui tangi non potest (Gesner). Minucius Fel. Octav. c. 18. §. 8 ed. Lindn.: „nec comprehendi (sc. potest): tactu purior est." *Ἀχώρητος*: *immensus* (S. Petr.), qui loco includi non potest (Gesner.). Iustin. Mart. Dial. c. Tr. c. 127: *ὁ τόπῳ τε ἀχώρητος καὶ τῷ κόσμῳ ὅλῳ*. — Additur *νῷ μόνῳ κ. λ. καταλαμβανόμενον* (c. 4 *θεωρούμενον*, c. 23: *λόγῳ καταλαμβ.*) coll. Iustin. l. c. c. 3: *οὐκ ἔστιν ὀφθαλμοῖς ... ὁρατὸν τὸ θεῖον ... ἀλλὰ μόνῳ νῷ καταληπτόν, ὥς φησι Πλάτων.*

3. *φωτὶ ... περιεχ.*] Deus dicitur habitare in luce 1 Tim. 6, 16 et *εἶναι ἐν τῷ φωτί* 1 Ioann. 1, 7. Cf. n. 9.

4. *γεγένηται*] „Durch welchen geworden ist das All." Rechenberg. et Lindner. tacite admiserunt *γεγένηται*, citra auctoritatem codd. mstorum. Cf. c. 8. n. 8. Posthac Par. 1. Bodl. 1. 2 *δι' αὐτοῦ λόγου*. Sed in Par. 1 *διὰ τοῦ* supra lineam ha-

Qualem domum aedificabitis mihi, aut quis locus requietis meae? Sed vobis relinquo ut, ubi in ipsos libros incideritis, eorum expendatis oracula, ut consentaneo iudicio iniuriam quam patimur propulsetis.

10. Satis igitur demonstratum a me est atheos nos non esse, qui deum agnoscimus unum infectum et aeternum et invisibilem et impassibilem et incomprehensibilem et immensum, qui sola mente et ratione cognoscitur, luce et pulchritudine et spiritu et potentia inenarrabili circumdatus est, a quo universum per ipsius logon et creatum et ornatum est et conservatur. Agnoscimus enim etiam filium dei. Nec quisquam ridiculum existimet filium esse deo. Non enim ut poetae fabulantur, qui nihilo meliores hominibus inducunt deos, vel de deo et patre vel de filio sentimus. Sed est

betur, ut sit διὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου, id quod in caeteris quoque codd. mstis comparet. Editores tamen, exceptis Duc. Rechenb. Lindn., αὐτοῦ temere mutarunt in αὐτοῦ. Cf. c. 2. n. 9. C. 4 (coll. cc. 12. 18. 30, ubi eadem formula occurrit): deus omnia fecit διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ λόγου. Pro συγκρατεῖται, quod in omnibus codicibus est, mavult Maranus συγκροτεῖται. Lindner. (in Cur. poster.): „Placet lectio recepta." Sed alibi: „deus *per spiritum suum* conservat (c. 6. n. 15) et gubernat (c. 5. n. 12) hoc rerum universum.

5. ἱκανῶς] Bodl. 2 ἱκανὸς.

6. γὰρ] Gesner. malit δέ. Noli mutare; nam γὰρ dictum est ratione habita praecedentium verborum διὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου h. e. υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Mox καὶ ante μή μοι in Bodl. 1. 2. Act. desideratur.

7. οὐδὲν ... θεούς] Cf. Iustini Mart. Apol. I. c. 4 (n. 10), Orat. ad Gentt. c. 1—3, Cohort. ad Gentt. c. 2, De monarch. c. 6, Tatiani Orat. ad Gr. c. 8.

8. Ἀλλ' ἔστιν ... ὁ υἱὸς τ. θεοῦ] Ioann. 1, 3. 17, 21—23. — Editores praeter Maranum (etiam Zeller: *Theol. Jahrbb.* Tub. 1845. Fasc. 4. p. 626) male interpungunt: θεοῦ, λόγος τοῦ πατρός, ἐν ἰδέᾳ etc. In Bodl. 1. 2 voci λόγος articulus ὁ praecedit, eundemque Fr. Lücke (*Comment. üb. d. Ev. d. Joh.* P. I. ed. 3. p. 53) et Gieseler (*Lehrb. d. Kirchengesch.* T. I. P. I. ed. 4. p. 221) receperunt. Sed non opus est. C. 6: λόγῳ δεδημιούργηται ... τὰ πάντα. Verba ἐν ἰδέᾳ καὶ ἐνεργείᾳ explicantur appositis: πρὸς αὐτοῦ γὰρ καὶ δι' αὐτοῦ πάντα ἐγένετο. Filius dei est logos patris 1°. ἐν ἰδέᾳ (im ideellen Sinne), quia omnia πρὸς αὐτοῦ h. e. secundum logon, ei convenienter (ihm gemäss: c. 2. n. 7: sine necessitate Maranus,

τοῦ θεοῦ λόγος τοῦ πατρὸς ἐν ἰδέᾳ καὶ ἐνεργείᾳ· πρὸς αὐτοῦ γὰρ καὶ δι' αὐτοῦ πάντα ἐγένετο, ἑνὸς ὄντος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. Ὄντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐν πατρὶ καὶ πατρὸς ἐν υἱῷ, [9] ἑνότητι καὶ δυνάμει πνεύματος, νοῦς καὶ λόγος τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. Εἰ δὲ δι' ὑπερβολὴν συνέσεως σκοπεῖν ὑμῖν ἔπεισιν, ὁ παῖς τί βούλεται, ἐρῶ διὰ βραχέων [10] πρῶτον γέννημα εἶναι τῷ πατρί, οὐχ ὡς γενόμενον (ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ θεός, νοῦς ἀΐδιος ὤν, εἶχεν αὐτὸς [11] ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον, ἀϊδίως λογικὸς ὤν), [12] ἀλλ' ὡς τῶν ὑλικῶν ξυμπάντων, ἀποίου φύσεως καὶ γῆς ἀχρείας ὑποκειμένων δίκην, μεμιγμένων τῶν παχυμερεστέρων πρὸς τὰ κουφότερα ἐπ' αὐτοῖς, ἰδέα καὶ ἐνέργεια εἶναι προελθών. Συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ προφητικὸν πνεῦμα· D

Lücke et Gieseler ll. cc. mallent πρὸς αὐτόν), sive iuxta exemplar in logo descriptum facta sunt; 2°. ἐν ἐνεργείᾳ (im realen Sinne), quia omnia δι' αὐτοῦ h. e. per logon facta sunt. Mox dicitur ipse τῶν ὑλικῶν ξυμπάντων ἰδέα καὶ ἐνέργεια: ideales und reales Princip der Welt, Urbild aller Dinge und Princip ihrer Wirklichkeit. — Gesnerus coniecit legendum ἑνὸς μὲν ὄντος τ. πατρ. κ. τοῦ (hic artic. deest in Bodl. 2) υἱοῦ. Non muto.

9. ἑνότητι καὶ δυνάμει πνεύματος] Hic πνεύματος nomine non persona spiritus sancti sed spiritualis essentia patris et filii (I. Clericus Histor. eccl. duorum prim. saeculorum, Amst. 1716. 4°, p. 705) h. e. divinitas (Maran.), das gemeinsame göttliche Wesen (I. A. Dorner *Die Lehre von der Person Christi* P. I, Stuttg. 1845, p. 210), significatur, ut saepe quum apud alios tum apud Athenagoram. Cfr. Iustinus Mart. Apol. I. c. 33. n. 7, Tatianus Or. ad Gr. c. 7. n. 1, Theophilus ad Autol. II. c. 10, Tertullianus adv. Marc. III. c. 16: „spiritus creatoris qui est Christus." Apolog. c. 21: „sermoni atque rationi ... propriam substantiam spiritum inscribimus." Adv. Hermog. c. 18. Dicebat Noster supra deum πνεύματι καὶ δυνάμει ἀνεκδιηγήτῳ περιεχόμενον. C. 16: ὁ θεός ἐστιν ... πνεῦμα, δύναμις. Docet igitur patrem in filio esse et filium in patre, quia una in utroque natura divina. Cf. n. 16. — H. Venema (Institt. histor. eccles. T. III, Lugd. Bat. 1779. 4°, p. 417) legit πατὴρ νοῦς καὶ λόγος κτλ. („pater mens, et sermo patris filius dei"), vocem πατὴρ per scripturae compendium excidisse putans, quippe quum paullo post dicatur deum esse νοῦν ἀΐδιον et in se habere τὸν λόγον. „At," ut recte monet Clarisse (De Athenag. vita et script. et eius doctr. p. 92), „necessaria non videtur haec emendatio, cum alibi filius dicatur νοῦς patris et insuper nullo testimonio ea nitatur."

filius dei logos patris in idea et efficacia: secundum eum enim et per eum omnia facta sunt, quum pater et filius unum sint. Quum autem pater sit in filio et filius in patre, unitate et potentia spiritûs, mens et logos patris est filius dei. Quodsi vobis pro summa vestra intelligentia inquirere subeat, filius quid sibi velit, dicam breviter eum primam esse patris progeniem, non quod factus sit (ab initio enim deus, qui est aeterna mens, habebat ipse in seipso logon, utpote ab aeterno λογικός), sed quod prodierit ut omnium materialium rerum, quae instar informis naturae et terrae inertis iacebant, partibus crassioribus commixtis cum levioribus, idea et vis efficax esset. Confirmat orationem nostram propheticus spiritus; nam

10. πρῶτον] Aet. πρῶτος. Dein Mon. γενώμενον pro γενόμενον, e correctione.

11. ἐν ἑαυτῷ] Bodl. 1. 2. Aet. ἐν αὐτῷ.

12. ἀλλ' ... προελθών] „Der Logos ist das vom Vater zuerst Erzeugte, aber nicht wie etwas erst Gewordenes (γενόμενον), sondern als nur hervorgegangen (προελθών), um in der Materie, welche noch eine unförmliche Masse war, die Idee zu verwirklichen" (n. 8). Non sunt autem haec verba et similia, e. gr. c. 15. p. 14 D et c. 19. p. 19 B, ut incautus lector (H. Ritter *Gesch. d. chr. Philos.* T. I. p. 311) facile crediderit, de materia sic accipienda quasi ea inter principia ponatur et cum deo simul subsistere dicatur; nam etiam materia ipsa a deo per logon est primitus creata. Iuvat unum tantum proferre effatum; ait c. 4: τὸ μὲν γὰρ θεῖον ἀγένητον εἶναι καὶ ἀΐδιον ... τὴν δὲ ὕλην γενητὴν καὶ φθαρτήν. ... πάντα δὲ διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ (dei) λόγου πεποιηκότα. — Pro καὶ γῆς Bodl. 1. 2. Clar. Aet. καὶ γῆ ὡς. Codd. msti et editi non ἀχρείας sed inepte ὀχείας *(coitûs)* praebent, commate post γῆς posito. Solus Mon. ὀχέας, in marg. ὀχείας. I. A. Fabricius (Hist. crit. de la rep. des lettres T. IX. p. 132) proposuit γῆς ὀχέως, quod idem sit ac γῆς ἀκατασκευάστου (sed illa vox nusquam apud Graecos occurrit), Clericus l. c. γῆς ὀχεῖον, *instar vehiculi*, bene Maranus γῆς ἀχρείας, quod etiam Clarisse et Gieseler ll. cc. probaverunt. Deest in Aet. τῶν ante κατευμερεστέρων. Pro προελθών Fabricius (l. c. p. 133) legit προεκθόν, quum quemadmodum γενόμενον referatur ad πρῶτον γέννημα. Noli mutare: nam neque ὡς γενόμενον, i. q. *quasi factum* quoddam, *wie Gewordenes* (supersedemus Semleri, *S. J. Baumgartens Untersuch. theol. Streitigkk.* T. II. p. 73, coniecturâ ὥς τι γενόμ.), pertinet ad γέννημα.

[13] *Κύριος γάρ, φησίν, ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. Καίτοι καὶ αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν τοῖς ἐκφωνοῦσι προφητικῶς ἅγιον πνεῦμα* [14] *ἀπόῤῥοιαν εἶναί φαμεν τοῦ Θεοῦ, ἀποῤῥέον καὶ ἐπαναφερόμενον ὡς ἀκτῖνα ἡλίου. Τίς* [15] *οὖν οὐκ ἂν ἀπορήσαι,* 11
[16] *λέγοντας Θεὸν πατέρα καὶ υἱὸν Θεὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, δεικνύντας αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τῇ ἑνώσει δύναμιν καὶ τὴν ἐν τῇ τάξει διαίρεσιν, ἀκούσας* [17] *ἀθέους καλουμένους;* [18] *Καὶ οὐκ ἐπὶ τούτοις τὸ θεολογικὸν ἡμῶν ἵσταται μέρος· ἀλλὰ καὶ πλῆθος* [19] *ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν φαμεν, οὓς ὁ ποιητὴς καὶ δημιουρ-*

13. *Κύριος ... αὐτοῦ*] Prov. 8, 22. — Aet. *εἰ κύριος*. Mon. *ἔκτισέν με*. Codd. editi *αὐτοῦ s. ἑ. αὐτοῦ*, citra mstorum auctoritatem (c. 2. n. 9). Etiam Iustinus Martyr hunc scripturae locum de logo, mundi principio, accepit: cf. Dial. c. Tr. c. 61. n. 1. Aperte errat Venema, contendens, locum istum a veteribus ad spiritum non ad filium referri. Admodum inepte Roesslerus *(Bibl. d. KVV.* P. 1. p. 190), a Rechenbergio deceptus, legit *ἔκτησέ* (?!) *με*, reddens: „er hat mich, den heil. Geist, besessen."

14. *ἀπόῤῥοιαν*] Bodl. 1. 2. Aet. *καὶ ἀπόῤῥοιαν*. Lub. alio ordine: *ἀπόῤῥοιαν φαμὲν τοῦ Θεοῦ εἶναι*.

15. *οὖν*] Haec vocula et sequens *ἂν* in Par. 1 et Clar. supra lineam comparent. Deest *οὖν* in Bodl. 1. 2. Aet. In Mon. est *ἀπορῆσαι*, pro opt. *ἀπορήσαι* (c. 9. n. 6).

16. *λέγοντας ... διαίρεσιν*] Bodl. 1. 2. Aet. *λέγοντες*. Tum Bodl. 1. 2 *δεικνύντες αὐτὸν*, Clar. Aet. *δεικνύντας αὐτὸν*. In Par. 2 distinctio apposita post *υἱόν*, ut vox *Θεὸν* referatur ad spiritum sanctum. Suspicatur legendum Venema (l. c. p. 416) *ἐν δυνάμει ἕνωσιν*. Contra monet Clarisse l. c.: „Etiamsi non negemus longe faciliorem sic fieri sensum huius loci eiusque habitum elegantiorem, ipsa tamen illa facilitas contra eam lectionem facere mihi videtur, cum vix ulla ratio reperiri possit, cur tam planum locum in obscuriorem detorserint librarii neque etiam ullum testimonium illi favest suspicioni." Dorner (l. c. p. 440) reddidit: „sowohl ihr Wesen zeigend in der Einheit, als auch den Unterschied in ihrer Ordnung." Docet Athenagoras patrem et filium et spiritum, quamvis ordine (*ἐν τῇ τάξει*, ihrer Stellung nach) inter se distinctos, numine tamen (*κατὰ δύναμιν*, secundum divinitatem) pares esse. C. 24: *ὡς γὰρ Θεόν φαμεν καὶ υἱὸν τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ πνεῦμα ἅγιον, ἑνούμενα μὲν κατὰ δύναμιν, τὸν πατέρα, τὸν υἱόν, τὸ πνεῦμα*. Vox *δύναμις*, ut etiam Fr. Guil. Daetzsch (De notione trinitatis apud Athenagoram, Hal. 1830, p. 7 sq.) observavit, apud patres huius aevi saepe *naturam* (nostrum „Wesen") significat. Iustinus Apol. I. c. 32: *ἡ δὲ πρώτη δύναμις μετὰ τὸν πατέρα πάντων*

Dominus, inquit, ***condidit me initium viarum suarum ad opera sua.*** Et vero etiam ipsum spiritum sanctum, qui in prophetis efficax est, effluentiam dei esse dicimus, emanantem et redeuntem velut radium solis. Quis igitur non miretur, quum eos, qui deum patrem et filium deum et spiritum sanctum asserunt quique eorum et in unione potentiam et in ordine distinctionem demonstrant, audiat atheos vocari? Neque tamen his ea doctrinae nostrae pars quae est de deo continetur: sed etiam multitudinem angelorum et ministrorum agnoscimus, quos creator et opifex mundi deus per lo-

... ὁ λόγος ἐστίν. Coll. Dial. c. Tr. c. 61. p. 284 C, c. 105. p. 332 C, c. 128. p. 358 C. Sic idem (l. c. c. 85. p. 311 C et c. 125. p. 354 D) et Athenagoras (c. 24) satanam et angelos δυνάμεις vocant. Cf. c. 18. n. 9. Unde vox illa de natura divina (numine s. divinitate) usurpatur. Iunguntur autem a Nostro δύναμις et πνεῦμα: cc. 10 et 16: utrumque locum supra n. 9 laudavi. C. A. Kahnis *(Die Lehre v. heil. Geiste* P. I, Hal. 1847, p. 244): „Offenbar ist δύναμις der mehr abstrakte, πνεῦμα der mehr konkrete Ausdruck für göttliche Substanz."

17. ἀθέους] Mon. θεοὺς. Vocem καλουμένους quaeque sequuntur omnes ad οὓς ὁ ποιητὴς Act. respuit.

18. Καὶ] *Et tamen.* Arg. non ἐπὶ τούτοις ... μέρος sed ἐπὶ τούτους ... μέλος. Τὸ θεολογικὸν μέρος est christianae doctrinae pars, ea continens quae ad numen divinum pertinent. Petr. et Bodl. 1. 2 λογικὸν pro θεολογικόν. Athenagoras, ut atheismi crimen repellat, ante dixit Christianos agnoscere deum et logon et spiritum sanctum, pares secundum divinitatem; iam addit angelos. Similis locus est Iustini Mart. Apol. I. c. 6. Möhler *(Patrologie* T. I. p. 279): „Aber nicht einmal damit ist der Kreis unserer Glaubenslehre in Bezug auf Gott abgeschlossen." Definitius Baumgarten-Crusius *(Comp. d. chr. Dogmengesch.* T. II. p. 182): in Bezug auf „das zum Gottsein Gehörige": provocans ad notum illud θεολογεῖται ὁ Χριστός (Euseb. H. E. V. c. 28. §. 4 sq. X. c. 4. §. 21). C. 13 ὁ φυσικὸς et ὁ θεολογικὸς λόγος memorantur, c. 24 σοφία κοσμικὴ et θεολογικὴ sibi opponuntur, c. 19 mentio fit τῶν τεθεολογημένων numinum, c. 20 τῆς θεολογίας. Sic θεολογεῖν, *divinitatem adstruere*, c. 22.

19. ἀγγ. καὶ λειτ.] H. e. *angelorum et quidem ministrorum.* Particula καὶ epexegetice *(nämlich* s. *und zwar)* dicta est, ut saepe apud veteres. Λειτουργοί angeli vocantur, quia, quum deus omnium rerum in universum curam gerat, ipsi specialem providentiam administrant (c. 24). Deus autem est ποιητὴς (s. κατὴρ) καὶ δημιουρ-

γὸς κόσμου Θεὸς διὰ τοῦ παρ' [20]αὐτοῦ λόγου διένειμε καὶ διέταξε περί τε τὰ στοιχεῖα εἶναι καὶ τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ καὶ τὴν [21]τούτων εὐταξίαν.

11. Εἰ δὲ ἀκριβῶς διέξειμι τὸν καθ' ἡμᾶς λόγον, μὴ θαυ- B μάσητε· ἵνα [1]γὰρ μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ συναποφέρησθε γνώμῃ, ἔχητε δὲ τἀληθὲς [2]εἰδέναι, ἀκριβολογοῦμαι· ἐπεὶ καὶ δι' αὐτῶν τῶν [3]δογμάτων οἷς προσέχομεν, οὐκ ἀνθρωπικοῖς οὖσιν ἀλλὰ θεοφάτοις καὶ θεοδιδάκτοις, πεῖσαι ὑμᾶς [4]μὴ ὡς περὶ ἀθέων ἔχειν δυνάμεθα. Τίνες οὖν ἡμῶν οἱ λόγοι οἷς ἐντρεφόμεθα; [5]Λέγω ὑμῖν· ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους, προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς, ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὃς τὸν C ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. [6]Ἐπιτρέψατε ἐνταῦθα τοῦ λόγου ἐξακούστου μετὰ πολλῆς κραυγῆς γεγονότος ἐπὶ παῤῥησίαν [7]ἀναγαγεῖν, ὡς ἐπὶ βασιλέων φιλοσόφων ἀπολογούμενον. [8]Τίνες γὰρ ἢ τῶν τοὺς συλλογισμοὺς ἀναλυόντων [9]καὶ τὰς ἀμφιβολίας διαλυόντων καὶ τὰς ἐτυμολογίας σαφηνιζόντων, ἢ τῶν τὰ ὁμώνυμα καὶ

γὸς κόσμον, quandequidem mundum (per logon) creavit et formavit (c. 8. n. 8). C. 15 deus δημιουργὸς cum figulo comparatur (cf. ibi n. 7). Coll. Iustinus Cohort. ad Gentt. c. 22: ὁ μὲν γὰρ ποιητής, οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενος, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως καὶ ἐξουσίας ποιεῖ τὸ ποιούμενον, ὁ δὲ δημιουργός, τὴν τῆς δημιουργίας δύναμιν ἐκ τῆς ὕλης εἰληφώς, κατασκευάζει τὸ γινόμενον.

20. αὐτοῦ] Sic codd. msti. (Bodl. 1. 2 διὰ αὐτοῦ παρ' αὐτοῦ.) Editi vero αὐτοῦ. Illa dicendi formula διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ λόγου frequens est apud Athenagoram. Cf. supra n. 4.

21. τούτων] Arg. αὐτῶν manu recentiori; vox enim, prima manu scripta, evanuerat.

1. γὰρ] Lub. omisit.

2. εἰδέναι] Arg. εἶναι. Manus valde recens εἰδέναι supra lineam scripsit.

3. δογμάτων] Hanc vocem Athenagoras proprie de vivendi praeceptis usurpat, quae quidem a doctrina fidei supra exposita distinguit. *Maranus.* — Bodl. 1. 2. Clar. Act. προέχομεν pro προσέχομεν. Arg. non θεοφάτοις sed usitatius θεσφάτοις.

4. μὴ . . . ἔχειν] Strue: μὴ ἔχειν (περὶ ἡμῶν) ὡς περὶ ἀθέων, ubi ἔχειν est i. q. *sentire. Lindner.*

5. Λέγω . . . ἀδίκους] Luc. 6, 27. 28. Matth. 5, 44. 45. — Arg. ἐχθ. ἡμῶν pro ἐχθ. ὑμῶν. Act. υἱοὶ τοῦ θεοῦ πατρός. Pron. ὑμῶν, post πατρός, omissum in Arg. Lub. Bodl. 1. 2. Mon. Act. Codd.

gon suum distribuit et ordinavit, ut circa elementa et coelos et mundum et quae in eo sunt horumque temperationem versarentur.

11. Quod autem accurate persequar nostram doctrinam, nolite mirari; etenim ut ne communi et a ratione aliena abripiamini sententia, sed verum videre possitis, accurate illam expono: quandoquidem ex ipsis etiam quibus adhaeremus praeceptis, utpote non humanis sed a deo traditis, persuadere vobis possumus ut ne nos atheos existimetis. Quaenam sunt igitur illa effata quibus enutrimur? *Dico vobis: diligite inimicos vestros, benedicite exsecrantibus, orate pro persequentibus vos, ut sitis filii patris vestri qui in coelis est, qui solem suum oriri facit super malos et bonos et pluit super iustos et iniustos.* Permittite hic mihi, quippe coram regibus philosophis causam dicenti, ut exaudibili cum magno clamore facta voce libere proloquar. Quinam enim vel ex iis qui syllogismos resolvunt et ambigue dicta dissolvunt et voces unde dictae sint exponunt, vel ex

editi τὸν ἥλιον αὐτοῦ, sed moti τ. ἥλ. αὐτοῦ, unde reposui. Cf. c. 2. n. 9.

6. Ἐπιτρέψατε] Lub. et Mon. ἐπιστρέψατε. Par. 2 ἐπιτρέψασθε.

7. ἀναγαγεῖν] Scil. τὸν λόγον. Bodl. 1. 2. Aet. ἀγαγεῖν.

8. Τίνες γὰρ κτλ.] Tangit sophistas: quae enim hic memorantur omnia ad dialecticam pertinent. Maxime autem praedicat Christianorum amorem erga inimicos, in vita illorum conspicuum. C. 12: μέχρι τοσούτου δὲ φιλανθρωπότατοι ὥστε μὴ μόνον στέργειν τοὺς φίλους. Tertullianus ad Scap. c. 1: „Disciplina iubemur diligere inimicos quoque et orare pro eis qui nos persequuntur, ut haec sit perfecta et propria bonitas nostra, non communis: amicos enim diligere omnium est, inimicos autem solorum Christianorum.“ Epist. ad Diogn. c. 5: Ἀγαπῶσι πάντας, καὶ ὑπὸ πάντων διώκονται. Pariter saepe Iustinus: Apol. I. c. 14. p. 61 C, c. 39. p. 78 B, c. 57. p. 91 D, Dial. c. Tr. c. 35. p. 254 B, c. 96. p. 323 D, c. 133. p. 363 C. Cyprianus ad Demetr. c. 25. Hic amor admodum conferebat ad victoriam rei christianae, ut Iulianus imperator in epistola ad Arsacium sacerdotem galaticum concedit, ap. Sozomen. H. E. V. c. 16: μάλιστα τὴν ἀθεότητα συνηύξησεν ἡ περὶ τοὺς ξένους φιλανθρωπία etc.

9. καὶ τ. ἀμφ. διαλ.] Haec desunt in Lub. Paullo ante art. τοὺς ante συλλογισμούς in Arg. desideratur. Dein verba καὶ κατηγορήματα in Mon. omissa sunt.

συνώνυμα καὶ κατηγορήματα καὶ ἀξιώματα καὶ τί τὸ ὑποκείμενον καὶ τί τὸ [10]κατηγορούμενον, [11]οἳ εὐδαίμονας ἀποτελεῖν διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων λόγων [12]ὑπισχνοῦνται τοὺς συνόντας, οὕτως D ἐκπεπαθαρμένοι εἰσὶ τὰς ψυχὰς ὡς ἀντὶ τοῦ μισεῖν τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν, καὶ ἀντὶ τοῦ, [13]τὸ μετριώτατον, κακῶς ἀγορεύειν [14]τοὺς προπατάρξαντας λοιδορίας εὐλογεῖν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐπιβουλευόντων εἰς τὸ ζῆν προσεύχεσθαι; Οἳ τοὐναντίον ἀεὶ διατελοῦσι κακῶς τὰ ἀπόῤῥητα [15]ἑαυτοῖς ταῦτα μεταλλεύοντες, καὶ ἀεί τι ἐργάσασθαι ἐπιθυμοῦντες [16]κακόν, τέχνην λόγων καὶ οὐκ ἐπίδειξιν ἔργων τὸ πρᾶγμα πεποιημένοι. [17]Παρὰ δ' ἡμῖν εὕροιτε 12 ἂν ἰδιώτας καὶ χειροτέχνας καὶ γραΐδια, [18]εἰ λόγῳ τὴν ὠφέλειαν παρίστᾶν εἰσὶν ἀδύνατοι τὴν παρὰ τοῦ λόγου, ἔργῳ τὴν ἀπὸ τῆς προαιρέσεως ὠφέλειαν ἐπιδεικνυμένους· [19]οὐ γὰρ λόγους διαμνημονεύουσιν, ἀλλὰ πράξεις ἀγαθὰς [20]ἐπιδεικνύουσιν· [21]παιόμενοι μὴ ἀντιτύπτειν καὶ ἁρπαζόμενοι μὴ δικάζεσθαι, τοῖς αἰτοῦσι διδόναι καὶ τοὺς πλησίον ἀγαπᾶν ὡς ἑαυτούς.

10. *κατηγορούμενον*] Non addendum *διδασκόντων* (Gesn.), sed *σαφηνιζόντων* ex praecedentibus supplendum.

11. *οἳ*] Sic Bodl. 1. 2. Clar. Aet. et supra lineam Par. 2. Verba hoc modo collocata sunt in Bodl. 1. 2. Clar.: *οἳ διὰ τούτων εὐδαίμονας ἀποτελεῖν*, in Aet.: *οἳ δ. τ. εὐδαίμονες ἀποτ.* Illud *οἳ* iam Stephanus coniecerat: receperunt autem Dechair., Maran., Lindner. Mox Bodl. 1. 2 *καὶ τοιούτων λόγων* et Aet. *καὶ τούτων λόγων* pro *καὶ τῶν τοιούτων λόγων*.

12. *ὑπισχνοῦνται*] Bodl. 2 *ἐπισχνοῦνται*.

13. *τὸ μετρ.*] Deest Bodl. 1. 2. l. q. *ὃ μετριώτατόν ἐστι*, „id quod summae moderationis argumentum est" (Gesn.). Cf. Matthiae *Ausf. gr. Gramm.* (ed. 2) p. 805 sq.

14. *τοὺς*] Bodl. 2 *καὶ*.

15. *ἑαυτοῖς ταῦτα*] Ita ex Par. 1 et Arg. reposui. Praebet *ἑαυτοῖς τὰ τοιαῦτα* Maranus, ope Par. 2. Bodl. 1. 2 et Aet., in quibus est *ἑαυτοὺς τὰ τοιαῦτα*. Caeteri editores habent *ἐπ' αὐτοὺς ταῦτα* (Lindner. interpretatur: „nunquam desistunt quae abscondita sunt ea contra inimicos suos curiose scrutari"), quae lectio in reliquis comparet codd. mstis. Lub. in marg. *ἑαυτοὺς* pro *ἐπ' αὐτούς*. Idem *μεταλεύοντες*. Illud *ταῦτα* referas ad supradicta artis sophisticae instituta. Maranus: „Sophistas exagitat Athenagoras, quod non modo Christianorum virtutem in diligendis inimicis non imitentur, sed etiam ipsi incoeptores iniuriarum sese praebeant, et dum aliis beatam vitam docendo pollicentur, ipsi artis suae arcana ad maledicta et malefacta sibi investigare non desinant."

iis qui homonyma et synonyma et praedicamenta et axiomata et quid sit subiectum et quid praedicatum [docent], atque his et huiusmodi sermonibus discipulos beatos se facturos pollicentur: quinam, inquam, ex iis ita expurgati sunt animi ut inimicos non modo non oderint sed etiam diligant, et iis qui prius maledixerunt non modo non maledicant, id quod moderatissimum erat, sed etiam benedicant, et pro iis precentur qui ipsorum vitae insidiantur? Qui contra nunquam desinunt malo animo haec arcana sibi ipsis investigare, ac semper mali aliquid facere cupiunt, artem verborum et non factorum demonstrationem professionem suam facientes. Apud nos autem reperietis imperitos homines et manuarios opifices et anus, qui, si verbis utilitatem doctrinae nostrae demonstrare nequeunt, factis tamen utilitatem quae ex animi inductione proficiscitur declarant; non enim verba declamitant, sed actiones bonas exhibent: percussi non repercutere et spoliati non litigare, petentibus dare et proximos ut seipsos diligere.

16. κακόν] Sirl. et Clar. σκαιόν. Deinde Aet. τοῦ πράγμα.

17. Παρὰ δ' ἡμῖν κτλ.] Tertullianus Apolog. c. 46: „Deum quilibet opifex christianus et invenit et ostendit et exinde totum, quod a deo quaeritur, re quoque assignat.“ Adde Iustin. Apol. I. c. 60 (n. 11) et II. c. 10. Tatian. Or. ad Gr. c. 33 (n. 3).

18. εἰ] Lub. οἱ. Par. 2 et Aet. εἰ λόγῳ παριστᾶν τὴν ὠφέλειαν. Sic etiam Bodl. 1 et 2, nisi quod ἀλόγῳ ex εἰ λόγῳ effecerunt. Antea Bodl. 1 et Aet. εὕροιτ' pro εὕροιτε. Bodl. 1. 2 et Aet. non γραΐδια sed καρδίας. In marg. autem Aet. apparet γραΐδια. Lindnerus, locum non intelligens, inepte putat λόγῳ esse glossam. Sed id opponitur ἔργῳ. In errorem eum duxerunt verba τὴν παρὰ τοῦ λόγου, de quibus c. 2. n. 21 consulas.

19. οὐ γὰρ ... ἐπιδεικν.] C. 33: οὐ γὰρ μελέτῃ λόγων ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα. Iustinus Apol. I. c. 16: οὐ γὰρ τοὺς μόνον λέγοντας ἀλλὰ τοὺς καὶ τὰ ἔργα πράττοντας σωθήσεσθαι ἔφη (Christus). Cohort. ad Gentt. c. 35: οὐ γὰρ ἐν λόγοις ἀλλ' ἐν ἔργοις τὰ τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας πράγματα. Tatianus l. c. c. 26: Τί λόγους ἐπαναιρεῖσθε, τῶν ἔργων μακρὰν ἀφεστῶτες; Cyprianus sub initium lib. de bono patientiae: „Nos philosophi non verbis sed factis sumus; ... non loquimur magna sed vivimus.“ Minucius Fel. Octav. c. 38. §. 8: „Non eloquimur magna sed vivimus.“

20. ἐπιδεικνύουσιν] Lub. ἐπιδεικνύουσι.

21. παιόμενοι ... ἑαυτούς] Coll. Matth. 5, 39. 40. 42. 43. Luc. 6, 29. 30. — Bodl. 1. 2 παισόμενον.

12. Ἆρα τοίνυν, εἰ μὴ [1] ἐφεστηκέναι θεὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ἐνομίζομεν, [2] οὕτως ἂν ἑαυτοὺς ἐξεκαθαίρομεν; Οὐκ B ἔστιν εἰπεῖν. Ἀλλ' ἐπεὶ πεπείσμεθα ὑφέξειν παντὸς τοῦ ἐνταῦθα βίου λόγον τῷ πεποιηκότι καὶ ἡμᾶς καὶ τὸν κόσμον θεῷ, [3] τὸν μέτριον καὶ φιλάνθρωπον καὶ εὐκαταφρόνητον βίον αἱρούμεθα, [4] οὐδὲν τηλικοῦτον πείσεσθαι κακὸν ἐνταῦθα νομίζοντες, [5] κἂν τῆς ψυχῆς ἡμᾶς ἀφαιρῶνταί τινες, ὧν ἐκεῖ κομιούμεθα τοῦ πράου [6] καὶ φιλανθρώπου καὶ ἐπιεικοῦς βίου παρὰ τοῦ μεγάλου δικαστοῦ. [7] Πλάτων μὲν οὖν Μίνῳ καὶ Ῥαδάμανθυν δικάσειν καὶ κολάσειν τοὺς πονηροὺς ἔφη, ἡμεῖς δέ, κἂν Μίνως C [8] τις κἂν Ῥαδάμανθυς ᾖ [9] κἂν ὁ τούτων πατήρ, οὐδὲ τοῦτόν φαμεν διαφεύξεσθαι τὴν κρίσιν τοῦ θεοῦ. [10] Εἶθ' οἱ μὲν τὸν βίον τοῦτον νομίζοντες, [11] φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν, καὶ τὸν θάνατον βαθὺν ὕπνον καὶ λήθην τιθέμενοι ([12] ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάονε) πιστεύονται θεοσεβεῖν· ἄνθρωποι δέ, τὸν μὲν ἐνταῦθα ὀλίγου καὶ μικροῦ τινος ἄξιον βίον λελογισμένοι, [13] ὑπὸ μόνου δὲ παραπεμπόμενοι [14] τοῦ τὸν

1. ἐφεστ.] Lub. ἀφεστηκέναι.

2. οὕτως] Bodl. 1. 2. Aet. οὕτω. Ἐξεκαθ. (c. 11. p. 11 D): „ab omni vitiorum contagio puros nos praestaremus" (Lindn.).

3. τὸν] Clar. τό.

4. οὐδὲν ... νομίζοντες ... ὧν ἐκεῖ κομ.] Coll. Rom. 8, 18. — Par. 2. Bodl. 1. 2 ἐνταῦθα κακὸν πείσεσθαι.

5. κἂν] Bodl. 2 καὶ. Mox idem ὑμᾶς. Arg. ἡμῶν, sed supra lineam ἡμᾶς.

6. καὶ] Deest in Bodl. 2. Clar. Aet.

7. Πλάτων] In Gorg. p. 523 E. 524 A ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IV. p. 165 sq.). Cf. Iustin. Mart. Apol. I. c. 8.

8. τις] Deest in Bodl. 1. 2 et Aet. Maranus Ῥαδάμανθος. Interpretes non solum κολάσειν sed etiam δικάσειν ad τοὺς πονήρους retulerunt. Sed δικάζειν cum dativo personae iungitur: quare hic absolute usurpatum est.

9. κἂν] Bodl. 1. 2. Aet. καὶ. Pater utriusque fuit Iuppiter.

10. Εἶθ'] Mon. εἰθ'. I. A. Fabricius (Hist. crit. de la rep. des lettres T. IX. p. 133) legit εἰ δ'. Suffr. Petrus (*Et iam*) et Maranus (*Deinde*) non interrogative ceperunt; recte Gesner. et Lindner.: *An vero?* Ponitur εἶτα in interrogatione cum quadam indignatione aut admiratione dicta. Post νομίζοντες noli repetere βίον (Lindn.), sed struas sic: τ. βίον νομ. τοῦτον.

11. φάγωμεν ... ἀποθνήσκομεν] Ies. 22, 13. 1 Cor. 15, 32. Verba καὶ πίωμεν in Clar. et αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν in Lub. desunt.

12. Num igitur, nisi deum humano generi praesse crederemus, ita animum nostrum expurgaremus? Id dici non potest. Sed quia persuasum habemus reddituros nos totius huius vitae rationem deo qui et nos et mundum fecit, moderatam et humanitatis plenam et aspernabilem vitam sectamur, nihil hic mali, etiamsi quis vitam nobis eripiat, passuros arbitrati, quod quidem cum iis conferri queat quae illic a magno iudice ob vitam mansuete et benigne et moderate actam consequemur. Dixit quidem Plato Minoem et Rhadamanthum iura daturos et improbis poenas irrogaturos, nos autem, etiamsi Minos aliquis aut Rhadamanthus fuerit aut horum pater, ne hunc quidem iudicium dei effugiturum dicimus. Itane qui quidem hanc vitam in hoc positam putant, *manducemus et bibamus, cras enim moriemur*, quique mortem profundum somnum et oblivionem statuunt (*somnus et mors gemelli*) ii existimantur pii esse; nos vero qui hanc vitam exigui parvique pretii esse ducimus: qui hac una re

12. ὕπνῳ ... διδυμάονι] Petita sunt haec verba, id quod editores omnes fugit, ex Homer. Il. XVI. 672: ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν, Cf. XIV. 231. Hesiodus quoque in Theog. 211 Somnum et Mortem fratres facit: Νὺξ δ' ἔτεκε Θάνατον, τέκε δ' Ὕπνον. Gorgias inde Leontinus iam moribundus: Ἥδη με, inquit, ὁ ὕπνος ἄρχεται παραχατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ. Aelian. Var. hist. II. c. 35. Rationem vero, ob quam somno mors assimilatur, ipse Athenagoras De resurr. c. 16 affert. — Lub. ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάονε. Arg. ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάῳ e correctione valde antiqua; prima enim manus videtur ibi scripsisse διδυμάονι. Lectio vulgata casus tres dualis numeri agnoscit, nescio quam recte. Malit Gesnerus dativos ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάονι. Sed vocis διδυμ. nonnisi dualis et pluralis reperiuntur. Lindner edidit inepte ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάονε.

13. ὑπὸ ... εἰδέναι] Ioann. 17, 3. — Ex verbo παραπεμπόμενος pendet tota loci sententia, ut Maranus recte animadvertit. Reddit Gesner.: „illum duntaxat ducem pertranseuntes sequimur.“ Lang.: „qui hanc vitam in hoc tantummodo transmittimus.“ Petr. et Dechair.: „in hoc tantummodo incumbimus.“ Lindner.: „παραπεμπ. ὑ. τινος = uti aliquo viae duce.“ Recte Maranus: „qui hac una re ad futuram vitam perducimur.“ Paullo post eodem sensu usurpatur; „nam ne solam fidem requirere videretur, addit aliam conditionem, nempe si puri ab omni delicto perducamur.“

14. τοῦ τὸν Θεὸν] Struus: κα-

θεὸν καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον εἰδέναι, [15]τίς ἡ τοῦ παιδὸς D πρὸς τὸν πατέρα ἑνότης, τίς ἡ τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν [16]κοινωνία, τί τὸ πνεῦμα, τίς ἡ [17]τῶν τοσούτων ἕνωσις καὶ διαίρεσις ἑνουμένων, τοῦ πνεύματος [18]τοῦ παιδὸς τοῦ πατρός, πολὺ δὲ καὶ [19]κρείττονα ἢ εἰπεῖν λόγῳ τὸν ἐκδεχόμενον βίον εἰδότες, ἐὰν καθαροὶ ὄντες ἀπὸ παντὸς [20]παραπεμφθῶμεν ἀδικήματος, μέχρι τοσούτου δὲ φιλανθρωπότατοι ὥστε μὴ μόνον στέργειν τοὺς [21]φίλους (22Ἐὰν γὰρ ἀγαπᾶτε, φησίν, τοὺς ἀγαπῶντας καὶ δανείζετε τοῖς δανείζουσιν. ὑμῖν, τίνα μισθὸν ἕξετε;), τοσοῦτοι δὲ 13 ἡμεῖς ὄντες καὶ τὸν τοιοῦτον βιοῦντες βίον, ἵνα κριθῆναι διαφύγωμεν, ἀπιστούμεθα θεοσεβεῖν; Ταῦτα μὲν οὖν μικρὰ ἀπὸ μεγάλων καὶ ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν, ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον ὑμῖν [22]ἐνοχλοίημεν· καὶ γὰρ τὸ μέλι καὶ τὸν [21]ὀρὸν δοκιμά-

ραπ. ὑπὸ μόνου τοῦ εἰδέναι τὸν θεόν. Codd. msti et editi τούτου ὃν ἴσως θεὸν. Gesner. legi vult τούτου ὃν ἐπιθυμοῦσι vel εὔχονται θεὸν, Dechair. τούτου ἕν' ἴσως θεὸν (*unum deum*), Gottfr. Olearius (De spiritus s. cum patre adoratione, Lips. 1711, p. 2) et Fabricius (l. c.) τούτου νοήσασθαι vel νοῆσαι θεὸν κ. τ. π. α. λόγον, εἰδέναι τίς etc., Lindner. τούτου εἰδέναι expunctis octo verbis ὃν usque ad λόγον, „ab uno illo deo seducti ut sciamus", Venema (Institt. hist. eccl. T. III. p. 416) τούτου ἕν' vel τὸν ἴσως θεὸν vel ἕν' ἰδίως θεόν, „*proprie* et peculiari vocis emphasi deum scil. patrem," Guerike (De schola alex. P. II. p. 101) τούτου τὸν ἴσως θεόν. Scite Maranus ut supra in textu posui. Sic etiam Suffr. Petrus aut in codice suo legit aut legendum potius coniecit, quippe vertens: „in hoc tantummodo incumbimus ut deum et ex eo procedens verbum cognoscamus." Corruptio nata est ex *TOT TON ΘN*, pro quibus vocibus librarii alicuius culpa factum est *TOT TON ON* (*ΘN* et *ON* saepe confunduntur: cf. Tischendorfii excursum ad 1 Tim. 3, 16 Prolegg. ad cod. Ephr. p. 39 sqq.), quod dein incaute in τούτου ὃν mutatum est. Aliquis autem lector, haevum animadvertens, in margine vel supra lineam notavit ἴσως θεόν (= „fortasse θεὸν pro ὃν legi oportet" — cf. e. gr. c. 14. n. 15), quae verba, ut saepenumero in codicibus fieri solet (cf. e. gr. Iustin. Apol. I. c. 3. n. 2), in ipsum contextum recepta sunt. Hanc firmat emendationem vox θεὸν in Par. 2 supra lineam apposita.

15. τίς] Supple εἰδέναι. Bodl. 2 τί. Mox ἑνότης in Bodl. 1. 2 deest.

in omnibus codd. editis est, ope Par. 1. Lub. Petr. Mon. *κοροπλαθικὴ (ars pupas fingendi)* effeci. Arg. *κοροπαλθική*. Nempe vox *κοροπλάστης* est hellenistica, ut Moeris testatur, pro attica ideoque Athenagorae magis accommodata *κοροπλάθος*, h. e. interprete Suida *ὁ τοὺς κόρους* (pupas) *πλάττων κηρῷ ἢ γύψῳ*. Cf. Stephan. Thes. gr. ling. (ed. C. B. Hase) Vol. IV. p. 1840.

16. *ἐρωτικῶς γάρ κτλ.*] Plinius XXXV. c. 12. s. 43: „Opere terrae fingere ex argilla similitudines Dibutades Sicyonius figulus primus invenit Corinthi, filiae opera: quae capta amore iuvenis, abeunte illo peregre, umbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit: quibus pater eius impressa argilla typum fecit et cum ceteris fictilibus induratam igni proposuit: eumque servatum in Nympheo, donec Corinthum Mummius everteret, tradunt.“ Plinius igitur typum ad Mummium usque servatum in Nympheo tradit: an idem post alio loco sit servatus tacet. Scribit ex traditione: Athenagoras confidentius asseverat.

17. *ἀπαραλλάκτῳ*] Lub. et Mon. *ἀπαραλλάκτως*.

18. *ἀναγλύφας*] Maran. ex Clar. praeter necessitatem dedit *καὶ ἀναγλύφας*. Omnes caeteri codd. msti coniunctionem non agnoscunt. In praecedenti parenthesi *δὲ* abest a Bodl. 2 et Aet.

19. *Δαίδ. καὶ Θεόδ.*] Lub. et Mon. *καὶ* omisere. De utroque artifice adeas Sillig. l. c. p. 169 sqq. et 439 sqq., qui (p. 442): „Vix dubito“, inquit, „quin Theodorus Milesius, qui apud Athenagoram cum Daedalo *ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ πλαστικὴν* invenisse dicitur, nullus sit alius quam noster per errorem ex Samio Milesius factus.“ Lub. *Μιλήσιος*. Codd. msti *ἀνδριαντ. καὶ πλαστ.* suppeditant: soli Par. 2. Bodl. 1. 2. Clar. inverso ordine *πλαστ. καὶ ἀνδριαντ.*, et sic Dechair. et Maran. ediderunt. Plastice enim, ut ait Plinius, „prior quam statuaria fuit“; unde etiam mater statuariae vocatur apud eumdem. Non muto. Videtur scilicet *ἀνδριαντ.*

δαλος καὶ Θεόδωρος ὁ Μιλήσιος ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ πλαστικὴν προσεξεῦρον. Ὁ μὲν δὴ [20]χρόνος ὀλίγος τοσοῦτος ταῖς εἰκόσι καὶ τῇ περὶ τὰ εἴδωλα πραγματείᾳ, ὡς ἔχειν εἰπεῖν [21]τὸν ἐκάστου τεχνίτην θεοῦ. Τὸ μὲν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ([22]μᾶλλον δὲ Ἀθηλᾶς· Ἀθηλᾶ γὰρ ὡς οἱ μυστικώτερον, οὕτω γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἐλαίας τὸ παλαιὸν) καὶ τὴν καθημένην [23]Ἔνδοιος εἰργάσατο μαθητὴς Δαιδάλου, [24]ὁ Β δὲ Πύθιος ἔργον Θεοδώρου καὶ Τηλεκλέους, καὶ ὁ Δήλιος καὶ ἡ [25]Ἄρτεμις Τεκταίου καὶ Ἀγγελίωνος τέχνη, ἡ δὲ ἐν Σάμῳ

ad Daedalum, πλαστ. ad Theodorum respicere. Referunt Daedalum statuas per se ambulantes fabricasse (Sillig. p. 174), Theodorum autem plasticen invenisse (p. 439 sq.).

20. χρόνος ὀλίγος τοσοῦτος] „Tempus adeo breve“ eleganter dictum. *Gesner.*

21. τὸν] Bodl. 1. 2. Aet. τὰ. Mox Bodl. 1. 2 θεὸν pro θεοῦ.

22. μᾶλλον . . . τὸ παλαιὸν] Sic codd. msti; sed Aet. γὲ (sic) pro δὲ (sic etiam Morell. Duc. Maran. mendose), Arg. ἀθηλὰ pro ἀθηλᾶ, Bodl. 1. 2. Aet. οὕτως pro οὕτω, Mon. vero verba ἀθηνᾶς μᾶλλον usque ad ἀθηλᾶ γὰρ in marg. habet. Gesnerus coniecit ὡς οἱ μυστικώτεροι sc. ὀνομάζουσιν. Maranus haec advertit: „Secum pugnare Gesnero visus est Athenagoras, quia Athenam, quam hic eamdem esse ac Athelam declarat, infra c. 20 ab Athela distinguit. Atque haec causa Langum adduxit, ut has voces μᾶλλον usque ad τὸ παλαιὸν e margine in contextum obrepsisse crederet. Sed duae sunt Athelae: altera dicitur e cerebro Iovis prodiisse et, ut ait Eustathius in Iliad. p. 83, οἱονεὶ ἀθηλή τις οὖσα, ὡς μὴ θηλάσασα· ὦδινε μὲν γάρ φασιν ἡ κεφαλὴ τοῦ διός. [Tzetz. ad Hesiod. Opp. v. 76.] Haec Minerva dicitur et Athena, meritoque eam distinguit Athenagoras ab altera Athela sive Proserpina, quam Iuppiter ex matre suscepit, quaeque idcirco lactata non fuit quia mstri, utpote horrendum monstrum, displicuit.“ Tum monet ad verba οὕτω γὰρ. τὸ etc.: „Testatur Plutarchus apud Eusebium Praep. evang. [III. c. 8] ligneum fuisse Minervae Urbicae simulacrum, quod ab indigenis consecratum asservabatur apud Athenienses. Ξύλινον δὲ τὸ τῆς Πολιάδος ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων ἱδρυθέν, ὃ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι διαφυλάττουσιν. Athenagorae verba οὕτω γὰρ etc., quae Gesnerus interpres omiserat, sic redduntur a Dechairio [praeeunte Suffr. Petro]: *sic enim quod ex olea fabricatum fuit, antiquitus appellabatur.* Sed his verbis non simulacri nomen sed illius species significari videtur: neque Athelae sed Poliadis simulacrum dicebatur. At quomodo Minerva in hoc simulacro ἀθηλᾶ effingi potuit, si hac voce ubera illi admota non fuisse significetur? Dicendum ergo Minervam in hoc simulacro cum unica mamilla, ut Amazones sole-

et Theodorus Milesius statuariam artem et plasticen invenerunt. Aetas igitur imaginibus et simulacrorum apparatui tantula est, ut cuiusque dei artificem dicere possimus. Simulacrum enim Dianae quod Ephesi est et Athenae (vel potius Athelae: Athela enim dicitur ab iis qui rem secretius tradunt, sic enim illud ex olea antiquum simulacrum) et [Minervam] sedentem Endoeus fecit Daedali discipulus, Pythius autem opus est Theodori et Teleclis, Delius et Diana Tectaei et Angelionis artificium, Iuno Samia et Argiva Smilidis manus,

bant, effictam fuisse: vel illa verba, quae tantum molestiae facessunt, post *τὴν καθημένην* reiicienda, unde in locum non suum, ut saepe alias contigit [cf. e. gr. n. 4], migrare potuerunt. Non repugnat Minervam sedentem in antiquissimo quoque illo simulacro expressam fuisse." Cf. Sillig. l. c. p. 199. Ut animi sententiam ingenue profitear, ista verba a Lango notata, quae neque ad rem faciunt neque dictioni Athenagoreae satis conveniunt, mihi videntur ab aliquo lectore docto profecta et a scriba imperito in textum orationis reposita esse. Suspicionem in ea confert formula loquendi *μᾶλλον δέ*, de qua videsis Iustin. Mart. Apol. I. c. 3. n. 2. Cf. supra c. 14. n. 10.

23. *Ἔνδοιος*] Par. 1. 2. Ottob. 1. 2. Lub. Clar. Aet. Bon. *Ἔνδνος*. Arg. *ἐνδῦος*. Mon. *Ἔνδυος*, litera *ῦ* supra *υ* posita. Bodl. 1. 2 *Ἔνδιος*. Gesn. Rechenb. Dechair. *Ἔνδνος*. Caeteri editores *Ἐνδνὸς* fecerunt. Ubivis peccatum est. Cf. c. 14. n. 12. Mutatione fere nulla restitui nomen genuinum. Etiam Pausanias I. 26, 5 Endoeum *Δαιδάλου μαθητὴν* dicit.

24. *ὁ δὲ Π. ἑ. Θεοδ. κ. Τηλ.*] Theodorus cum fratre Telecle statuam Apollinis Pythii fecit, sine dubio aeneam, quod tamen negat Thierschius: cuius signi unam partem Sami Telecles, alteram Ephesi Theodorus tanta arte elaboraverat, ut utraque pars componi sibique adaptari posset. Athenagorae verba adversari putat Thierschius verbis Pausaniae X. 38, 3: *Θεοδώρου μὲν οὐδὲν ἔτι οἶδα ἐξευρών, ὅσαγε χαλκοῦ πεποιημένα.* Sed Athenagoras opus tantum illud commemorare voluit, neque eius interfuit addere utrum suo adhuc tempore exstaret necne. *Silligius* (l. c. p. 440). P. Wesselingius (Probabil. c. 12. p. 96) inepte censuit expungendam coniunctionem *καὶ* legendumque *Θεοδώρου Τηλεκλέους*: id quod saltem meminisse sufficit.

25. *Τεκταίου*] Facillima emendatione (coll. n. 23) ex vulg. *Ἰδεκταίου* (Bodl. 1. 2 *ἰδεκτέου*) effeci *Τεκταίου*, qui artifex semper cum Angelione coniungitur apud veteres. Silligius (l. c. p. 48) Athenagorae erroris „illi aevo facile condonandi" arguit, qui non solum Apollinem Delium sed Dianam quoque ab utroque illo artifice fabricatam referat: quod tamen valde dubitandum sit, quum neque Pausanias neque Plu-

Ἥρα καὶ ἐν Ἄργει [26] Σμίλιδος χεῖρες, καὶ Φειδίου [27] τὰ λοιπὰ εἰδώλια, ἡ Ἀφροδίτη ἐν Κνίδῳ [28] ἑταίρα Πραξιτέλους τέχνη, ὁ ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸς [29] ἔργον Φειδίου. [30] Συνειδότα φάναι, οὐδὲν αὐτῶν διαπέφευγεν τὸ μὴ ὑπ' ἀνθρώπου γεγονέναι. Εἰ τοίνυν θεοί, [31] τί οὐκ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς; [32] Τί δαί εἰσι νεώτεροι τῶν πεποιηκότων; Τί δαὶ ἔδει [33] αὐτοῖς πρὸς τὸ γεγέσθαι ἀνθρώπων καὶ τέχνης; [34] Γῆ ταῦτα καὶ λίθοι καὶ ὕλη καὶ περίεργος τέχνη. C

18. [1] Ἐπεὶ τοίνυν φασί τινες [2] εἰκόνας μὲν εἶναι ταύτας, θεοὺς δὲ [3] ἐφ' οἷς αἱ εἰκόνες, καὶ [4] τὰς προσόδους ἃς ταύταις

torchus simile quid dicant. Sed legas verba Marani supra c. 14. n. 8 a me proposita. Pariter Iuno Argiva quam Smilis fecit, non nisi ab Athenagora commemoratur. — Arg. ἀγγελίονος.

26. Σμίλιδος] Aet. Σμίλιτος. Cf. Sillig. l. c. p. 423. Vox χεῖρες de artificio dicta (Iacobs. Anthol. Pal. p. 871). Wesselingius l. c. dicit pro καὶ ἐν Ἄργει rescribendum ᾗ καὶ ἐν Ἄργει, *quae et Argis fuerat*. Censet nimirum Athenagorae verba hîc accipienda de Iunonis signo, quod Argonautae in insulam Samum Argis asportarunt. Pausan. in Achaic. c. 4: τὸ δὲ ἱερὸν τὸ ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας εἰσὶν οἳ ἱδρύσασθαί φασι τοὺς ἐν τῇ Ἀργοῖ πλέοντας, ἀπάγεσθαι δὲ αὐτοὺς τὸ ἄγαλμα ἐξ Ἄργους. Non muto.

27. τὰ λοιπὰ εἰδώλια] Haec quia permulta erant non recenset. Cf. Sillig. l. c. p. 342 sqq. Sed psullo post Phidias denuo memoratur: ὁ ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκλ. ἔ. Φειδίου. Huc fortasse illa verba καὶ Φ. τὰ λ. εἰδώλια pertinent, ubi saltem multo aptius collocata erant (cf. n. 4): nisi forte, ad ἔργον Φειδίου apposita, ex margine irrepserunt (cf. supra n. 22). Aut altero loco aliud nomen pro Φειδίου reponendum; cf. quae infra n. 29 observavi. In Lub. verba τὰ λοιπὰ usque ad ἔργον Φειδίου exciderunt: causam omissionis cernis in repetita voce Φειδίου.

28. ἑταίρα] Gesner. (ex Bon.) ἑτέρα. Sic etiam Mon. habet. De Venere Cnidia multi multa dixerunt. Ad Phrynes imaginem Praxitelem hoc simulacrum expressisse testatur Athenaeus XIII. p. 591 A. B. 585 F.: unde ipsam statuam ἑταίραν dixisse Athenagoram putavit Silligius (l. c. p. 383). Cf. Arnob. adv. nation. VI. c. 13, ibique Oehler. p. 266. Quid? Fortasse ad contaminatam Venerem (Plin. XXXVI. c. 5. s. 4) respicit. Tatianus Orat. ad Gr. c. 34: Καὶ σπιλούμενόν τι γύναιον Πραξιτέλης ἐδημιούργησεν. Vide quae ibi n. 14 de his verbis disputavi.

29. ἔργον Φειδίου] Teste Pausania II. 27, 2 Thrasymedes, statuarius Parius, Aesculapium Epidaurium fabricavit, id quod ipsa inscriptione signo adiecta indicetur. Tu igitur conieceris, tota natione li-

et Phidiae caetera simulacra, Venus Cnidia meretrix Praxitelis ars, Epidaurius Aesculapius opus Phidiae. Ut breviter dicam, nullum est ex his simulacris quod dici possit factum ab homine non fuisse. Si igitur dii, cur non erant ab initio? Cur iis sunt recentiores a quibus facti sunt? Cur hominibus et arte opus habebant ut fierent? Terra haec sunt et lapides et materia et ars curiosa.

18. Iam vero quia dicunt nonnulli simulacra haec quidem esse, deos autem esse quorum sunt simulacra, et supplica-

brariorum repugnante, pro *Φειδίου* esse *Θρασυμήδου* refingendum. Cf. n. 27.

30. *Συνελόντα φάναι*] Usitatius *συνελόντι φ.* (Iustin. Dial. c. Tr. c. 81). Et sic legendum censet Nolte: *Zeitschr. f. d. ges. kath. Theol.*, ed. I. Scheiner, T. VI (Vindob. 1854) p. 459. Sed dicebant quoque per accusativum, ut Stephani Thesaur. gr. ling., ed. C. B. Hase, Vol. VII (Par. 1854) p. 1189 docet. Ergo noli mutare.

31. *τί*] Gesn., Mor., Duc., Rechenb. omiserunt, cum Bon.; Arg. *διὰ τί*. Reliqui codd. msti (etiam Petr.) et editi *τί* praebent: id quod iam Stephan. legendum admonuit.

32. *Τί δαί*] Par. 2. Arg. Bodl. 1. 2 *τί δέ*. Paullo post iidem et Act. *τί δὲ* pro *τί δαί*.

33. *αὐτοῖς*] Par. 2. Bodl. 1. 2. Lub. Act. *αὐτοὺς*.

34. *Γῆ* etc.] Bodl. 1. 2. Act. *λίθος* pro *λίθοι*. Epist. ad Diogn. c. 2: *ἴδε . . . τίνος ὑποστάσεως ἢ τίνος εἴδους τυγχάνουσιν οὓς ἐρεῖτε καὶ νομίζετε θεούς. Οὐχ ὁ μέν τις λίθος ἐστίν* κτλ. Clem. Al. Protrept. c. 4. §. 56: *χρυσός ἐστι τὸ ἄγαλμά σου, ξύλον ἐστί, λίθος ἐστί, γῆ ἐστίν, ἐὰν ἄνωθεν νοήσῃς, μορφὴν παρὰ τοῦ τεχνίτου προσλαβοῦσα*. Arnob. l. c. VI. c. 14: „Simulacra ista quae vos terrent quaeque templis in omnibus prostrati atque humiles adoratis, ossa, lapides, aera sunt“ etc.

1. *Ἐκεῖ τοίνυν* etc.] Arnobius adv. nat. VI. c. 17: „Sed erras, inquit (gentilis), et laberis, nam neque nos aera neque auri argentique materias ... eas esse per se deos et religiosa decernimus numina, sed eos in his colimus eosque veneramur quos dedicatio infert sacra et fabrilibus efficit inhabitare simulacris“ etc. Lactant. Inst. div. II. c. 2. Etiam Celsus ap. Orig. ridiculam ait esse Christianorum sapientiam, si nihil aliud contra gentiles decere velint quam lapidem, lignum, aes ab hoc vel illo artifice expolitum non esse deum.

2. *εἰκόνας*] Bodl. 1. 2. *εἰκόνες*.

3. *ἐφ' οἷς αἱ εἰκόνες*] Scil. *ἵδρυνται*, *quorum honori imagines istae sunt dedicatae* (Gesn.).

4. *τὰς προσόδους*] *Πρ.* pro supplicationibus accipio, ut coniunxerit Athenagoras haec duo vocabula *προσόδους* et *θυσίας*, ut a Demosthene [18, 86 ed. Bekk.] coniungi videmus, dicente: *τῷ θυσίας τοῖς θεοῖς καὶ προσόδους ὡς ἀγαθῶν*

προσίασι καὶ τὰς θυσίας ἐπ' ἐκείνους ἀναφέρεσθαι καὶ εἰς ἐκείνους γίνεσθαι, μὴ εἶναί [5]τε ἕτερον τρόπον τοῖς θεοῖς ἢ τοῦτον προσελθεῖν ([6]χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς), καὶ τοῦ ταῦθ' οὕτως [7]ἔχειν τεκμήρια παρέχουσι [8]τὰς ἐνίων εἰδώλων ἐνεργείας, φέρε ἐξετάσωμεν τὴν ἐπὶ [9]τοῖς ὀνόμασι δύναμιν αὐτῶν. Δεήσομαι δὲ ὑμῶν, [10]μέγιστοι αὐτοκρατόρων, πρὸ τοῦ λόγου ἀληθεῖς παρεχομένῳ τοὺς λογισμοὺς συγγνῶναι· οὐ γὰρ προκείμενόν [11]μοι ἐλέγχειν τὰ εἴδωλα, [12]ἀλλὰ ἀπολυόμενος τὰς διαβολὰς λογισμῷν τῆς προαιρέσεως ἡμῶν παρέχω. [13]Ἔχοιτε ἀφ' ἑαυτῶν καὶ τὴν ἐπουράνιον [14]βασιλείαν ἐξετάζειν· ὡς γὰρ ὑμῖν πατρὶ καὶ υἱῷ πάντα κεχείρωται, ἄνωθεν τὴν βασιλείαν εἰληφόσι ([15]βα- D

τούτων ὄντων ἡμᾶς πεποιῆσθαι. *Stephanus.* Isocrates 5, 32 ed. Bekk. προσόδοις καὶ θυσίαις τιμᾶν θεούς. Plura exempla affert Pape Lex. gr. T. II. p. 731. In omnibus codd. mutis et editis est gravis error: ἅς τούτοις προσίασι pro ἅς ταύταις προσίασι. Scriptor enim respicit ad εἰκόνας. Alias sermo sensu caret.

5. τε] Deest in Arg.

6. χαλεποὶ ... ἐναργεῖς] Homer. Il. XX. 131. Vox θεοὶ in Bodl. 1. 2. Clar. Aet. desideratur.

7. ἔχειν] Mon. ἔχει. Lub. pro καὶ τ. τ. οὗτ. ἔχειν habet καὶ τοῦτ' αὖθ' οὕτως ἔχει.

8. τ. ἐ. εἰδώλων ἐνεργείας] De miraculis et prodigiis deorum et simulacrorum quorundam luculentus est tractatus apud Lactant. II. c. 8 et August. De civit. VIII. c. 24. *Langus.*

9. τοῖς] Bodl. 1. 2 τὴν. Praepositio ἐπί c. dat. saepe usurpatur ubi res addendo accedit ad aliquid: „das zu den Namen hinzukommende (sich damit verknüpfende: ἡ apud nomina δύναμις) Wesen derselben.“ Δύναμιν de natura (Wesen) interpretor, ut c. 10. n. 16. Iam enim Athenagoras docet deos primitus non exstitisse neque φύσει esse sed creatos esse, poetis (c. 18) et philosophis (c. 19) consentientibus, ac proinde neutiquam colendos; quod etiam ex absurdis eorum figuris, prave factis (c. 20), cupiditatibus, amoribus (c. 21) evincit, quae frustra ad physiologiam revocentur (c. 22). Tum c. 23 ad quaestionem respondet: τίνι οὖν τῷ λόγῳ ἔνια τῶν εἰδώλων ἐνεργεῖ, εἰ μὴ εἰσὶ θεοὶ ἐφ' οἷς ἱδρυόμεθα τὰ ἀγάλματα; Gesnerus transtulit: „inquiramus quaenam illorum qui dii nominantur vis et efficacia sit.“ Maranus: „inquiramus ecquid ex impositis nominibus habeant efficacitatis.“ Alii aliter. Arnobius l. c. VII. c. 2: „Qui (dii) si sunt, ut dicitis, uspiam verique ... eos esse consequitur sui consimiles nominis, id est tales, ... qualis dominus rerum est atque omnipotens ipse, quem ... intelligimus verum, cum ad eius nominis accessimus mentionem.“

10. μέγιστοι αὐτοκρ.] Bodl. 1

tiones quas simulacris adhibent et victimas ad deos referri et diis fieri, neque alium esse ad deos accedendi modum *(difficile enim est ut dii aperte videantur)*, et quia argumenti loco, cur ita se res habeat, nonnullorum simulacrorum efficientias proferunt: age inquiramus in accedentem ad nomina potentiam eorum. Orabo autem vos, maximi imperatores, antequam disputationem hanc ingrediar, ut veris ratiocinationibus utenti ignoscatis; non enim mihi propositum est simulacra redarguere, sed quum accusationes dissolvam, instituti nostri rationem exhibeo. Possitis ex vobismetipsis etiam coeleste regnum investigare: quemadmodum enim vobis patri et filio omnia parent, qui coelitus regnum accepi-

2 ὦ *μέγιστοι αὐτοκρατόρων*. Lub. et Petr. *μέγιστοι αὐτοκράτορες*: quod praefert Suffridus ad *κακοφωνίαν* evitandam vocis *ὑμῶν*. Cf. c. 1. n. 3. Mox Aet. *ἀληθὴς* pro *ἀληθεῖς* et Arg. *λόγους* pro *λογισμούς*.

11. *μοι*] Deest in Bodl. 1. 2.

12. *ἀλλὰ*] Sic codd. msti. Edifl *ἀλλ'*. Bodl. 1. 2. Mon. Aet. dein *παρέχων*. Sic Arg. quoque, ita tamen, ut illud *ἀλλὰ* praetermittat.

13. *Ἔχοιτε*] Optativus modus, sine *ἄν*, votum exprimit cui satisfieri potest. „Möget ihr im Stande sein zu erforschen." Gesner. conlecit *ἔχετε* vel *ἔχοιτε ἄν* legendum, Lindner. vero inepte *ἵνα ἔχοιτε ἄν*, deceptus a Suffr. Petro, qui ita reddidit ac si comma post *παρέχω* collocatum sit. *Ἀφ' ἑαυτῶν*: *vosmetipsos intuendo* (Gesn.), *vestro exemplo* (Lindn.). Par. 2 et Aet. *ἐφ' ἑαυτῶν*, Bodl. 1. 2 *ἐφ' αὑτῶν*. De sententia totius loci cf. Prolegg. c. VII.

14. *βασιλείαν*] Aet. *βασιλείας*. Addunt editi *πλησόσιν*, exceptis editionibus Dechair. Maran. Lindn. Erroris occasio videtur quod paullo post *πλησόσι* similiter post *βασιλείαν* legatur. Neque id agnoscunt Par. 1. 2. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. In Arg. verba *ἐξετάζειν* usque ad *τὴν βασιλείαν* exciderunt et super *πλησόσι* (Maran. *πλησόσιν*) positum est *τες*, ita ut legatur *τὴν ἐπουρ. βασιλείαν πληρώτες*. Cf. n. 23.

15. *βασιλέως . . . θεοῦ*] Proverb. 21, 1. — Bodl. 1. 2. Aet. *ὥς φησι*. — Liquet hunc locum ab Athenagora de praecipuo quodam in regum vita protegenda praesidio intelligi. Sic intellexit Themistius, orator profanus, qui in orat. 7 ait scriptum in literis Assyriorum: *ὡς ἄρα ὁ νοῦς τοῦ βασιλέως ἐν τῇ τοῦ θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖται*, et in orat. 11: *τὴν τοῦ βασιλέως καρδίαν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖσθαι*. Praesidium singulare significat et ipsa illa vox *δορυφορεῖσθαι* et adiuncta a Themistio explicatio, qui in primo loco manum reges custodientem, in altero ma-

πρόσωπον, ὄνομα Ἡρακλῆς καὶ Χρόνος. Οὗτος ὁ Ἡρακλῆς ἐγέννησεν [28] ὑπερμέγεθες ᾠόν, ὃ συμπληρούμενον ὑπὸ βίας τοῦ γεγεννηκότος ἐκ παρατριβῆς εἰς δύο ἐρράγη· τὸ μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν αὐτοῦ οὐρανὸς εἶναι ἐτελέσθη, [29] τὸ δὲ κατενεχθὲν γῆ. [30] Προῆλθε δὲ καὶ θεὸς Γῆ διὰ σώματος· Οὐρανὸς [31] δὲ Γῇ μιχθεὶς γεννᾷ Θηλείας μὲν Κλωθώ, Λάχεσιν, Ἄτροπον, ἄνδρας [32] δὲ ἑκατόγχειρας [33] Κόττυν, Γύγην, Βριάρεων, καὶ Κύκλωπας Βρόντην καὶ Στερόπην καὶ [34] Ἄργον· οὓς καὶ δήσας κατεταρτάρωσεν, ἐκπεσεῖσθαι [35] αὐτὸν ὑπὸ τῶν παίδων τῆς ἀρχῆς μαθών. [36] Διὸ καὶ ὀργισθεῖσα ἡ Γῆ τοὺς Τιτᾶνας ἐγέννησε.

[37] Κούρους δ' οὐρανίωνας ἐγείνατο πότνια Γαῖα,

praesens et futurum designarent." Sed Lobeckius l. c. praeeunte G. Zoega (*Abhandlungen*, herausg. v. F. G. Welker. Gott. 1817. p. 239; coll. J. v. Hammer *Jahrbb. d. Literat.* P. I, Vindob. 1818, p. 97 sq.) animadvertit verbis κεφαλὴν λέοντος e Damascio addendum καὶ ἄλλην ταύρου.

28. ὑπερμέγεθες ᾠόν] Haec frustra quaesieris in versibus sub falso Orphei nomine exstantibus; sed Athenagorae testimonium confirmat Plutarchus, qui de Orpheo sic loquitur Sympos. II. p. 636: *οὐκ ὄρνιθος μόνον τὸ ᾠὸν ἀποφαίνει πρεσβύτερον, ἀλλὰ καὶ συλλαβὼν ἅπασαν αὐτῷ τὴν ἀπάντων ὁμοῦ πρεσβυγένειαν ἀνατίθησι. Non modo gallinâ ovum antiquius facit, sed omnem ei omnium prorsus rerum originis principatum attribuit.* Recenset deinde Plutarchus ad firmandam Orphei opinionem animalia, quae ex ovis nasci constat, et idcirco ovum in Bacchi mysteriis, ut imaginem illius qui omnia genuit et in seipso continet, non absurde consecratum fuisse dicit. Eodem fere ac Orpheus modo Phoenices, teste apud Eusebium Sanchuniatone Praep. ev. I. c. 10, omnium rerum originem ex limo ac deinde ex ovo quodam repetebant. Aegyptii autem, ut testatur Porphyrius apud eundem Eusebium l. c. III. c. 11, mundi opificem deum, quem Cneph appellabant, ex ore suo ovum fingebant emisisse, quo ex ovo alium deum genitum esse, apud ipsos Phtha, apud Graecos Vulcanum nomine, illudque ovum interpretabantur mundum. Quod ad limum spectat, iidem Aegyptii, teste Iamblich. De myster. s. 7. c. 11, dicebant eum esse elementorum et omnium in elementis potestatum causam principem instar fundamenti subiectam, τῶν στοιχείων καὶ τῶν περὶ τοῖς στοιχείοις δυνάμεων πασῶν ἀρχηγὸν αἴτιον ἐν πυθμένος λόγῳ προυποκείμενον. *Maranus.*

29. τὸ δὲ κατεν.] Arg. Lub. Petr. Bodl. 1. Mon. τὸ δὲ κάτω κατενεχθὲν.

30. Προῆλθε κτλ.] De theogonia Orphica cf. G. Bernhardy *Grundriss d. gr. Liter.* T. II (Hal. 1845)

cui nomen Hercules et Chronus. Hic Hercules genuit ovum immensae magnitudinis, quod, quum esset plenum, vehementius a genitore attritum in duas partes disruptum est; quod superius in eo fuit coeli formam accepit, quod autem depressum terrae. Prodiit vero etiam dea Terra corpore instructa; Coelus autem dum Terrae miscetur gignit feminas quidem Clotho, Lachesin, Atropon, mares autem centimanos Cottyn, Gygen, Briareum, et Cyclopes Bronten et Steropen et Argum: quos etiam constrictos in tartara detrusit, quum se regno a filiis pellendum didicisset. Quapropter etiam irata Terra Titanes peperit.

Filios autem coelestes genuit veneranda Tellus,

p. 283. — In Arg. inter γῆ et διὰ σώματος desunt verba προῆλθε δὲ καὶ θεὸς Γῆ, propter repetitionem eiusdem vocabuli.

31. δὲ] Par. 2 δὲ θεὸς. Arg. μιγεὶς pro μιχθείς. In Act. μὲν post θηλ. deest. — Hesiodus in Theogonia Parcas Noctis, non Terrae filias asserit, in caeteris cum Orpheo consentit.

32. δὲ] Par. 2. Lub. Bodl. 1. Act. τε.

33. Κόττυν] Sic codd. msti (Act. κότυν), Gesn. Rechenb. Dech. Sed Mor. et Lindn. fecerunt Κόττην, Duc. Κόπτην. Hesiodus Theog. 149 et Apollod. l. c. 1 vocant Κόττον. Id fortasse et nostro loco reponendum est. — Gesn. et Rechenb. Γύνην (Arg. Bodl. 1. 2. Mon. [is in marg. γύγην] Act. Bon.) pro Γύγην (caett. codd.).

34. Ἄργον] Ita codd. msti et editi. Hesiodus l. c. 140 nominat Ἄργην, id quod fortasse et apud Athenagoram legeris.

35. αὐτὸν] Sic codd. msti. Gesn. Rechenb. Dech. αὐτόν. Cf. c. 2. n. 9. Mox Par. 2. Bodl. 1. 2. Act. transpositis verbis μαθὼν τῆς ἀρχῆς.

36. Διὸ . . . ἐγέννα.] Observat Suffr. Petrus Titanes ab Athenagora confundi cum Gigantibus, quos sola Terra genuit, quum illi ex Coelo et Terra orti fuerint, id quod ex dictis Orphei pateat qui appellat eos κούρους οὐρανίωνας. Eadem occurrit confusio apud alios, quos Lobeckius l. c. p. 584 notavit.

37. Κούρους . . . ἀστερόεντα] Hos versus inter ἀποσπασμάτια Orphei repetiit Godofr. Hermannus: Orphic. (Lips. 1805) P. II. p. 468. — Pro Τιτῆνας est in Bodl. 1. 2 Τιτᾶνες. Non καλέουσιν Bodl. 1 sed καλέσουσιν. Verba οὕνεκα τισάσθην μέγαν Stephano debentur, qui textui editionis Gesnerianae inseruit. Codd. msti fluctuant. Veram lectionem Par. 1. 2. Ottob. 1. 2. Arg. Mon. indicant: οὕνεκα τὶ (Arg. οὕνεκα τι, Mon. οὕνεκά τι) τιμωρήσωσιν (Arg. τιμωρήσουσι) ἢ τιμήσωσιν (Arg. τιμήσουσι, Mon. τιμήσωσι) σάσθην (Arg. σάσθεν,

Οὗς δὴ καὶ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Οὕνεκα τισάσθην μέγαν Οὐρανὸν ἀστερόεντα.

19. *Αὕτη ἀρχὴ γενέσεως περὶ τοὺς κατ' αὐτοὺς θεούς τε καὶ* [1]*τὸ πᾶν. Τί ἐκεῖνο τοίνυν;* [c]*Ἕκαστον γὰρ τῶν τεθεολογη-* D *μένων ὡς τὴν ἀρχὴν ὂν νοεῖται. Εἰ γὰρ γεγόνασιν οὐκ* [2]*ὄντες, ὡς οἱ περὶ αὐτῶν θεολογοῦντες λέγουσιν, οὐκ εἰσίν.* [a]*Ἢ γὰρ* [3]*ἀγένητόν τι καὶ ἴστιν ἀΐδιον, ἢ γενητὸν καὶ φθατόν ἐστι. Καὶ οὐκ ἐγὼ* [4]*μὲν οὕτως, ἑτέρως δὲ οἱ φιλόσοφοι.* [b]*Τί τὸ ὂν ἀεί, γένεσίν τε οὐκ ἔχον, ἢ τί τὸ γενόμενον μέν, ὂν δὲ οὐδέποτε; Περὶ νοητοῦ καὶ αἰσθητοῦ διαλεγόμενος ὁ Πλάτων τὸ μὲν ἀεὶ ὄν, τὸ νοητόν,* [6]*ἀγένητον εἶναι διδάσκει, τὸ δὲ οὐκ ὄν,*

Mon. *σασθην* punctis supra *α* positis) *μέγαν*. Sirl. *οὕνεκα τιμωρήσωσιν ἢ τιμήσωσιν σάσθην μέγαν*. Unde Stephanus elegit *τισάσθην*. Lub. (et Petr.?) *οὕνεκα τι τιμωρήσωσιν ἢ τιμήσωσι μέγαν*, ita tamen, ut a seriori manu *τι* et *ἢ τιμήσωσι* punctis rubris subnotatum sit legendumque *οὕνεκα τιμωρήσωσι μέγαν* (licet metrum repugnet): quae lectio deprehenditur in Clar. (et Bon.?). Simili modo Bodl. 1. 2 *οὕνεκα τι τιμωρήσωσιν μέγαν*. Aet. *οὕνεκα τὶ τιμωρήσωμεν*. Stephanus: „Illa duo verba *τιμωρήσωσιν* et *τιμησάσθην*, pro scholio adscripta margini, in contextum ab imperito librario translata sunt. Sic apud Diogenem Laertium in Empedoclis versu, quem cum aliis citat in eius vita p. 432 Germ., in eadem voce est error, et qui ex eodem fonte manavit. Legitur enim illic *Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμημένος, ὥσπερ ἔοικα*: quum legi debere *τετιμένος* satis ostendat metri ratio. Sed nimirum *τετιμημένος* erat explicatio *τοῦ τετιμένος* (siquidem *τίειν* hîc est *τιμᾶν*), quae in locum eius vocabuli quod exponebat irrepsit. At in versu isto quem citat Athenagoras *τίειν* significat *τιμωρεῖν*, non *τιμᾶν*, adeo ut ex duabus illis explicationibus quas dixi vera sit una, falsa altera."

1. *τὸ πᾶν. Τί ἐκεῖνο τοίνυν; Ἕκ.* etc.] In Bodl. 1. 2. Clar. Aet. verba *ἐκεῖνο* usque ad *ὡς τὴν ἀρχὴν* omissa sunt; in Par. 2 tamquam expungenda notantur. Caeteri codd. msti *τῷ παντί* (sic, c. acc. acuto et sine interp.) *ἐκεῖνο* (Arg. *ἐκείνω*, sine *ι* subscr.) *τοίνυν· ἕκαστον* etc. Ita etiam editi, nisi quod punctum habent post vocem *παντί*. Locum iam Dechairius sanavit. Ex *πᾶν τί* facile fieri potuit *παντί*, ut hac mutatione admissa ex *τὸ* efficeretur *τῷ*, „siquidem syntaxi laboranti medicinam facere non raro scribae conati fuerint." Pronomen *ἐκεῖνο* spectat ad id quod c. 18 de theogonia exposuit. *Τὰ τεθεολογημένα* sunt numina quibus divinitas tribuitur. Cf. c. 10. n. 18. Quod sequitur, *ὂν νοεῖται*, Maranus suspicatus est legendum pro vulg. *ὄν* (Bodl. 1. 2.

Quos et Titanes cognomine vocant,
Propterea quod ulti sunt Coelum stelligerum.

19. Hoc principium originis fuit et deorum quos existimant et universi mundi. Quid illud igitur sibi vult? Unumquodque enim eorum quibus divinitas tribuitur ab initio esse intelligitur. Nam si quum non essent facti sunt, ut iis placet qui de diis disputant, non sunt. Nam aut infectum quid et aeternum est, aut factum et corruptioni obnoxium est. Neque hoc secus mihi atque philosophis videtur. *Quid est id quod semper exsistit, et originem non habet, aut quid id quod factum quidem est, nunquam autem exsistit?* Plato, de eo quod mente ac de eo quod sensu percipitur disserens, id quidem quod semper est, quod mente percipitur, infectum esse docet, id autem quod non est, quod sensu percipitur,

Aet. ὄν) εἶναι. Reiicienda est coniectatio Gesneri: τῷ παντί. ἕκαστον δὲ τῶν γεγεννημένων, ὡς τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄν, φαμέν. ἐκεῖνο τοίνυν σκεπτέον. εἰ γὰρ γεγόνασιν etc. Improbanda prorsus Suffr. Petri interpretatio lectionis vulgatae, a Rechenbergio et Lindnero accepta: „*Hoc principium est eorum diis et universo mundo. Illud igitur* scil. consequitur quod nos adstruimus, videlicet eos non esse deos. [Lindn. et interpr. Camp. „ἐκεῖνο τοίνυν scil. σκεφόμεθα s. σκέψασθε".] Tum cum εἶναι subaudias ἕδει [Lindn. δεῖ], h. e. *unumquodque enim numen eorum, de quibus illi disceptant, ita esse debebat, ut id quod ab initio* (seu semper) *fuit.*" Equidem Marani coniecturam textui inserui. Tu, sententia non mutata, scripseris fortasse ὂν δεῖ εἶναι h. e. *ita esse debet ut quod ab initio fuerit,* ab initio (aeternum) debet esse.

2. ὄντες] Aet. ὄντος.

3. ἀγένητον . . . γενητόν] Sic reposui ex Arg. pro vulg. ἀγέννητον . . . γεννητόν. Illa lectio firmatur Platonis loco: ἀγένητον = γένεσιν οὐκ ἔχον (*originem non habens, nicht geworden*), γενητὸν = γενόμενον. Cf. c. 4. n. 10. Particula καὶ ante φθαρτόν in Par. 2 et Mon. et in editt. Mor. Duc. Mar. deest.

4. μὲν] Desideratur ap. Morell. Duc. Maran.

5. Τί ... οὐδέποτε] Plat. Tim. p. 27 D (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 301). Cf. Iustin. Cohort. ad Gentt. c. 22. n. 3. Inepte Lindner. interpunxit: φιλόσοφοι, τί ... οὐδέποτε· περὶ κτλ. — Plato: ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ. Pro ἔχον Bodl. 2 ἔχων. Pl. non γενόμενον sed γιγνόμενον. Voculam μὲν post γενόμ. Arg. et Bodl. 2 praetermiserunt. Lub. ὂν (sic) δὲ.

6. ἀγένητον] Sic ego Arg. reposui pro vulg. ἀγέννητον, quod hoc loco male se habet. Cf. n. 3. Mox codd. msti et editi γενητόν. Solus Maranus perperam mutavit in γεννητόν.

τὸ αἰσθητόν, γενητόν, ἀρχόμενον εἶναι καὶ [7]παυόμενον. Τούτῳ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς τῷ λόγῳ [8]ἐκπυρωθήσεσθαι τὰ πάντα καὶ 19
πάλιν ἔσεσθαι φασιν, ἑτέραν ἀρχὴν τοῦ κόσμου [9]λαβόντος. Εἰ δέ, καίτοι διεσοῦ αἰτίου κατ' [10]αὐτοὺς ὄντος, τοῦ μὲν δραστηρίου [11]καὶ καταρχομένου, καθὸ ἡ πρόνοια, τοῦ δὲ πάσχοντος καὶ [12]τρεπομένου, καθὸ ἡ ὕλη, ἀδύνατον [13]δέ ἐστι καὶ προνοούμενον ἐπὶ ταὐτοῦ μεῖναι τὸν κόσμον γινόμενον, πῶς ἡ τούτων [14]μένει σύστασις, οὐ φύσει ὄντων ἀλλὰ γενομένων; Τί δὲ τῆς ὕλης κρεῖττους οἱ θεοί, τὴν σύστασιν ἐξ ὕδατος ἔχοντες; [15]Ἀλλ' οὐδὲ κατ' αὐτοὺς ὕδωρ τοῖς πᾶσιν ἀρχή. Ἔκ τε ἁπλῶν καὶ μονοειδῶν τί ἂν συστῆναι [16]στοιχείων δύναιτο; B
[17]Δεῖ δὲ καὶ τῇ ὕλῃ τεχνίτου καὶ ὕλης τῷ τεχνίτῃ. [18]Ἢ πῶς ἂν γένοιτο τὰ ἐκτυπώματα χωρὶς τῆς ὕλης ἢ τοῦ τεχνίτου; Οὔτε πρεσβυτέραν λόγον ἔχει εἶναι τὴν ὕλην τοῦ Θεοῦ· τὸ γὰρ ποιητικὸν αἴτιον προκατάρχειν τῶν [19]γινομένων ἀνάγκη.

20. Εἰ μὲν οὖν μέχρι [1]τοῦ φῆσαι γεγονέναι τοὺς θεοὺς καὶ ἐξ ὕδατος τὴν σύστασιν ἔχειν τὸ ἀπίθανον ἦν αὐτοῖς τῆς θεολογίας, ἐπιδεδειχὼς ὅτι οὐδὲν γενητὸν ὃ οὐ καὶ [2]διαλυτόν, ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἂν παρεγενόμην τῶν ἐγκλημάτων. [3]Ἐπεὶ δὲ τοῦτο

7. παυόμενον] Bodl. 2 παιόμενον.

8. ἐκπυρ.] Iustin. Apol. I. c. 20. n. 2. Apol. II. c. 7. n. 4, Tatian. Or. ad Gr. c. 6. n. 1, Minuc. Fel. Octav. c. 34. §. 2.

9. λαβόντος] Bodl. 1. 2. Mon. Aet. λαβόντες.

10. αὐτούς] Bodl. 1 αὐτοὺς. Mox τὸ μὲν Aet. pro τοῦ μὲν.

11. καὶ] Deest in Arg. Infra: τὸ γὰρ ποιητικὸν αἴτιον προκατάρχειν τῶν γινομένων ἀνάγκη.

12. τρεπομένου] Morell. et Duc. τερπομένου.

13. δέ] Non πλεονάζει: respondet praecedenti καίτοι. Sine ratione censent Dechair. et Lindner. δὲ expungendum. Bodl. 2 δὲ ἐστὶν. Bodl. 1 δ' ἐστὶν. Part. καὶ ante προνοούμενον deest in Bodl. 2.

14. μένει] Excidit in edilt. Morell. et Duc. Pro σύστασις Par. 2. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. στάσις. Τούτων, deorum. „Qui non suapte natura (φύσει) exsistunt" i. e. qui non sunt entia necessaria et ab aeterno exsistentia. Bodl. 1 et Aet. ὄντος, non ὄντων. Bodl. 1. 2 γεννημένων pro γενομένων.

15. Ἀλλ' οὐδὲ] Gesner. et Suffr. Petrus, quibuscum ut assolet Rechenbergius facit, malunt τόγε γὰρ: *haec enim aqua secundum ipsos* (philosophos) *cunctis rebus principium est.* Tu cave tibi a mutatione.

factum declarat, quippe quum esse incipiat et desinat. Hac etiam ratione Stoici omnia conflagratura et iterum futura dicunt, mundo aliud initium accipiente. Quodsi, quamquam duae apud eos vigent causae, quarum altera efficiens et principalis est, id est providentia, altera patiens et mutabilis, id est materia, fieri tamen non potest ut mundus, quia creatus est, eodem in statu, etiam providentiâ gubernatus, maneat: quomodo istorum constitutio manet, qui non natura exsistunt sed facti sunt? Quid autem materia praestant dii, qui ex aqua constituti sunt? Sed ut isti existimant neque aqua omnium est principium. Ex simplicibus et uniusmodi elementis quid possit constitui? Opus autem est et materiae artifex et artifici materia. Aut quomodo formae exprimi possint sine materia aut artifice? Neque etiam rationi consentaneum est ut materia antiquior sit deo; necesse est enim ut causa efficiens prius quam ea quae fiunt exsistat.

20. Si absurda eorum theologia his finibus contineretur ut deos factos et ex aqua constitutos dicerent, quum demonstraverim nihil factum esse quod non sit dissolutioni obnoxium, ad eas quae supersunt criminationes progrederer. Sed

Verba Ἐκ τε ἁπλῶν κτλ. rationem reddunt. Lindner. cum ἀρχὴ subaudit μόνη.

16. στοιχεῖον δ.] Arg. στοιχεῖον δύναται, id quod in δύναται mutatum est.

17. Δεῖ ... τεχνίτῃ] Cf. c. 10. n. 12. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. verba καὶ ὕλης et quae in eamdem sententiam dicta consequuntur usque ad οὔτε πρεσβυτέραν omittunt.

18. Ἢ] Aut, si illud non sit verum, quomodo etc. Interpretes: *quomodo enim* etc. Arg. ἂν γένηται.

19. γινομένων] Sic ex Par. 1 et Arg. reposui pro vulg. γιγνομένων. Cf. c. 6. n. 19.

1. τοῦ] Lub. κοῦ.

2. διαλυτόν] Bodl. 1. 2 ἀδιάλυτον. Paullo ante ex vulg. γεννητὸν effeci γενητὸν (Arg.), praesertim quum praecesserit γεγονέναι τοὺς θεούς et infra eorum γένεσις (non dicit γέννησις) memoretur. Cf. c. 4. n. 10. Mox pro ἂν Bodl. 1 et Aet. ἃ et pro παρεγενόμην Par. 2 et Arg. παραγενοίμην. Caeterae criminationes in Christianos sunt Oedipodei concubitus (c. 32) et Thyesteae coenae (c. 35).

3. Ἐκεὶ δὲ κτλ.] Prolixissima

μὲν διατεθείκασιν αὐτῶν τὰ σώματα· τὸν μὲν Ἡρακλέα ὅτι [4]θεὸς C
δράκων ἑλικτός, τοὺς δὲ [5]ἑκατόγχειρας εἰπόντες, καὶ τὴν [6]θυ-
γατέρα τοῦ Διός, [7]ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας ἢ Δήμητρος αὐτῆς
ἐπαιδοποιήσατο, δύο μὲν κατὰ φύσιν εἶπον ἔχειν ὀφθαλμοὺς καὶ
ἐπὶ [8]τῷ μετώπῳ δύο καὶ προτομὴν κατὰ τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου
μέρος, ἔχειν δὲ καὶ κέρατα, διὸ καὶ τὴν Ῥέαν φοβηθεῖσαν [9]τὸ
τῆς παιδὸς τέρας φυγεῖν, οὐκ ἐφεῖσαν αὐτῇ τὴν θηλήν, [10]ἕν-

haec periodus: Ἐπεὶ δὲ τοῦτο μὲν διατεθείκασιν αὐτῶν τὰ σώματα ... τοῦτο δὲ τὰ πραχθέντα ἐπ' ἀκριβὲς αὐτοῖς ὡς οἴονται διεξεληλύθασι ... ἀνάγκη κἂν τοσοῦτον εἰπεῖν: parentheses duas magnas continens, priorem de absurdis deorum formis, alteram de malis eorum facinoribus. Respicit Athenagoras ad τοὺς θεολογοῦντας (c. 19) qui ista exposuerint. Liberius hunc locum Lobeck. Aglaopham. T. I. p. 548 citavit.

4. *θεὸς δράκων ἑλ.*] Haec quoque ex Aegyptiorum hausta fontibus. Hercules enim, ut paullo ante dicebat Athenagoras [c. 18: ex Orpheo], opifex est mundi, cuius ex ore ovum emissum est. At mundi opificem Aegyptii sub serpentis specie effingebant. „Hoc animal Phoenices", inquit Philo Biblius apud Eusebium Praep. ev. I. [c. 10], „bonum daemonem appellant, Aegyptii vero Cneph." Cneph autem nomen est mundi opificis apud Aegyptios, ut modo [c. 18. n. 28] observavimus ex Porphyrii testimonio. *Maranus.* Cf. Heinichen ad Eus. l. c. T. I. p. 49. n. 82 sq.

5. *ἑκατόγχειρας*] Sic et supra c. 18. Lobeck. l. c. Ἑκατονχείρας.

6. *θυγατέρα τ. Διός*] H. e. Proserpinam, quae et *Κόρη* et Ἀθηλᾶ vocatur.

7. *ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας ἢ Δήμητρος αὐτῆς ἐπαιδοπ.*] Codd. msti et editi: *ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας καὶ Δήμητρος ἢ Δημήτρος* (*ἢ Δημήτρος* in Bodl. 1. 2. Aet. omissum) *τὸν* (Maran. *τὸν* omisit ope Clar.; Lindn. *τῆς*) *αὐτῆς ἐπαιδοπ.* Eadem ratione, ut supra in textu, locum corruptum emendarunt Suffr. Petrus et Lobeckius, nisi quod ille etiam pronomen *αὐτῆς* („quam ille ex matre Rhea ceu Cerere sustulit") et hic vocem *μητρὸς* expunxit (*ἣν ἐκ τῆς Ῥέας ἢ Δήμητρος αὐτῆς ἐπαιδοπ.*). Quid? Nescio an scriptum fuerit nonnisi hocce: *ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας ἐπαιδοπ.* Fortasse enim doctus lector, Rheam et Cererem confundens, ad marginem vel supra lineam scripsit *καὶ Δήμητρος ἢ Δημήτρος τῆς αὐτῆς*, quod quidem postea in textum irrepsit. Talia interpolamenta alibi quoque deprehenduntur: exempla notavi c. 14. n. 10. Iam addo ineptas caeterorum editorum coniectationes. Putaverunt legendum Gesner. et Rechenb.: *ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας, ἢ Δήμητρος, ἢ Δημήτρος τῆς αὐτῆς* (redd.: *eandem enim faciunt*) *ἐπαιδ.* Stephan.: *ἣν ἐκ μητρὸς μὲν Ῥέας, θυγατρὸς δὲ Κόρης ἐπαιδ.* (c. 32). Fell.: *ἣν ἐκ μητρὸς μὲν Ῥέας καὶ Δήμητρος ἢ Δημήτρος τῆς Κόρης ἐπαιδ.*

quum partim eorum corpora descripserint: velut dum Herculem quidem deum draconem volubilem esse, alios autem centimanos dixerunt, et dum filiam Iovis, quam is ex ipsa matre Rhea sive Cerere suscepit, duobus quidem secundum naturam oculis et duobus in fronte et belluina facie in posteriore colli parte, praeterea vero cornibus instructam esse dixerunt, quare Rheam hoc puellae monstro exterritam fugisse, non praebentem ei papillam, unde mystice qui-

(deceptus a Stephano ait: „Rhea enim filia Corae infra [c. 32] dicitur“ ?!). Dechair.: ἦν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας ἢ Δήμητρος τῆς αὐτῆς *(eandem enim faciunt)* ἐπαιδοκ. Quodsi Athenagoras revera Ῥέας ἢ Δήμητρος scripsit, utramque commutavit deam. „Etenim Rhea atque Ceres, quamquam altera mater erat, altera filia, tamen tam multa inter se communia habuerunt ut Graeci, parva curare nescii, duabus matronis, praesertim peregrinis, modo hoc modo illud nomen communicarent; quo exemplo Euripides in illustri carmine Hel. 1304 Cereris de rapta filia moerorem et placationem sic enarrat, ut huic deae non solum nomen μήτηρ ὀρεία, quod Cybelae proprium est, sed etiam crepitacula bacchica et leones vectores tribuat.“ Lobeck. l. c. T. II. p. 1225; coll. Pauly *Real-Encyclop. d. klass. Alterthumswiss.* T. VI (Stuttg. 1852) p. 402. — Paullo post convenientius pro εἶκον dictum fuisset εἰκόντες.

8. τῷ μετώπῳ] Bodl. 1. 2. Aet. τῶν μετώπων. Suffr. Petrus transtulit: „duos loco naturali duosque in vertice [ἐπὶ τῷ μετώπῳ] oculos habere dixerunt, et frontem [προτομὴν] ad posteriorem colli partem.“ Gesn. (et Maran.): „... et insuper duos in fronte [ἐ. τ. μετώπῳ] et rostrum quoddam [προτομὴν] in posteriore colli parte“. Lindner.: „προτομὴν vertunt *rostrum*, nescio qua causa adducti. Suidas [Poll. I. 189. II. 47]: προτομὴ ἐπὶ ζώων ἀλόγων οὕτω λέγεται ὡς ἐπὶ ἀνθρώπων πρόσωπον. Ergo cervice fuit belluina eminentibus in fronte cornibus.“

9. τὸ τῆς] Prior vocula deest in Aet., altera ap. Maran. errore. Bodl. 1. 2. Aet. οὐκ ἐφεῖσαν τὴν Θηλὴν αὐτῇ.

10. ἔνθεν μ. μὲν Ἀθηλᾶ] Cf. c. 17. n. 22. Verba Ἀθηλᾶ usque ad ἡ αὐτὴ οὖσα desunt in Bodl. 2. „Caeterum“, ait Lindnerus, „novum est quod Φερσεφόνην dicit, non Περσεφόνην.“ Id valde imperiti commentatoris est. Occurrit illa forma saepe in Pseudo-Orphei Hymnis et Argonaut., apud Pindarum, in Anthologia (cf. Stephan. Thes. gr. ling., ed. C. B. Hase, Vol. VI. p. 1000), apud Apollon. Rhod. II. 916, Plutarch. De Isid. et Osir. c. 66 et De genio Socr. c. 22, Porphyr. De abstin. IV. c. 16. p. 352, alios. Cf. Etymolog. Magn. p. 790 (Stephan. l. c. Vol. VIII. p. 712). Inde etiam Φερσεφόνεια (Hesych.) et Φερσέφαττα (Tatian. Or. ad Gr. c. 10, Thom. Mag.) dicitur.

θεν μυστικῶς μὲν Ἀθηνᾶ κοινῶς δὲ Φερσεφόνη καὶ Κόρη κέκληται, οὐχ ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Ἀθηνᾷ τῇ ἀπὸ τῆς [11]κόρης λεγομένῃ·D τοῦτο δὲ τὰ πραχθέντα [12]ἐπ' ἀκριβὲς αὐτοῖς ὡς οἴονται διεξελήλυθασι· Κρόνος μὲν ὡς ἐξέτεμε τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς καὶ κατέῤῥιψεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἅρματος καὶ ὡς [13]ἐτεκνοκτόνει κατακίνων τῶν παίδων τοὺς ἄρσενας, Ζεὺς δὲ ὅτι τὸν μὲν πατέρα δήσας κατεταρτάρωσε, καθὰ καὶ τοὺς υἱεῖς [14]ὁ Οὐρανός, καὶ πρὸς Τιτᾶνας περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπολέμησε, καὶ ὅτι τὴν μητέρα Ῥέαν [15]ἀπαγορεύουσαν αὐτοῦ τὸν γάμον ἐδίωκε, δρακαίνης δ' αὐτῆς γενομένης καὶ αὐτὸς εἰς δράκοντα μεταβαλὼν συνδήσας 20 αὐτὴν τῷ καλουμένῳ [16]Ἡρακλειωτικῷ ἅμματι ἐμίγη, τοῦ σχήματος τῆς μίξεως σύμβολον [17]ἡ τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδος, εἶθ' ὅτι [18]Φερσεφόνῃ τῇ θυγατρὶ ἐμίγη βιασάμενος [19]καὶ ταύτην ἐν δράκοντος σχήματι, ἐξ ἧς παῖς Διόνυσος αὐτῷ· [20]ἀνάγκη κἂν τοσοῦτον εἰπεῖν· [21]Τί τὸ σεμνὸν ἢ χρηστὸν τῆς τοιαύτης ἱστορίας,

11. κόρης] Par. 2 ἀκόρσης, at in marg. secundâ manu κόρσης. Pro λεγομένῃ Par. 2 γενομένῃ. Bodl. 1. 2. Clar. Act. γενομένης. Inde Lobeck. l. c. T. I. p. 548 legit: τῇ ἀπὸ τῆς κόρσης γενομένῃ. Male. Minerva a pupilla (κόρη) cognominata est, quam glaucam eam habuisse testatur epitheton γλαυκῶπις Ἀθήνη. Cf. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. 234 (ed. Ernest. T. II. p. 336 sq.), qui de Minervae epitheto Κορίης disserit.

12. ἐπ' ἀκριβὲς αὐτοῖς] Mallem αὐτοῖς ἐπ' ἀκριβές. *Dechair.* Refert enim V. D. ἐπ' ἀκριβὲς ad διεξελήλυθασι, non ad πραχθέντα. Tatian. l. c. c. 38 (n. 1): αἱ ἐπ' ἀκριβὲς χρόνων ἀναγραφαί. Pro οἴονται Arg. οἷόν τε.

13. ἐτεκνοκτ.] Arg. ἐτεκνογόνει. Mox Lobeck. ἄῤῥενας pro ἄρσενας, quae est forma veteribus Atticis usitata.

14. ὁ] Deest in Arg. Lobeck. ὁ Οὐρανὸς omisit.

15. ἀπαγορεύουσαν] Bodl. 1. 2. Act. ἀπαγορεύουσιν.

16. Ἡρακλ. ἅμματι] Herculeus nodus pro vinculo arctissimo, non tamen indissolubili. Festus enim Pompeius ostendit antiquitus fuisse morem, ut nova nupta laneo cingulo praecingeretur, vincto *nodo Herculis*, quem vir ominis gratia solvebat. Ergo solubilis fuerit necesse est. *Lindner.*

17. ἡ τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδος] Scholion in marg. Par. 1 (manu primâ) et 2 (manu secundâ): Τὸ κηρύκειον [Par. 2 κηρύκειον] λέγει· καὶ γὰρ αὐτὸ ῥάβδος ἦν, Ἑρμοῦ σύμβολον, ὃ καὶ οἱ κήρυκες [Par. 2 ᾧ καὶ κήρυκες pro ὃ κ. οἱ κ.] ἐπιφερόμενοι ᾠδευον μετ' ἀσφαλείας πρὸς οὓς ἔχρῃν πρεσβεύειν. Ῥάβδος οὖν ἦν τὸ κηρύκιον [Par. 2 κηρύκειον], ἐν ᾗ δράκοντες ἦσαν

dem Athela vulgo autem Proserpina et Core dicitur, non eadem ac Minerva quae a pupilla appellatur; quumque partim eorum praeclare ut ipsi existimant gesta persecuti sint: velut Sarturnus quidem ut verenda patris exsecuerit eumquem curru deiecerit et parricidio se obstrinxerit mares filios devorans, Iuppiter autem ut patrem constrictum in tartara detruserit, quemadmodum filios quoque suos Coelus, et bellum cum Titanibus de imperio gesserit, et matrem Rheam concubitum eius respuentem persecutus sit, eâque in dracaenam conversâ ipse in draconem mutatus, nodo eam ut vocant Herculeo constringens, cum ea coierit, cuius concubitus imaginem virga Mercurii designat, deinde vero ut cum filia Proserpina coierit, ex qua filium Dionysum suscepit, quum huic quoque in draconis forma vim intulisset: — idcirco, quum hàec ita se habeant, necesse est ut hoc saltem dicam: Quid honesti aut

ἐντετυπωμένοι, ἀντιπλεκόμενοι ἀλλήλοις καὶ ἀντιπρόσωποι, ὑπόμνημα τῆς αἰσχρᾶς ταύτης μίξεως. — Aet. *σύμβολος* pro *σύμβολον*. Bodl. 1. 2. Aet. *ἡ* ante *τοῦ* omisere. Aet. *Ἑρμοῦος*.

18. *Φερσ.*] In Arg. supra *φ* scriptum est *π*. Cf. supra n. 10. Tatian. l. c. c. 8: *Ζεὺς καὶ Θυγατρὶ συγγίνεται.* Vide quae ibi (n. 17) notavi. Dionysus vulgo filius Semeles dicitur, sed idem ab Orpheo (Hymn. 29 in Dionysum) Iovis et Proserpinae filius praedicatur.

19. *καὶ*] Bodl. 1. 2 *τὴν*.

20. *ἀνάγκη κ. τ. εἰπεῖν*] Par. 2. Bodl. 1. 2 *κἂν τοῦτον εἰπεῖν ἀνάγκη*. Inde Lindner. edidit *κἂν τοσοῦτον εἰπεῖν ἀνάγκη*, ita reddens: *et si tanta ac talia dicere necesse est, quid* etc. Verum enimvero apodesin incipiunt verba *ἀνάγκη κἂν κτλ.* Illud *κἂν* elliptice dictum est: *καὶ ἐὰν τοσοῦτον* (c. 12. n. 17) *ᾖ*. Exempla collegi ad Iustin. Apol. I. c. 26. n. 32.

21. *Τί τὸ σεμν. ἢ χρ.*] Bodl. 1. 2 *τί σεμνὸν ἢ τί χρηστὸν*. Bodl. 2 *τῆς τοσαύτης*. Tum Bodl. 1. 2 *θεοῖς* pro *θεοὺς*. Haec interrogatio spectat ad alterum quod perstrinxit: *τοῦτο δὲ τὰ πραχθέντα ... διεξεληλύθασι*. Sequens interrogatio, *Αἱ διαθέσεις τῶν σωμάτων*, respicit ad prius illud: *τοῦτο μὲν διατεθείκασιν αὐτῶν τὰ σώματα*. Cf. n. 3. Utrumque, et formas et facta deorum, vituperavit Plinius Hist. nat. II. c. 7: „Matrimonia quidem inter deos credi tantoque aevo ex his neminem nasci, et alios esse grandaevos semperque canos, alios iuvenes atque pueros, atricolores, aligeros, claudos, ovo editos, et alternis diebus viventes morientesque, puerilium prope deliramentorum est; sed super omnem impudentiam adulteria inter ipsos fingi, mox iurgia et odia,

ἵνα πιστεύσωμεν θεοὺς εἶναι τὸν Κρόνον, τὸν Δία, τὴν Κόρην, τοὺς λοιποὺς; [22]Αἱ διαθέσεις τῶν σωμάτων; Καὶ τίς ἂν [23]ἄνθρωπος κεκριμένος καὶ ἐν σοφίᾳ γεγονὼς ὑπὸ [24]θεοῦ γεννηθῆναι πιστεύσαι ἔχιδναν (Ὀρφεύς· B

[25]Ἂν δὲ Φάνης ἄλλην γενεὴν τεκνώσατο δεινὴν
Νηδύος ἐξ ἱερῆς, προσιδεῖν φοβερωπὸν ἔχιδναν,
Ἧς χαῖται μὲν ἀπὸ κρατὸς καλόν τε πρόσωπον
Ἦν ἐσιδεῖν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη φοβεροῖο δράκοντος
Ἀὐχένος ἐξ ἄκρου.)

ἢ αὐτὸν τὸν Φάνητα δέξαιτο, [26]θεὸν ὄντα πρωτόγονον (οὗτος γάρ ἐστιν [27]ὁ ἐκ τοῦ ᾠοῦ προχυθείς), ἢ σῶμα ἢ σχῆμα ἔχειν δράκοντος, ἢ [28]καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ Διός, ὅπως ὁ Ζεὺς [29]ἀχώρητος γένοιτο; Εἰ γὰρ μηδὲν διενηνόχασι τῶν φαυλοτάτων C θηρίων (δῆλον γὰρ ὅτι ὑποδιαλλάσσειν δεῖ τῶν γηΐνων [30]καὶ

atque etiam furtorum esse et scelerum numina." Formas deorum gentilium irriserunt Tertullian. Ad nation. I. c. 14. Apolog. c. 16, Minuc. Fel. Octav. c. 21, Arnob. adv. nat. III. c. 12 sqq., coll. Porphyr. ap. Euseb. Praep. ev. III. c. 2.

22. *Αἱ διαθέσεις τ. σ.;*] Interrogatio est cum indignatione. Lub. et Petr. *τίνες αἱ διαθ. τ. σ.*; Cf. n. 21.

23. *ἄνθρ. κεκριμένος*] I. e. *homo alicuius iudicii, prudens.* Participium passivum, nominis significatione activa, *ὁ κρίνειν δυνάμενος. Gesner.* Est *homo* iudicio suo ab aliis *discretus*, probatus et firmatus iudicio. Sic Herod. III. c. 31 *κεκριμένοι ἄνδρες.* Cf. Stephan. Thes. gr. ling. Vol. IV. p. 1971.

24. *θεοῦ*] Bodl. 1. 2. Aet. *τοῦ θεοῦ.* — Talem seu deam seu nympham semiserpentem ex Phorcyne prognatam Hesiodus in Theogonia describit, ut Gesner. adnotavit.

25. *Ἂν ... ἄκρου*] Hos versus inter fragmenta Orphei repetiit G. Hermann.: Orphic. P. II. p. 466 sq. Cf. Lobeck. l. c. p. 493. — Is sit: „De primâ Phanetis prole, quam sequuta est haec ἄλλη, nihil compertum habemus; filia eius serpentina, de qua nostri versus loquuntur, sine dubio Nox est, quae patri Phaneti nupsisse dicitur sp. Procl. in Tim. II. 137." Illud *Ἂν* mendosum est. Clar. *τὰν* (sic). Bodl. 1. 2 *τὴν*, „quo difficilior fit correctio" (Lob.). Pro *γενεὴν* Bodl. 2 *γένεσιν* et Clar. *γενεῶν*. V. 3 *χαῖταιμα* Arg., non *χαῖται μὲν*. Editi omnes *καλόντε* (coniunctim).

26. *Θεὸν*] Deest in Arg.

27. *ὁ*] Desideratur in Bodl. 1. 2. Maranus: „Hunc Phanetem ex ovo profusum fuisse non dixerat Athenagoras illo in loco [c. 18], ubi de ovo loquutus est. Sed difficile non est intelligere simul cum ovo prodiisse primogenitum illum deum, qui

utilis habet eiusmodi historia, ut deos esse credamus Saturnum, Iovem, Coren, caeteros? Corporumne descriptiones? Ac quis homo probatus iudicio et in rebus considerandis versatus a deo genitam putet viperam (Orpheus:

Phanes aliam sobolem genuit horribilem
Utero ex sacro, visu terribilem viperam,
Cuius ex capite crines ac pulchra facies
Erat visu, caeterae partes terribilis draconis
Summo ex collo.)

aut ipsum Phanetem, qui deus sit primogenitus (is enim est ille ex ovo effusus), draconis vel corpus vel figuram habere, aut a Iove, ut is incomprehensibilis fieret, devoratum fuisse approbet? Nam si nihil a belluis vilissimis discrepant (liquet enim a rebus terrenis et ex materia eductis divinum numen differre

coelum et terram ovo contenta dicitur condidisse. Idcirco enim Phanes ille draconis speciem dicitur habuisse, quia mundi opifex ita effingi solebat apud Aegyptios." De Phanete praeter Lobeckium plura dabit Preller: Pauly *Real-Encyclop. d. klass. Alterthumswiss.* T. V (Stuttg. 1848) p. 1000. Immerito Gesnerus existimavit addendum esse τὴν Μῆτιν post ὑπὸ τοῦ Διός: *aut devoratam a Iove Metin esse.*

28. καταποθῆναι] Bodl. 1. 2. Clar. Aet. et cod. Ioeüsaei (quo Ducaeus usus est) κατατεθῆναι, *depositum esse.*

29. ἀχώρητος] Gesn. reddidit: *ut Iupiter securus tranquillum possideret regnum.* Rectius Suffr. Petr.: *ut Iupiter comprehensibilis fieret.* Maran.: *ut comprehendi non posset.* Illustratur haec vox, quae c. 10 (n. 2) ad infinitam dei naturam exprimendam adhibita est, fragmentis ap. Lobeck. l. c. p. 523 sqq. et p. 911 sqq., ad hanc Phanetis devorationem pertinentibus (Preller l. c.): qua quidem „omnipotens, primus et ultimus, caput et medium et finis" etc. factus est. Iustin. Cohort. ad Gentt. c. 38: ἀχώρητος δυνάμει. Gesnerus mallet ἀκόρητος, *insatiabilis*, i. q. ἀκόρεστος, Lindnerus ἀχόρταστος (sic) vel ἄχωρος (sic) μὴ („ne sede ac regno pelleretur"), Lobeckius p. 493 ἀχώριστος.

30. καὶ] Bodl. 2 κἂν. Mox Bodl. 1. 2. Clar. Aet. ἀποχρινόμενον. Sic etiam Par. 2 in margine. Τὰ ἀπὸ τῆς ὕλης ἀποχρινόμενα, ut Gesner. recte advertit, percommode dicuntur *ea quae a materia separantur* h. e. *ex materia gignuntur:* „tanquam materia una quadam et communi ceu massa existente, cuius veluti segmenta quaedam sunt res singulae, quae generantur et per generationem ab ea separantur, superveniente forma: ut

τῶν ἀπὸ τῆς ὕλης ἀποκρινομένων τὸ θεῖον), οὐκ εἰσὶ θεοί.
31 Τί δαὶ καὶ πρόσιμεν αὐτοῖς, ἂν πτηνῶν μὲν δίκην ἔχει ἡ γένεσις, αὐτοὶ δὲ θηριόμορφοι καὶ δυσειδεῖς;

21. 1 Καίτοι εἰ σαρκοειδεῖς μόνον ἔλεγον αὐτοὺς καὶ αἷμα ἔχειν καὶ σπέρμα καὶ πάθη ὀργῆς καὶ ἐπιθυμίας, καὶ τότε ἔδει λῆρον καὶ γέλωτος λόγους τούτους νομίζειν· οὔτε γὰρ ὀργὴ οὔτε ἐπιθυμία καὶ ὄρεξις οὐδὲ παιδοποιὸν σπέρμα ἐν τῷ θεῷ. Ἑστωσαν τοίνυν σαρκοειδεῖς, ἀλλὰ κρείττους μὲν θυμοῦ καὶ ὀργῆς, D.
ἵνα μὴ Ἀθηνᾶ 2 μὲν βλέπηται

3 Σκυζομένη Διῒ πατρί, χόλος δέ μιν ἄγριος αἱρεῖ,
Ἥρα δὲ θειωρῆται·

4 Ἥρῃ δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα.

5 Κρείττους δὲ λύπης·

6 Ὦ πόποι, ἦ φίλον ἄνδρα διωκόμενον περὶ τεῖχος
Ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι· ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ.

Ἐγὼ μὲν γὰρ 7 καὶ ἀνθρώπους ἀμαθεῖς καὶ σκαιοὺς λέγω τοὺς ὀργῇ καὶ λύπῃ εἴκοντας. Ὅταν δὲ 8 ὁ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε ὀδύρηται μὲν τὸν υἱόν,

9 Αἲ αἲ ἐγών, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν 21
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι!

foetus iam formatus et perfectus ab utero matris separatur." Sic infra c. 22 ἀπὸ γὰρ τῆς ὕλης διακριθείσης ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἡ τούτων σύστασίς τε καὶ γένεσις. Maranus: „Gesneri observationem confirmat Plutarchus, quo teste ap. Euseb. Praep. evang. I. c. 8 Anaximander docebat infinitum [τὸ ἄπειρον] esse causam mundi generationis et corruptionis. *Ex eo enim coelos eductos fuisse*, ἐξ οὗ δή φησι τοὺς τε οὐρανοὺς ἀποκεκρίσθαι." Caeterum consulas c. 4. n. 9.

31. Τί δαὶ] Arg. et Lub. τί δὲ. Bodl. 1. 2. Aet. τὸ δὲ. Tum Aet. αὐτοὶ δὲ οἳ pro αὐτοὶ δὲ.

1. Καίτοι εἰ σαρκοειδεῖς κτλ.] Idem alii patres quum contra graecam tum contra homericam mythologiam monuerunt: Theophil. ad Autol. I. c. 9. III. c. 8, Clem. Protr. c. 2. §. 32 sqq., Tertull. Apol. c. 14 et Ad nation. I. c. 10, Minuc. Fel. Octav. c. 22, Cyrill. adv. Iulian. I (Opp. ed. Aubert. Tom. VI) p. 41. Cf. Stuhr „Ueberblick üb. d. Gesch. d. Behandlung d. Mythen im Alterthum": Baueri *Zeitschr. f. specul. Theologie* P. II. p. 83. — Particula *μόνον* apud *σαρκοειδεῖς* dicta est respectu habito verborum proxime praecedentium: *θηριόμορφοι καὶ δυσειδεῖς*. Bodl. 1. 2 *σαρκοειδεῖ*. Iidem mox *καὶ αἷμα ἔχει*. Par. 1. 2. Arg. Aet. *καὶ* ante *σπέρμα* omise-

oportere), non sunt dii. Quid tandem ad eos adimus, quorum origo instar pecudum se habet et facies belluina ac deformis est?

21. At etiamsi eos dicerent carnem tantum habere et sanguinem et semen et irae et cupiditatis affectus, ne haec quidem oratio nugarum opinionem et risum effugere deberet; nam nec ira nec cupiditas aut appetitus nec semen ad procreandum in deo est. Sint igitur ex carne, sed tamen furore et ira superiores, ne Minerva quidem videatur

Succensa Iovi patri, ira autem illam atrox tenet,

Iuno vero ita appareat:

Iunonis pectus non continuit iram, sed prolocuta est.

Sint etiam dolore superiores:

Proh malum, certe dilectum virum fugatum circa murum
Oculis video: meum autem angitur cor.

Ego enim etiam homines imperitos et rudes dico si iracundiae et dolori cedant. Sed si *parens hominumque deûmque* lugeat filium,

Hei mihi, quando mihi Sarpedonem carissimum virorum
Fatum est a Patroclo Menoetiade interfici!

13. *Νερυλλίνου*] Bodl. 1. 2. Aet. *Νεριλλίνου.*

14. *εἴκερ*] Bodl. 1. 2 *ὑπὲρ.* Gesner. male reddidit: „nam his quoque civitas ornatur."

15. *αὐτῶν*] Deest in Lub.

16. *τε*] Bodl. 1 *δὲ.* — Dechair. iubet legi *δι' αὐτὸν.* Non muto. Est *δι' αὐτὰ propter ea*, h. e. propter oracula et morborum sanationem.

17. *ἀνδριάντα*] Bodl. 1. 2 *ἄνδρα.*

18. *ὁ*] Deest in Arg. De re cf. Prolegg. c. VII. p. LXXIII.

19. *τῷ δὲ τοῦ Ἀλ.*] Arg. *ὡδὶ τῷ ἀλεξάνδρῳ.*

20. *Δύσπαρι . . . γυναιμανές*] Homer. Il. III. 39. Adeas supra n. 12.

21. *δαὶ*] Par. 2. Arg. Bodl. 1. 2 *δὲ.* Cf. c. 24. n. 1. Deinde *ἑαυτόν* ex Par. 1. 2. Bodl. 1. 2. Aet. refinxi pro vulg. *αὐτόν.* Pro *ὃν μεταπ.* Arg. *ὧν μεταπ.* — De sententia cf. Epist. ad Diogn. c. 2; coll. libr. meum De Ep. ad Diogn., ed. 2, p. 99. Amasis, Aegyptiorum rex, ut Herodotus II. c. 163 refert, quum ab illis minoris fieret, eo quod non esset splendido loco natus, lepido commento populi iudicium castigavit; siquidem aueam pelvim, quae tum suis tum procerum pedibus lavandis diu usurpata fuerat, in dei simulacrum converti iussit, quod cum singulari veneratione prosequerentur Aegyptii: illud nempe simulacrum, quod ex vili pelvi transformatum esset, nihilo magis honore afficiendum, quam se qui ex humili fortuna ad regiam adscendisset.

22. *δὲ*] Morell. Duc. Maran. errore omiserunt.

καὶ ὁ Πρωτεὺς καὶ ὁ Ἀλέξανδρος τί πλέον τοῖς νοσοῦσιν; Ἃ γὰρ ἡ εἰκὼν λέγεται νῦν ἐνεργεῖν, [23]ἐνήργει καὶ ζῶντος καὶ νοσοῦντος Νερυλλίνου.

27. Τί οὖν; Πρῶτα μὲν αἱ τῆς ψυχῆς ἄλογοι καὶ ἐνδαλ- C
ματώδεις περὶ τὰς δόξας κινήσεις ἄλλοτε ἄλλα εἴδωλα, τὰ μὲν ἀπὸ τῆς ὕλης ἕλκουσι, τὰ δὲ [1]αὐταῖς ἀναπλάττουσι καὶ κυοῦσι· [2]πάσχει δὲ τοῦτο ψυχὴ μάλιστα τοῦ ὑλικοῦ προσλαβοῦσα καὶ [3]ἐπισυγκραθεῖσα πνεύματος, οὐ πρὸς τὰ οὐράνια καὶ τὸν τούτων ποιητὴν ἀλλὰ κάτω πρὸς τὰ ἐπίγεια βλέπουσα, [4]καθολικῶς εἰς γῆν, ὡς μόνον αἷμα καὶ σάρξ, οὐκέτι πνεῦμα καθαρὸν [5]γινομένη. Αἱ οὖν ἄλογοι αὗται καὶ ἐνδαλματώδεις [6]τῆς ψυχῆς κινήσεις εἰδωλομανεῖς ἀποτίκτουσι φαντασίας. Ὅταν δὲ [7]ἀπαλὴ καὶ εὐάγωγος ψυχή, ἀνήκοος [8]μὲν καὶ ἄπειρος λόγων D
ἐῤῥωμένων, ἀθεώρητος δὲ τοῦ ἀληθοῦς, ἀπερινόητος δὲ τοῦ πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ὅλων, [9]ἐναποσφραγίσηται ψευδεῖς περὶ [10]αὐτῆς δόξας, οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες, λίχνοι περὶ τὰς [11]κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες, ἀπατηλοὶ δὲ ἀνθρώπων, προσλαβόντες τὰς [12]ψευδοδόξους ταύτας τῶν πολλῶν τῆς ψυχῆς κινήσεις, [13]φαντασίας αὐτοῖς ὡς ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ

23. ἐνήργει] Codd. msti et editi ἐνεργεῖ. Illud Maranus commendavit: ego recepi in textum. „Mortuus enim Neryllinus, cum haec scriberet Athenagoras, quamvis non multo ante mortuus, ut patet ex superioribus verbis: ὃς ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς. Illud etiam νῦν, quae nunc efficere statua dicitur, probat legendum esse ἐνήργει, ita ut his quae tunc statua efficere dicebatur ea opponantur quae ipso vivente et aegrotante Neryllino effecerat." Arg. νερύλλου, non Νερυλλίνου.

1. αὐταῖς] Ita codd. msti. (Bodl. 1. 2 δ' αὐταῖς. Cf. c. 2. n. 9. Paullo ante Lub. ἄλλοτ'. Idem postea κυοῦσι.

2. πάσχει etc.] Similia fere docet Tatianus, e. g. c. 13 (Corp. Apoll. Vol. VI) p. 62. Cf. Clarisse De Athenag. p. 67. 110. — Pro πάσχει Bodl. 1. 2 πάσχουσιν, Aet. πάσχουσι.

3. ἐπισυγκρ.] Bodl. 1. 2. Mon. ἐπισυγκαθεῖσα.

4. καθολ. εἰς γῆν] Haec apponuntur ad verba πρὸς τὰ ἐπίγεια magis efferenda. Praeter necessitatem Dechairius proposuit καθολ. καὶ εἰς γῆν, Maranus καθελκομένη εἰς γῆν („depressa ad terram"), Lindnerus καθολ. δὲ εἰς γῆν.

5. γινομένη] Bodl. 1. 2. Aet. γιγνόμενον. Mon. et Ben. γεγονομένη. Caeteri codd. msti γινομένη. Editi γεγονομένη. Cf. c. 6. n. 19.

6. τῆς] Deest Aet. Pro εἰδω-

Alexander quid prosunt aegrotantibus? Nam quae nunc statua operari dicitur, ea operabatur etiam vivente et aegrotante Neryllino.

27. Quid igitur? Primum animae a ratione alieni et imaginarii circa opiniones motus nunc has nunc illas imagines partim ex materia trahunt partim sibi effingunt et pariunt; id autem anima tum maxime patitur quum materiae spiritum sibi adsciscit eique commiscetur, non ad coelestia et eorum opificem sed deorsum ad terrestria spectans, omnino ad terram, ut sanguis tantum et caro, non amplius purus spiritus. Illi igitur a ratione alieni et imaginarii animae motus visa pariunt cum insano simulacrorum amore iuncta. Quando autem tenera et flexilis anima, robustioris doctrinae ignara et inexperta, veritatis imperita, patris et creatoris universorum considerandi insolens, imbuta fuerit falsis de se opinionibus: tum daemones circa materiam versantes, qui nidores et victimarum sanguinem liguriunt atque homines in fraudem inducunt, adhibitis in auxilium hisce motibus qui vulgi animam ad falsas opiniones inclinant, perficiunt, mentes eorum invadendo, ut tamquam ex simulacris et imaginibus

λομανεῖς Lub. εἰδολομανεῖς, Arg. εἰδωλομανούσας.

7. ἀπαλῆ] Arg. ἀπλῆ, Bodl. 1. 2. Aet. ἀπαλοί.

8. μὲν] Lub. δὲ.

9. ἐναποσφραγίσηται] Lub. ἐναποσφραγίσεται. Bodl. 1. 2. Aet. ἕνα προσφραγίσεται.

10. αὐτῆς] Hoc ex codd. mstis textui inserui (n. 1). Excipiendi Bodl. 1. 2 qui αὐτῶν habent. Editi αὐτῆς.

11. κνίσσας] Lub. et Mon. κνίσας. In Mon. alterum σ supra lineam habetur. Mox Bodl. 1 ἱερέων.

12. ψευδοδόξους] Galland. (cum exemplo Mar. Veneto) ψευδοδόξας viliose.

13. φαντασίας αὐτοῖς κτλ.] Maranus haec observavit: Fraudem daemonum eodem modo exponunt alii scriptores. Δι' ὀνείρων, ait Tatianus c. 18, τὴν εἰς αὐτοὺς πραγματευόμενοι δόξαν. Tertullianus Apol. c. 22: „Eadem igitur obscuritate contagionis adspiratio daemonum et angelorum mentis quoque corruptelas agit furoribus et amentiis foedis aut saevis libidinibus cum erroribus variis, quorum iste potissimus quo deos istos captis et circumscriptis hominum mentibus commendat.“ Quod ait Eusebius Praep. ev. V. c. 2 „stolidos et faciles animos a daemonibus in errorem induci nescio quibus simulacrorum

ἀγαλμάτων, ἐπιβατεύοντες αὐτῶν [14]τοῖς νοήμασιν, εἰσρεῖν παρέχουσι· καὶ ὅσα καθ' [15]ἑαυτήν, ὡς ἀθάνατος οὖσα, λογικῶς 31 κινεῖται ψυχή, [16]ἢ προμηνύουσα τὰ μέλλοντα ἢ θεραπεύουσα τὰ ἐνεστηκότα, τούτων τὴν δόξαν καρποῦνται οἱ δαίμονες.

28. Ἀναγκαῖον δὲ ἴσως, [1]κατὰ τὰ προειρημένα, περὶ τῶν ὀνομάτων ὀλίγα εἰπεῖν. Ἡρόδοτος μὲν οὖν καὶ Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Φιλίππου [2]ἐν τῇ πρὸς τὴν μητέρα ἐπιστολῇ (ἑκάτεροι δὲ ἐν τῇ [3]Ἰλιουπόλει καὶ ἐν Μέμφι καὶ Θήβαις εἰς λόγους τοῖς ἱερεῦσιν ἀφῖχθαι λέγονται) φασὶ παρ' [4]ἐκείνων ἀνθρώπους αὐτοὺς γενέσθαι μαθεῖν. Ἡρόδοτος μέν· [5]Ἤδη ὤν, τῶν αἱ εἰκόνες ἦσαν, B

motibus", *κινήσεσί τισι τῶν ξοάνων*, id explicandum videtur ex verbis Athenagorae. Illi enim simulacrorum motus aliud esse nihil videntur quam phantasiae illae, quas tamquam a simulacris daemones immittunt in animos infirmos. Similia docent Minucius Felix c. 27 et Cyprianus, qui illius verbis utitur pro suis in libro De vanit. idol., et Lactantius II. c. 14. Quidquid autem hoc loco dicitur ab Athenagora, promissa explicatio est illorum effectuum, quos c. 23 sub nomine simulacrorum edi fatebatur. Huc autem redit tota illius disputatio: Statuae nihil possunt suâ sponte: Neryllinus et Proteus et Alexander nihilo efficaciores: inani ergo specie daemones hominibus illudunt. Tatianus c. 18 Iustini auctoritate fretus negat daemones sanare, Minucius et Cyprianus eo redigunt daemonum molitiones „ut curasse videantur." „Nihil aliud possunt quam nocere", inquit Lactantius II. c. 15. Ex his autem asseverare possumus nullam prorsus fidem apud Christianos habuisse Cornelium Tacitum, dum narrat (Hist. lib. 4) Alexandriae hominem caecum et alium manu aegrum monitu Serapidis ad Vespasianum confugisse, ac petente altero „ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento", altero „ut vestigio Caesaris calcaretur", imperatorem Serapidi paruisse et statim utrumque sanatum.

14. *τοῖς νοήμασιν*] Gesnerus malit scribi *τοῖς ὀνόμασιν* (c. 26. n. 3), „ut sit *eorum nomina invadentes* vel *subeuntes*, *nomina aliena sibi usurpantes*." At vulgata scriptura *τοῖς νοήμασιν*, per se non spernenda, etiam loco Tertulliani n. 13 laudato commendatur. Lindnerus mutata interpunctione legit: ... *ἐπιβατεύοντες αὐτῶν, νοήμασιν εἰσρεῖν παρέχουσι*, cum *αὐτῶν* subintelligens *ἀγαλμάτων* h. e. „sub imaginibus delitescunt." Sed obstat praecedens *αὐτοῖς*. Antea pro *ὡς* in Aet. est *καὶ*.

15. *ἑαυτήν*] Ex Par. 1 sic rescripsi pro vulg. *αὐτήν*. Cf. c. 2. n. 9.

16. *ἢ ... ἢ*] Ita ex Par. 1. 2. Lub. Petr. dedi pro vulg. *ἡ ... ἡ*.

1. *κατὰ τὰ προειρημένα*] C. 17. — Praepositio *περὶ* ante τ. *ὀνομ.*

visa ad eos inania effluant; ac quoties per se, utpote immortalis, accommodate ad rationem anima movetur, sive praedicens futura sive curans praesentia, horum gloriam percipiunt daemones.

28. Necesse autem fortasse fuerit, secundum ea quae supra diximus, de nominibus pauca dicere. Herodotus igitur et Alexander Philippi filius in epistola ad matrem (uterque autem sacerdotibus Heliopoli et Memphi et Thebis in sermonem venisse fertur) cognovisse se ab illis dicunt eos homines fuisse. Herodotus quidem ait: *Iam igitur eos, quorum*

in Bodl. 1. 2 desideratur; item articulus ὁ ante τ. Φιλίππου.

2. ἐν τῇ π. τ. μ. ἐπιστ.] De hac Alexandri ad matrem epistola iam dixi ad Minucii Felicis Octav. c. 21. §. 4. Exstitisse Alexandri M. epistolam ad matrem testimonio Plutarchi res est certa; sed non minus certum hoc, eam ad quam Patres provocant epistolam ab impostore, pio fortasse animo, esse confictum. — Athenagoras voce ἑκάτεροι [Bodl. 1. 2 ἑκάτερος] non intelligit utrumque et Alexandrum et Olympiam matrem, quod vult Iablonski (Panth. Aegypt. Prol. p. 31), sed Herodotum et Alexandrum. Sed maioris momenti est quod idem V. D. addit Alexandrum, temporis penuria pressum, ultra Memphim non processisse neque Thebas unquam pervenisse. Sed verum tamen est de Herodoto, qui se Thebis fuisse disertis verbis scribit. *Lindner.*

3. Ἡλιουπόλει] Morell. Duc. Maran. Ἡλιοπόλει, citra codd. matorum auctoritatem. Deinde ἐν (Par. 1. 2. Arg. Bodl. 1. 2. Aet.) ante Μέμφι refinxi. Huiusmodi dativis Herodotus (II. c. 13) uti solet. Arg. μέμφει, eandemque formam Morell. et Duc. obtruserunt.

4. ἐκείνων ... αὐτοὺς] H. e. τῶν ἱερέων ... τοὺς θεούς.

5. Ἤδη ... γλῶσσαν] Herod. Hist. II. c. 144. Cf. Baehrium ad h. l. (ed. 2. Lips. 1856) Vol. I. p. 758 sqq. Lindnerus: „An ex his verbis recte intelligi possit, ab Herodoto tradi homines fuisse quos pro diis Aegyptii colerent, valde equidem dubito. Siquidem Aegyptii Hecataeo, decimum sextum e numero maiorum suorum deum se esse asserenti, disertis verbis repugnabant, negantes ἀπὸ θεοῦ γενέσθαι ἄνθρωπον (c. 143). Quomodo igitur, qui hominem ex deo gigni posse negabant, aut ipsi credere aut aliis persuadere potuerunt homines fuisse qui nunc sub nomine deorum colerentur? Et si nihil diis cum hominibus negotii esse crediderunt Aegyptii [cf. n. 7], quomodo iidem statuere potuerunt homines fuisse deos, quorum postremus fuisse Orus h. e. Apollo dicitur?“ — Bodl. 1. 2 Ἡρόδοτος γάρ. Morell. Duc. Dechair. Maran. ὧν pro ὧν. Arg. τῶν ὧν αἱ.

τοσούτους ἀπεδείκνυσάν σφεας [6]αὐτοὺς ὄντας, θεῶν δὲ πολλὸν ἀπηλλαγμένους. Τὸ δὲ πρότερον τῶν ἀνδρῶν τούτων θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἄρχοντας, [7]οὐκ ὄντας ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι, καὶ [8]τούτων ἀεὶ ἕνα τὸν κρατέοντα εἶναι· [9]ὕστερον δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὧρον τὸν [10]Ὀσίρεως παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι· [11]τοῦτον, καταπαύσαντα Τυφῶνα, βασιλεῦσαι ὕστατον Αἰγύπτου. Ὄσιρις δέ ἐστι Διόνυσος κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν. [12]Οἵ τε οὖν ἄλλοι καὶ τελευταῖος βασιλεὺς Αἰγύπτου. [13]Παρὰ δὲ τούτων εἰς Ἕλληνας ἦλθε τὰ ὀνόματα τῶν C θεῶν. [14]Ἀπόλλων ὁ Διονύσου καὶ Ἶσιδος, ὡς ὁ αὐτὸς Ἡρόδοτος λέγει· [15]Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ἄρτεμιν Διονύσου καὶ Ἶσιδος λέγουσιν εἶναι παῖδας, Λητὼ δὲ τροφὸν αὐτοῖς καὶ σωτηρίαν γενέσθαι. Οὓς οὐρανίους γεγονότας πρώτους [16]βασιλέας ἔσχον· πῇ μὲν ἀγνοίᾳ τῆς ἀληθοῦς περὶ [17]τὸ θεῖον εὐσεβείας, πῇ δὲ χάριτι τῆς ἀρχῆς θεοὺς ὁμοῦ ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν ἤγον. [18]Τοὺς μέν νυν καθαροὺς βοῦς τοὺς [19]ἄρσενας καὶ τοὺς μόσχους οἱ πάντες Αἰγύπτιοι θύουσι, τὰς δὲ [20]θηλείας οὔ σφιν ἔξεστι θύειν, D

6. *αὐτοὺς*] Her. *πάντας*. Bodl. 1. 2. Aet. *θεὸν* pro *θεῶν*. Sequens *δὲ* deest in Bodl. 2. Non *πολλὸν* est in Arg. Lub. Mon. sed *πολλῶν*.

7. *οὐκ ἐόντας*] Sic omnes Athenagorae codd. msti. Dindorf. (Herod. Par. 1844), Baehr. aliique recentiores Herodoti editores pro illis verbis receperunt *οἰκέοντας*. Etiam Suffr. Petrus sic in suo Her. codice legit: „qui cum hominibus versabantur.“ Cf. n. 5. Tum Bodl. 1. 2. Aet. *τοῖς ἀνθρώποις*, Lub. et Mon. *τοῖς ἀνθρώποισι*.

8. *τούτων*] Mon. *τοῦτον*. Her. *αἰεί*.

9. *ὕστερον*] Her. *ὕστατον*. Et sic hic quoque scribendum putavit Gesnerus. Non muto illam omnium codd. mstorum lectionem. Pro Ὧρον, quod codd. nostri praebent, Baehrius Ὧρον scripsit.

10. *Ὀσίρεως*] Her. *Ὀσίριος*. Mox Arg. *τοῦτον ὀνομάζουσι*. Her. *οὐνομάζουσι*.

11. *τοῦτον*] Bodl. 1. 2 *τούτων*.

12. *Οἵ* etc.] Maranus inepte interpunxit: *οἵ ... Αἰγύπτου* (*παρὰ ... θεῶν*) *Ἀπόλλων ... Ἶσιδος* (*ὡς ... γενέσθαι*) *οὓς οὐρανίους* κτλ. Frustra nodos in his verbis sibi nectunt Gesnerus, cuius sententiam Rechenb. et Dechair. amplectuntur, et Io. Alb. Fabricius (Hist. crit. de la rép. des lettres T. IX. p. 135). Ille censet deesse *ἄνθρωποι* post *Αἰγύπτου* (= *homines fuerunt*), hic *βασιλεῖς* (sc. *ἦσαν*) pro *βασιλεὺς* legit. Capias (cum S. Petro) sic: *Fuerunt igitur et alii* reges Aegypti, et quod inde conficitur homines, *et ultimus iste quoque rex Aegypti.*

13. *Παρὰ ... θεῶν*] Herod. II. c. 50: *Σχεδὸν δὲ καὶ πάντα τὰ*

imagines erant, tales demonstrarunt fuisse, a diis autem longe distantes. Sed ante hos homines deos in Aegypto regnasse, quibus nihil negotii fuerit cum hominibus, ac semper ex his unum imperasse; postea autem illic regnasse Orum Osiridis filium, quem Graeci Apollinem vocant: hunc, quum Typhonem deiecisset, postremum in Aegypto regnasse. Osiris autem Bacchus est iuxta graecam linguam. Itaque et alii et ultimus rex Aegypti fuit. Ab his autem ad Graecos venerunt nomina deorum. Apollo Bacchi et Isidis filius fuit, ut idem Herodotus dicit: *Apollinem autem et Dianam ferunt Bacchi et Isidis filios esse, Latonem vero nutricem illis et servatricem fuisse.* Quos coelesti ortos origine primos reges habuerunt: partim verae erga deum religionis ignoratione, partim grato in imperium animo deos cum uxoribus existimarunt. *Mundos igitur boves mares et vitulos Aegyptii omnes immolant, feminas autem nefas iis immolare, sed*

οὐνόματα τῶν θεῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐλήλυθε εἰς τὴν Ἑλλάδα. Vide Baehrium ad h. l.

14. *Ἀπόλλωνα*] Bodl. 1. 2. Aet. *Ἀπόλλωνος*. Inde Fabricius l. c. coniecit: ... *τῶν θεῶν Ἀπόλλωνος, Διονύσου κ. Ἴσιδος*. Male. Lub. mox *ὡς αὐτὸς Ἡρ.*, Aet. *ὡς ἑαυτὸς Ἡρ.*

15. *Ἀπόλλωνα ... γενέσθαι*] Herod. II. c. 156. — Hic autem scribit *Ἴσιος* pro *Ἴσιδος*, *Λητοῦν* pro *Λητώ*, *αὐτοῖσι* pro *αὐτοῖς*, *σώτειραν* pro *σωτηρίαν* (abstr. p. concr.). Particulam *καί*, ante *σωτ.*, quae in codd. mutis et editis deest, ex Herodoti textu recepi. Bodl. 1 *τροφὴν*, non *τροφὸν*.

16 *βασιλέας*] Arg. Lub. Mon. *βασιλῆας*. Sic etiam Petr., quum Suffridus in translatione verba *οὗς* ad *ἔσχον* usque Herodoto tribuat. Bodl. 1. 2. Aet. *βασιλικὰς*.

17. *τὸ*] Bodl. 1 et Aet. *τοῦ*. Tum Par. 2. Bodl. 1. Clar. Aet. non *εὐσεβείας* sed *θεοσεβείας*. Quod autem primos illos reges Aegyptiorum Athenagoras coelesti ortos dicit origine, id ex Herodoti sententia nec sine aliqua dicit ironia. Hos enim natos humano more et nutritos et inter homines regnasse probat, ut originem illis non coelestem sed terrenam fuisse demonstret (Maran.).

18. *Τοὺς ... γράφουσι*] Herod. II. c. 41. — Pro *μέν νυν* (editi *μὲν νῦν*) Arg. Bodl. 1. Aet. *μὲν οὖν*, Lub. *μὲν ὤν*. Cf. n. 28.

19. *ἄρσενας*] Herod. *ἔρσενας*.

20. *θηλείας*] Herod. *θηλέας*. Posthac *σφι*, sine *ν*.

ἀλλὰ [21] ἱραί εἰσι τῆς Ἴσιδος, [22] τῆς ἄγαλμα ἐὸν γυναικήϊον βούκερών ἐστιν, [23] καθάπερ οἱ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν γράφουσι. Τίνες δ' ἂν μᾶλλον ταῦτα πιστευθεῖεν λέγοντες ἢ οἱ κατὰ διαδοχὴν γένους, [24] παῖς παρὰ πατρός, ὡς τὴν ἱερωσύνην καὶ τὴν ἱστορίαν διαδεχόμενοι; Οὐ γὰρ τοὺς σεμνοποιοῦντας [25] ζακόρους τὰ εἴδωλα εἰκὸς ἀνθρώπους αὐτοὺς γενέσθαι ψεύδεσθαι. [26] Εἴ τι μὲν οὖν Ἡρόδοτος ἔλεγε περὶ τῶν [27] θεῶν ὡς περὶ ἀνθρώπων ἱστορεῖν Αἰγυπτίους, καὶ λέγοντι τῷ Ἡροδότῳ· [28] Τὰ μέν νυν θεῖα 32
τῶν ἀφηγημάτων, οἷα ἤκουον, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος [29] διηγεῖσθαι, ἔξω ἢ τὰ ὀνόματα αὐτέων μοῦνα ἐλάχιστα· μὴ πιστεύειν ὡς μυθοποιῷ ἔδει. Ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρος καὶ Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος ἐπικαλούμενος [30] συνῆπτον τὸ ἀΐδιον αὐτοῖς γένος, καὶ ἄλλοι μυρίοι, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον [31] καταλέγοιμι, οὐδὲ λόγος ἔτι κατα-

21. ἱραί] Lub. ἱεραί. In Arg. prima manus ἱραί scripsit, sed mutavit primum in ἱέραι (sic) et tum in ἱερείαι. Her. deinde Ἴσιος.

22. τῆς ἄγαλμα] Her. τὸ γὰρ τῆς Ἴσιος ἄγαλμα. Pro τῆς ἄγαλμα usque καθάπερ in Bodl. 1. 2. Clar. exstat ἑστὰν ἐν δαμάλης σχήματι ἰδεῖν, vox ἐστὶ autem superaddita est in Bodl. 2 et Clar. Illa etiam supra lineam scripta sunt in Par. 2.

23. καθάπερ] Sic codd. msti. Gesnerus ex Her. mutavit in κατάπερ, eumque Rechenb. Dechair. Lindner. secuti sunt. Articulus οἱ ante Ἕλλ. sp. Her. abest. Pro accusativo Ἰοῦν (cf. Dindorf. in Comm. de dial. Her., editioni Paris. 1844 praemissa, p. XVI et Schaefer. Melett. critt. I. p. 93 coll. ad Gregor. Cor. p. 427) Par. 2 Ἰῶ et Bodl. 1. 2. Aet. Ἰὼ (sic supra Λητώ: n. 15) exhibent.

24. παῖς] Lub. παῖδες.

25. ζακόρους] Sic vocat non aedituos (Maran.) sed ipsos sacerdotes. Thomas Mag. σεμνότερόν τι ἦν νεωκόρου. Caeterum comp. c. 30. n. 27.

26. Εἴ τι] Male Dechair. εἴτι coniunctim. Bodl. 1. 2 ἔτι. — Ἡρόδοτος, nempe solus; sequitur enim ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρος. Vides duplicem huius enuntiationis esse structuram, εἴ ἔλεγε et καὶ λέγοντι, ita tamen, ut verba μὴ πιστεύειν κτλ. utrique structurae sint accommodata.

27. θεῶν] Omissum in Bodl. 1. 2. Aet. Mox iidem ut Par. 2 ἱστορίαν pro ἱστορεῖν.

28. Τὰ . . . ἐλάχιστα] Herod. II. c. 3. — Editi μὲν νῦν (n. 18). Athenagoras scripsit *MEN NTN*. Arg. τὰ μὲν θεῖα νῦν. Her. ἀπηγημάτων.

29. διηγεῖσθαι] Her. ἐξηγέεσθαι. Tum ἔξω ἢ ex Herodoto Maranus recte edidit pro vulg. ἐξ ὧν. ΕΞΩΗ et ΕΞΩΝ facile commutantur. Mox Her. τὰ οὐνόματα (cf. n. 10) αὐτῶν μοῦνον, non agnoscit ἐλάχιστα.

sacrae sunt Isidi, cuius imago muliebri forma est ac bubulis cornibus, quemadmodum Graeci Io effingunt. Quinam autem haec dicendo fidem potius obtineant quam ii qui secundum generis successionem, filius a patre, ut sacerdotium ita historiam acceperunt? Non enim sacerdotes, qui simulacris venerationem conciliant, verisimile est mentiri eos fuisse homines. Quodsi Herodotus solus diceret deos historiis Aegyptiorum tamquam homines perhiberi, et quia dixit hic Herodotus: *Quae igitur de diis narrantur ea, qualia audivi, non est animus enuntiare, nisi tantum nomina eorum levissima:* fides ei ut fabulatori non esset habenda. Sed quia Alexander et Mercurius Trismegistus cognominatus iis coniungebant aeternum genus, et innumeri alii, ne singulos recenseam: ne

30. *συνῆπτον*] H. e. *connectebant, adscribebant.* Nempe cum ironia — ut supra (n. 17) — dicit Alexandrum (in epistola illa ad matrem: n. 2) et Mercurium et alios insuper innumeros, quorum hac de re expositio satis inter omnes nota sit, aeternum ideoque divinum genus (aeternitatem s. divinitatem) illis apud Aegyptios hominibus vel regibus attribuisse. Ironiam si respuas, ex *ἀΐδιον* efficias *ἀνθρωπικόν* (ea vocabuli forma exstat cc. 9. 11. 32. 34. 35), ita ut errorem ex non animadverso scripturae compendio (*απικον*) repetas. Cf. c. 3. n. 3. Illud *συνῆπτον* ex coniectura dedi pro lectione vulg. *συνάπτων*, quae a librario hic, ubi *ἐπικαλούμενος* praecedebat, inducta est. Tu fortasse legeris *συνάπτοντες ἀΐδιον α. γένος* (scil. *εἰσίν*). Quod mihi quidem displicet. Maranus, qui vulgatam servat („quia *idem dicunt* Alexander et Mercurius, qui Trismegistus vocatur *et* aeterne cum diis genere coniunctus est"), coactus est ad subiecta illa *Ἀλέξανδρος καὶ Ἑρμῆς* supplere (*τὸ αὐτό*) *λέγουσι*. Iam aliorum coniectationes apponam. Gesnerus, suffragante ei Suffr. Petro, pro *συνάπτων τὸ ἀΐδιον* coniecit *συμφωνοῦσι μὴ εἶναι ἀΐδιον*. Nimia mutatio ideoque improbanda. Dechairius: *συνάπτων τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῖς γένος*, reddens: *quoniam Alexander* etc. *genus humanum illis adscribant.* Sed *συνάπτων* non valet i. q. *adscribant.* Fabricius l. c.: *συνῆπτοντο ἀΐδιον αὐτοῖς γένος* = *sibi ipsis coniunxerunt immortale genus* h. e. ipsi vivi adhuc se deorum nomine ac immortali genere extulerunt." Haec mutatio prorsus est contra sententiarum nexum.

31. *καταλέγοιμι*] Lub. Bodl. 1. 2. Aet. *λέγοιμι*. Tum Maranus non *οὐδὲ* sed cum Morello mendose *οὐδὲν*. Pro *λόγος* Bodl. 1. 2. Aet. *λόγους*.

λείπεται, [32] βασιλεῖς ὄντας αὐτοὺς μὴ νενομίσθαι θεούς. Καὶ ὅτι [33] μὲν ἄνθρωποι, δηλοῦσι μὲν καὶ Λίγυπτίων οἱ λογιώτατοι, B
οἳ, θεοὺς λέγοντες αἰθέρα γῆν ἥλιον σελήνην, [34] τοὺς ἄλλους ἀν-
θρώπους θνητοὺς νομίζουσι καὶ ἱερὰ τοὺς τάφους αὐτῶν· δη-
λοῖ δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν. Ἡρόδοτος δὲ καὶ
τὰ [35] παθήματα αὐτῶν φησι μυστήρια· [36] Ἐν δὲ Βουσίρι πόλει
ὡς ἀνάγουσι τῇ Ἴσι τὴν ἑορτὴν εἴρηται πρότερόν μοι. [37] Τύ-
πτονται γὰρ δὴ μετὰ τὴν θυσίην πάντες καὶ πᾶσαι, μυριάδες
[38] κάρτα πολλαὶ ἀνθρώπων· [39] τὸν δὲ τύπτονται τρόπον, οὗ
[40] μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν. [41] Εἰ θεοί, καὶ ἀθάνατοι, εἰ δὲ τύπτον-
ται καὶ τὰ πάθη ἐστὶν αὐτῶν μυστήρια, ἄνθρωποι, ὡς αὐτὸς C
Ἡρόδοτος· [42] Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ [43] τοῦ οὐχ ὅσιον ποιεῦμαι
ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ἐξαγορεύειν τὸ οὔνομα ἐν Σάϊ, ἐν τῷ
[44] ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ὄπισθεν τοῦ νηοῦ, παντὸς τοῦ τῆς Ἀθη-
ναίης [45] ἐχόμεναι τοίχου. [46] Λίμνη δ' ἐστὶν ἐχομένη, λιθίνη κρη-
πῖδι [47] κεκοσμημένη ἐν κύκλῳ, μέγεθος, ὡς ἐμοὶ δοκέει, ὅση
περ ἐν Δήλῳ ἡ τροχοειδὴς καλεομένη. Ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ

32. *βασιλεῖς* etc.] Gesn. negationem *μὴ* (ante *νενομ.*) reposuerit ante *βασιλεῖς*. Fabric. l. c. censet vocem deesse sensui complendo: „cum reges essent, non pro diis eos habites fuisse.“ Lindn. negationem *μὴ* malit prorsus expungi. Ista omnia frivola: lectio vulgaris sana est.

33. *μὲν*] Pro *μὲν* lego *ἦσαν*, quod et sententiae convenit et constructioni; alioqui enim ad *μὲν* nihil redditur. *Gesner.* Sed vox *ἦσαν* subintelligi facile potest; praestantior itaque lectio ista videtur: *καὶ ὅτι μὲν ἄνθρωποι, δηλοῦσι* (electo *μὲν*) *καὶ* etc. *Dechair.* Uterque V. D. erravit. Priori *μὲν* non *δὲ* respondet, quia cogitando facile additur: *οὐ δὲ θεοί.* Cf. c. 24. n. 6. Alteri *μὲν* post *δηλοῦσι* respondet aperte *δὲ* post *δηλοῖ* h. e. homines eos esse declarat etiam Apollodorus.

34. *τοὺς ἄ. ἀ. θνητοὺς*] Bodl. 1. 2. Aet. *τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἄλλους θνητοὺς.* Quod templi et sepulcri nomina promiscue interdum usurpent οἱ ἔξω, docet observante Kortholto inter alia locus illustris Lycophronis in Cassandra, templum Iunonis (quo Diomedes ut servaretur se receperit) *τύμβον* vocantis. Ubi Tzetzes: *Δοῦρις φησὶν ἐν τῷ περὶ ἀγώνων τοὺς βωμοὺς τάφους καλεῖσθαι.*

35. *παθήματα*] Codd. mss. et editi *μαθήματα.* Inepte.

36. *Ἐν ... λέγειν*] Herod. II. c. 61. — Arg. *νουσίριδι πόλι*, Lub. *Βουσίριδι πόλει*, Bodl. 1 et Aet. *Βουσίρεϊ πόλι.* Lub. et Mon. *ἀνάγουσι.* Arg. *τῇ ἴσει*, Bodl. 1 et Aet. *τῇ Ἴσιδι.* Her. *ἑορτήν.* Arg. Bodl. 1. 2. Aet. *μοι πρότερον.*

dubitandi quidem ratio amplius relinquitur, quin qui reges fuerant pro diis habiti sint. Atque eos homines esse declarant etiam Aegyptiorum doctissimi, qui, quum deos dicant aerem terram solem lunam, caeteros mortales esse homines ac templa eorum sepulcra esse existimant; declarat etiam Apollodorus in libro de diis. Herodotus vero etiam eorum passiones mysteria vocat. *In urbe Busiri festum Isidi ab iis celebrari supra a me dictum est. Verberantur enim post sacrificium singuli et singulae, plurima hominum millia; quo autem modo verberentur, non mihi fas est dicere.* Si dii [sunt], immortales [sunt], sin autem verberantur homines ob eorum passiones eaeque sunt mysteria, homines [sunt], quemadmodum ipse Herodotus testatur: *Sunt etiam sepulcra eius cuius nomen nuncupare in tali re fas non esse duco in urbe Sai, in templo Minervae, post aedem sacram, toti postico parieti aedis Minervae contigua. Lacus autem adiunctus est, lapideo fundamento circumquaque ornatus, magnitudine, ut mihi videtur, quanta in Delo est iste qui rotundus nomi-*

37. *Τύπτονται*] Her. *Τύπτ. μὲν.* Arg. et Lub. mox *θυσίαν.*

38. *κάρτα πολλαί*] Bodl. 1. 2 *κατὰ πολλῶν.*

39. *τὸν*] Ducaeus *ον.* Non legitur *τρόπον* ap. Her.

40. *μοι ὅ. ἐ. λέγ.*] Aet. *μοί ἐστιν λέγειν.* Bodl. 1. 2 *ἐμοί ἐστιν λέγειν.* Adi Baehrium ad h. l.

41. *Εἰ*] Aet. *οἱ.*

42. *Εἰσὶ ... Αἰγύπτιοι*] Herod. II. c. 170. — Is voce *αἱ ταφαὶ* de Osiridis sepultura sentit. Caeterum plura etiam de hoc loco observavit Baehrius.

43. *τοῦ*] A Bodl. 1. 2 abest. Her. *οὐκ.* Bodl. 2 *ποιεῦμαι.* Postea *τεῦνομα* Arg. ut Her. ex edit. Baehr. (*τὸ οὔνομα* Dindorf.).

44. *ἱρῷ*] Sic ex Par. 1 dedi (p. 21) pro vulg. *ἱερῷ.* Mox Her. *ὅκισθε* et Mon. *ναοῦ.* Septem verba *ὅκισθεν* usque *Ἀθηναίης* in Lub. exciderunt errore librarii.

45. *ἐχόμενοι*] Hoc Lindnerus scriptori nostro recte restituit ex Her. pro *ἐχόμενον*, quod comparet apud caeteros editores ut in codd. mutis.

46. *Λίμνη δ' ἐστὶν*] Her. *Καὶ ἐν τῷ τεμένεϊ ἐβελοὶ ἑστᾶσι μεγάλοι λίθινοι, λίμνη τέ ἐστι κτλ.*

47. *κεκοσμημένη*] Bodl. 1. 2. Aet. *κεκοσμημένην.* Her. *κεκοσμημένη καὶ ἐργασμένη εὖ κύκλῳ.* Quae quidem verba Gesner. et Maran. saltem in versione reddiderunt: sed omissio haud dubie ab ipso Athenagora profecta, non a librariis. Pro *κρηπῖδι* Mon. *κρηπίδι* et Arg. *κρεπῖδι.* Her. non *μέγεθος* sed *καὶ μέγαθος*, tum *ἐδόκεε*, porro *ἡ ἐν. Δ.*

[48] τὰ δείκηλα τῶν παθέων αὐτοῦ νυκτὸς καλέουσι μυστήρια Αἰγύπτιοι. Καὶ οὐ μόνον ὁ τάφος τοῦ Ὀσίριδος δείκνυται, ἀλλὰ καὶ [49] ταριχεία. [50] Ἐπεάν σφισι κομισθῇ νεκρός, δεικνύασι τοῖσι D κομίσασι παραδείγματα [51] νεκρῶν ξύλινα, τῇ γραφῇ μεμιμημένα· καὶ τὴν μὲν σπουδαιοτάτην αὐτέων [52] φασὶν εἶναι τοῦ οὐχ ὅσιον ποιεῦμαι οὔνομα ἐπὶ τοιούτῳ [53] πρήγματι ὀνομάζειν.

29. Ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων οἱ περὶ ποίησιν καὶ ἱστορίαν σοφοὶ περὶ μὲν [1] Ἡρακλέους·

[2] Σχέτλιος, οὐδὲ θεῶν ὅπιν ᾐδέσατ' οὐδὲ τράπεζαν, 33
[3] Τὴν ἦν οἱ παρέθηκεν· ἔπειτα δὲ πέφνε καὶ αὐτόν.

Τοιοῦτος ὢν εἰκότως μὲν ἐμαίνετο, εἰκότως δὲ ἀνάψας πυρὰν κατέκαυσεν [4] ἑαυτόν. Περὶ δὲ Ἀσκληπιοῦ Ἡσίοδος μέν·

[5] Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Χώσατ', ἀπ' Οὐλύμπου δὲ βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ
Ἔκτανε Λητοΐδην φίλον, σὺν θυμὸν ὀρίνων.

Πίνδαρος δέ·

[6] Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται. B

48. τὰ δείκηλα] Sic ex Bodl. 2 et Aet. dedi pro vulg. τὰ δίκηλα. Voci νυκτὸς (Bodl. 1. 2. Aet. νοητὸς) adnectit Her. ποιεῦσι, τὰ = *in hoc lacu speciem eorum, quae ille perpessus est, nocte exhibent*, h. e. ea quae illi acciderunt imitando exprimunt, *quae mysteria vocant Aegyptii*.

49. ταριχεία] Arg. τὰ ῥαχεία. Hic Athenagoras ipse insinuat Herodotum illis verbis de Osiridis sepulcro cogitasse. Cf. n. 42; comp. c. 22. p. 24 B. Memorantur et aliorum deorum sepulcra passim ab Arnobio. Tatianus Or. ad Gr. c. 8: ὁ δὲ Ὀμφαλὸς τάφος ἐστὶν Διονύσου. Idem c. 27: Τάφος τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς καθ' ὑμᾶς δείκνυται. In loco qui sequitur Herodotus sentit de Osiridis simulacro in mumiae formam composito, ut ex testimonio Athenagorae patescit.

50. Ἐπεάν ... ὀνομάζειν] Herod. II. c. 86. — Is habet σφι pro σφισι ac dein δεικνύουσι ap. Baehr. (Dind. δεικνῦσι). Bodl. 1. 2 κομισθὲν pro κομισθῇ. Arg. κομισθῆναι.

51. νεκρῶν] Ita cum Par. 1. Arg. Bodl. 1. 2 edidi pro vulg. τῶν νεκρῶν. Antea Arg. περιδείγματα.

52. φασὶν] Her. φασι. Mox οὐκ et τὸ οὔνομα. Par. 2. Bodl. 1. 2. Aet. πεποιεῦμαι.

53. πρήγματι] Mon. Bodl. 1. 2. Aet. (etiam Ducaeus) πράγματι. Sed in Mon. genuina scriptura supra lineam notata est. Her. οὐνομάζειν.

1. Ἡρακλέους] Lub. Ἡρακλοῦς. Cf. Matthiae *Ausf. gr. Gramm.* (ed. 2) p. 176 sq. Mon. ἡρακλεῖς, sed

natur. In hoc lacu speciem passionum eius nocturnam mysteria Aegyptii vocant. Non solum autem sepulcrum Osiridis ostenditur, sed etiam conditura: *Quum ad illos cadaver portatum est, ostendunt iis qui portaverunt exemplaria mortuorum lignea, pingendo assimilata; et eorum quidem praestantissimum dicunt eius esse cuius nomen appellare in tali re fas non esse duco.*

29. Sed et Graecorum in poesi et historia sapientes de Hercule quidem:

Crudelis, nec deorum vindictam reveritus est nec mensam,
Quam ei apposuerat: deinde vero et eum occidit.

Talis quum esset, merito in furorem actus est, merito se rogo accenso combussit. De Aesculapio autem Hesiodus:

Parens hominumque deúmque
Excanduit, ex Olympo autem feriens ardente fulmine
Occidit Latoidem carum, ira commotus.

Pindarus autem:

Verum lucro etiam sapientia irretitur.

supra syllabam εἰς scriptum est ἑους.

2. *Σχέτλιος ... αὐτόν*] Homer. Od. XXI. 28 sq.

3. *Τὴν ἦν οἱ*] Sic ex Par. 1. 2. Arg. Lub. Bodl. 2. Mon. reposui. Bodl. 1 *τὴν ἦν οἱ*, Aet. *τὴν ᾧ οἱ*. Gesn. Mor. Rechenb. (c. Bon.) *τήν οἱ*, Dech. Mar. Lindn. *τὴν δὴ* (sic, c. acc. gr.) οἱ. Gesn. coniecit *τὴν δή οἱ*, ut vulgo ap. Hom. est. Duc. ut supra in textu. Lub. *πέφνεχ*. In codd. mstis et editis post *αὐτὸν* additur *Ἴφιτον*. Iam Stephanus non dubitavit quin superscriptum ab aliquo fuisset tamquam declaratio pronominis *αὐτόν*. Cf. c. 14. n. 10.

4. *ἑαυτόν*] Arg. Lub. Bodl. 1. 2. Mon. *αὐτόν*. Editi (Bon. et Aet.) *αὐτόν*. Cf. c. 2. n. 9. C. 26: *ὀλίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ*.

5. *Πατὴρ ... ὀρίνων*] Hi versus habentur inter fragmenta Hesiodi ap. Goettling. (Hes. Carm. ed. 2) p. 263. — Gesn. Mor. Duc. Rechenb. *Πατὴρ ἀνδρῶν δ' ὅτ' ἐχώσατ' κτλ.* Sic etiam in Lub. Mon. Bon. comparet. Maran. *Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Ὅτ' ἐχώσατ' κτλ.* Lectionem, quam (cum Dechair. et Lindn.) recepi, Par. 1. 2. Arg. Ottob. 1. 2. Petr. (Bodl. 1. 2. Aet.) tuentur. In Bodl. 1. 2 et Aet. deest *κεραυνῷ*. Goettlingio v. 3 scribendum esse videtur: *ἔκτανε, Λητοΐδαο φίλον σὺν θυμὸν ὀρίνων*.

6. *Ἀλλὰ ... μόρον*] Pind. Pyth. III. 54. 55. 57. 58 ex rec. Schneidewini (ed. 2. Lips. 1855) p. 75. — Lub. *σοφίη* pro *σοφία*.

[7]*Ἔτρακε κἀκεῖνον ἀγάνορι μισθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶ φανείς.*
Χερσὶ δ' ἄρα Κρονίων [8]ῥίψας δι' ἀμφοῖν ἀμπνοὰν στέρνων
καθεῖλεν
Ὠκέως, αἶθων δὲ περαννὸς [9]ἐνέσκηψε μόρον.
[10]*Ἦ τοίνυν θεοὶ ἦσαν, καὶ οὔτε αὐτοὶ πρὸς χρυσὸν εἶχον*
([11]Ὦ χρυσέ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς, C
[12]*Ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ' ἔχει,*
Οὐ παῖδες.
Ἀνεπιδεὲς γὰρ καὶ κρεῖττον ἐπιθυμίας τὸ θεῖον.) [13]*οὔτε ἀπέθνησκον· ἢ ἄνθρωποι γεγονότες καὶ πονηροὶ δι' ἀμαθίαν ἦσαν καὶ χρημάτων ἐλάττους.* [14]*Τί δεῖ με πολλὰ λέγειν, ἢ Κάστορος ἢ Πολυδεύκους μνημονεύοντα ἢ* [15]*Ἀμφιάρεω, ἅ, ὡς εἰπεῖν λόγῳ, χθὲς καὶ πρώην ἄνθρωποι ἐξ ἀνθρώπων γεγονότες, θεοὶ νομίζονται, ὁπότε καὶ* [16]*Ἰνὼ μετὰ τὴν μανίαν καὶ τὰ ἐπὶ τῆς μανίας πάθη θεὸν δοξάζουσι γεγονέναι,*
[17]*Πόντου πλάνητες Λευκοθέαν ἐπώνυμον,* D
[18]*καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς;*

7. *Ἔτρακε*] Pind. *ἔτρακεν*, tum *καὶ κεῖνον*, dein *χερσὶν*. Pro *ἀγάνορι* Arg. *ἀγανὸν*. Mon. *ἄγαν ορμισθω* (sic). *Κἀκεῖνον* scil. Aesculapium. Post *φανείς* Pindarus addit (v. 56) *ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι ἤδη ἁλωκότα*, h. e. ille auro pro mercede oblato permotus est *Hippolytum a morte reducere qua iam captus tenebatur*. Haec autem Athenagoras brevitatis ergo omisit, quod ad propositum suum nihil conferebant.

8. *ῥίψας*] Ex Pind. Lindnerus mutavit in *ῥίψαις* et *καθεῖλεν* in *καθέλεν*. Arg. *ἀνπνοὰν*.

9. *ἐνέσκηψε*] Dechair. et Galland. *ἐνέσκεψε*. Pind. *ἐνέσκιμψεν*.

10. *Ἦ*] Arg. *εἰ*. Cf. c. 21. n. 21. Paullo post Bodl. 1 non *πρὸς* sed *προ*.

11. *Ὦ ... παῖδες*] Hos (aliosque additos) versus, etiam ab aliis e. g. Sexto Empirico Adv. gramm. I. 279. p. 663 ed. Bekk. laudatos, Euripidis Bellerophonti attribuit Seneca (Ep. 115). Matthiaeus (Eur. tragg. et fragm. T. IX. p. 152) cum Maximo e Danae petitos dicit. Sed cum illo faciunt I. A. Hartungus (Eurip. restitutus. Vol. I, Hamb. 1843, p. 394 sq.) et F. G. Wagnerus (Poett. tragg. gr. fragmm. Vol. II, Vratisl. 1844, p. 142). Caeterum putat Lindnerus versus istos rectius locum habere post verba *χρημάτων ἐλάττους*. Quod haud statuerim. Sensus: Non auri cupiditate ducebantur, ut solet apud homines fieri, iuxta testimonium poetae. — Non *δεξίωμα* (Par. 1. 2. Arg. Lub. Petr.; *δεξίαμα* Bodl. 1. 2. Aet.) sed *ἀξίωμα*

Pervertit et illum ingenti mercede aurum in manu apparens.
Manu igitur utraque Saturnius iaculatus respirationem
pectoris abstulit
Celeriter, ardensque fulmen inflixit mortem.

Aut igitur dii erant, et neque eos auri capiebat amor
(O aurum, munus maximum mortalibus,
Nec mater ulla tantum habet dulcedinis,
Nec nati.

Numen enim nulla re indiget et cupiditate superius est.) neque moriebantur: aut homines quum essent, improbi ob imperitiam erant et pecuniae cupidi. Quid opus est me plura dicere, vel Castorem vel Polluccm vel Amphiaraum memorantem, qui, ut ita dicam, heri et nudius tertius homines ex hominibus nati, pro diis habentur, quum ipsam Ino post furorem et ea quae ex furore perpessa est existimant deam factam esse,

Naufragi Leucotheam cognominabunt,

et filium eius?

(Bon. et Mon., sed in hoc supra ἀ habetur δε) praebent Gesn. Morell. Rechenb. Dechair.

12. Ὡς] Particula in exempl. non est [neque est in caeteris codd. melis]; eam, quod necessaria esset, addidi ex aliis auctoribus qui eosdem citant versus. *Stephanus.* Inde ὡς pervenit in omnes Athenagorae editiones. Arg. Lub. Mon. habent τοιάδε ἔχει.

13. οὔτε ἀκήθν.] Claro respondet praecedenti οὔτε etc. Eiicienda censuit Lindn. verba οὔτε ἀκήθνησκον, aut (in Cur. poster.) legendum „ἀκοθνήσκον scil. τὸ θεῖον". Nimirum parenthesis signum inepte posuit post ἀκήθνησκον, non post θεῖον.

14. Τί δεῖ etc.] Athenagoras in hac loquendi formula, qua saepe utitur, habet ubivis δεῖ: id quod hic quoque Petr. agnoscit. Superflua igitur Gesneri coniectura τί με δεῖ π. λέγειν. Editi τί με π. λέγειν.

15. Ἀμφιάρεω] Lub. Ἀμφιάρεως. — Cf. c. 17. n. 2.

16. Ἰνὼ] Arg. ἰνῶ. Mox Bodl. 1. 2 ὡς pro ἐπὶ.

17. Πόντου ... κεκλήσεται] Hi duo versus, ab Athenagora servati, ex Euripidea Inone desumti sunt. Cf. Matth. p. 205, Hartung. p. 463, Wagner. p. 217. — Πόντος, pro Πόντου, Bodl. 1. 2. Aet. In Lub. πλανῆτες. Cum ἐπώνυμον subaudi animo καλέσουσι.

18. καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς] Scil. θεὸν δοξ. γεγονέναι. Ino eiusque filius Melicertes post, quam in deos marinos mutati sunt, aliis nominibus vocabantur: illa Λευκοθέας, hic Παλαίμονος. Cf. Apollod. III. 4, 3 et Ovid. Metam. IV. 538 sqq.

[19] *Σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται.*

30. *Εἰ γὰρ καὶ* [1] *ὡς ἀπόπτυστοι καὶ θεοστυγεῖς δόξαν ἔσχον εἶναι θεοί,* [2] *καὶ ἡ θυγάτηρ τῆς Δερκετοῦς Σεμίραμις, λάγνος γυνὴ καὶ μιαιφόνος, ἔδοξε Συρία θεός, καὶ διὰ τὴν* [3] *Δερκετὼ καὶ τὰς περιστερὰς καὶ τὴν Σεμίραμιν σέβουσι Σύροι (τὸ γὰρ ἀδύνατον, εἰς* [4] *περιστερὰν μετέβαλεν ἡ γυνή· ὁ μῦθος παρὰ Κτησίᾳ), τί θαυμαστὸν τοὺς μὲν ἐπὶ* [5] *ἀρχῇ καὶ τυραννίδι ὑπὸ τῶν κατ' αὐτοὺς κληθῆναι θεούς· Σίβυλλα (*[6] *μέμνηται δ' αὐτῆς καὶ Πλάτων)·*

[7] *Καὶ τότε δὴ δεκάτη γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων,* 34
Ἐξ [8] *οὗ δὴ κατακλυσμὸς ἐπὶ προτέρους γένετ' ἄνδρας.*
Καὶ [9] *βασίλευσε Κρόνος καὶ Τιτὰν Ἰαπετός τε,*
Γαίης [10] *τέκνα φέριστα καὶ Οὐρανοῦ οὓς ἐκάλεσσαν*
Ἄνθρωποι, [11] *Γαῖάν τε καὶ Οὐρανὸν οὔνομα θέντες,*
Οὕνεκα οἱ [12] *πρώτιστοι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων·*

19. *Σεμνὸς*] Deest in Bodl. 1. 2. Aet.

1. *ὡς*] Gesner. mavult *οἱ*, sine ratione.

2. *καὶ ἡ θυγ.* etc.] Observat Suffridus Petrus, cum historiae monumentis non quadrare id quod de Semiramide pronuntiat Athenagoras, nisi forte illam brevi admodum tempore hoc deae Syriae nomen habuisse dicamus. Sed minus attendit vir eruditus deam Syriam idem hoc loco non esse ac celeberrimam illam Syriam deam, quae praecipuum erat Syrorum numen; sed idem ac unam ex illis quae a Syris colebantur. Quidquid enim honoris Semiramidi delatum dicit Athenagoras id illam non sua sponte habuisse dicit sed propter matrem Dercetum, quam proinde longe filia venerabiliorem apud Syros fuisse statuit. *Maranus* (in Add.). Vide Seldeni De diis Syr. syntagm. II. c. 3, qui inter alios etiam Athenageram nostrum notat quod ad Semiramidem referat quae ad Deam Syriam (de qua notus Luciani libellus exstat) spectant. Adde Vossium De orig. et progress. idololatriae I. c. 23.

3. *Δερκετὼ*] Par. 2. Arg. Bodl. 1. 2 falso *Δερκετῶ*. Sic etiam Dechair. Cf. c. 28. n. 23.

4. *περιστερὰν*] Lub. *περιστερὰς*. Iam legunt *μετέλαβεν* Bodl. 1. 2. Aet.

5. *ἀρχῇ*] Bodl. 1. 2. Aet. *ἀρχῆς*. Postea Bodl. 1. 2 *καθ' αὐτούς*.

6. *μέμνηται ... Πλάτων*] Iustin. Cohort. ad Gent. c. 37 (coll. 16): *ταύτης δὲ τῆς Σιβύλλης* (h. e. Babylonicae = Cumanae) *ὡς χρησμῳδοῦ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν συγγραφέων μέμνηνται, καὶ Πλάτων δὲ ἐν τῷ Φαίδρῳ.* Etiam in Theage Sibyllam nominat. „Sed nihil discernit de qua loquatur" (S. Petr.). — Antea editi minus recte *Σιβύλλα*.

7. *Καὶ ... ἀνθρώπων*] Orace.

Divus Palaemon nautis vocabitur.

30. Nam si et detestandi et deo invisi homines visi sunt dii, et filia Dercetûs Semiramis, lasciva mulier et cruenta, existimata est Syria dea, et propter Dercetûm Syri columbas et Semiramin colunt (quod enim fieri nequit, in columbam mutata est mulier: fabula [est] apud Ctesiam): quid mirum alios propter imperium et tyrannidem deos a suis appellatos: — Sibylla (meminit eius etiam Plato):

Et tunc exstitit decima aetas hominum,
Ex quo diluvium prioribus hominibus accidit.
Et regnavit Saturnus et Titan et Iapetus,
Quos Terrae et Coeli filios praestantissimos vocarunt
Homines, Terrae et Coeli nomina imponentes,
Propterea quod primi fuere hominum: —

Sibyll. III. 108—113, ed. C. Alexandre, Vol. I (Par. 1841) p. 102. — Pro *Καὶ* (Par. 2 et Sibyll.) vulgo *Δὴ* legitur. In locum utriusque casus dativi *δεκάτῃ γενεῇ*, quem editiones nostri scriptoris (ex Bon.) offerebant, Dechairius ex Sibyllinis substituit nominativum *δεκάτη γενεὴ*, qui Par. 1 et Arg. probatur, eumque Lindnerus secutus est. Iam Gesnerus notavit: „Lege *δεκάτη γενεὴ*." Et ita legendum esse patescit ex particula *καὶ* (v. 110) ante *βασίλευσε*. Hanc vero particulam Tertullianus neglexit, liberius eosdem versus Ad nation. II. c. 12 (Opp. ed. Oehler. T. I) p. 382 sq. citans: „Decimâ geniturâ hominum ex quo cataclysmus prioribus accidit, regnavit Saturnus et Titan et Iapetus, Terrae et Caeli fortissimi filii." Immerito igitur Maranus ad Tertullianum provocavit, istos dativos ut commendaret.

8. *οὔ δὴ*] Sibyll. *οὔπερ*.

9. *βασίλευσε Κρ.*] Sic ex Par. 1 et Arg. restitui; sic Dechair. quoque ante me restituit ex Sibyll., cum eoque Maran. et Lindner. fecerunt. Lub. et Petr. *βασιλεὺς ὁ Κρ.* Caeteri codd. msti aeque ac Gesner. Morell. Rechenberg. *βασιλεὺς Κρ.*, male propter metrum. Ducaeus *βασιλεύς τε Κρ.* Mon. *Τιτᾶν* c. circumfl.

10. *τέκνα φέρ.*] Arg. *φέρ. τέκνα*. Tertull. l. c. *fortissimi filii.* Tum omnes codd. msti et Gesn. Mor. Rechenb. *Οὐρανοὺς ἐκάλεσσαν* (Mon. *ἐκάλεσαν*, Arg. et Lub. *ἐκάλεσεν*) pro *Οὐρανοῦ οὕς ἐκάλεσσαν*, quod sine ulla fere mutatione Maranus coniecit scribendum. Is autem in textu, ut Dech. et Lindn., posuit *Οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν*, quod quidem in Sibyll. vulgo legitur. Duc. *οὐρανίους*.

11. *Γαῖάν τ. κ. Οὐρανὸν*] Duc. cum Sibyll. *γαίης τ. κ. οὐρανοῦ*.

12. *πρώτιστοι*] Sibyll. *προφέριστοι*, idque Gesn. et Suffr. Petr. praeferunt. Videntur, etsi decima

τοὺς δ' ἐπ' ἰσχύϊ, ὡς Ἡρακλέα καὶ Περσέα, τοὺς δ' ἐπὶ τέχνῃ, ὡς Ἀσκληπιόν; Οἷς μὲν οὖν [13] ἢ αὐτοὶ οἱ ἀρχόμενοι τιμῆς μετεδίδοσαν [14] ἢ αὐτοὶ οἱ ἄρχοντες, οἱ μὲν φόβῳ, οἱ δὲ [15] καὶ B αἰδοῖ μετεῖχον τοῦ ὀνόματος. [16] Καὶ Ἀντίνους φιλανθρωπίᾳ τῶν ὑμετέρων προγόνων πρὸς τοὺς ὑπηκόους ἔτυχε νομίζεσθαι θεός. [17] Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς ἀβασανίστως παρεδέξαντο.

[18] Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες.

Πιστεύων Καλλίμαχε ταῖς γοναῖς τοῦ Διὸς ἀπιστεῖς αὐτοῦ τῷ τάφῳ, καὶ νομίζων [19] ἐπισκιάσειν τἀληθὲς καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι κηρύσσεις τὸν τεθνηκότα· κἂν μὲν τὸ ἄντρον [20] βλέπῃς, τὸν Ῥέας C ὑπομιμνήσκῃ τόκον, ἂν δὲ τὴν [21] σορὸν ἴδῃς, ἐπισκοτεῖς τῷ τεθνηκότι, οὐκ εἰδὼς ὅτι μόνος ἀΐδιος [22] ὁ ἀγένητος θεός. Ἡ γὰρ ἄπιστοι [23] οἱ ὑπὸ τῶν πολλῶν καὶ ποιητῶν λεγόμενοι μῦθοι περὶ τῶν θεῶν καὶ περισσὴ ἢ περὶ αὐτοὺς εὐσέβεια (οὐ γὰρ εἰσὶν ὧν ψευδεῖς οἱ λόγοι), ἢ εἰ ἀληθεῖς αἱ γενέσεις, [24] οἱ ἔρω-

generatione regnarunt, primi tamen homines dici, quia primi regnarunt. Tertullianus l. c. de Saturno, quum is venisset in Italiam: „rudes tunc agebantur et oculi et mentes hominum, ut cuiuslibet novi viri aspectu quasi divino commoverentur, nedum et regis et quidem primi.“ Pro *ἔσαν* Arg. *ἴσαν*.

13. *ἢ*] Bodl. 1. 2. Aet. *οἱ*.

14. *ἢ*] Bodl. 1 et Aet. *τἱ*.

15. *καὶ αἰδοῖ*] Bodl. 1. 2 *αἰδοίως*, omisso *καὶ*. Mox iidem et Aet. *μετέχειν*.

16. *Καὶ Ἀντίνους* etc.] Verba *πρὸς τ. ὑπηκόους* noli iungere cum *νομίζεσθαι θεός*, „ut a subditis dei loco haberetur“ (sic Gesner. quique eum secuti sunt), sed cum *φιλανθρωπίᾳ* = „ob humanitatem in subiectos sibi cives.“ Testibus Iustino Martyre Apol. I. c. 29 et aliis (vide quae l. c. n. 6 observavi) Antinous deus habitus est ob metum imperatoris qui id praeceperat. Sed metus ille, ut Maranus advertit, non tam videtur esse terror animis iniectus, quam metus displicendi carissimis ob beneficia regibus, nempe Hadriano et Antonino, quos Athenagoras M. Aurelii parentes (*τ. ὑμετέρων προγόνων*, Arg. vitiose *τ. ἡμετέρων πρ.*) appellat. Erat sane Hadrianus lenitate et humanitate longe inferior Antonino: sed quum magna illius in Aegyptios beneficia exstiterint, non mirum si ab hominibus superstitiosis cultum Antinoi facile impetravit. Huc accessit gratia et auctoritas Antonini, quem ex testimonio Athenagorae operam dedisse colligimus ut instituta ab Hadriano impietas, eo mortuo, non abrogaretur.

17. *Οἱ δὲ . . . παρεδ.*] Haec verba non solum cum iis cohaerent quae de Antinoo protulit („cuius

alios ob robur, ut Herculem et Perseum, alios ob artem, ut Aesculapium? Quibus igitur aut ipsi subditi honorem detulerunt aut ipsi principes, horum alii metu, alii reverentia nomen [divinum] consecuti sunt. Ita Antinous parentum vestrorum in subditos humanitate consecutus est ut existimaretur deus. Qui vero postea nati sunt cultum re non explorata susceperunt.

Cretes semper mendaces: etenim sepulcrum, rex, tibi
Cretes fabricati sunt; at tu non mortuus es.

Credis Callimache Iovis nativitatem, sepulcrum eius non credis, et quum putas te veritati tenebras offusurum, mortuum praedicas etiam nescientibus; atque antrum quidem si vides, Rheae partum in memoriam revocas, sin autem loculum cernis, mortem eius tenebris involvis, ignarus solum aeternum esse infectum deum. Aut enim fide indignae [sunt] quae de diis apud vulgus et poetas fabulae feruntur atque inutilis eorum cultus est (non enim ii existunt de quibus mendax praedica-

etiam posteri cultum admiserunt" Gesn.), sed etiam cum superioribus *Οἷς μὲν* (resp. nostro loco *δέ*) *κτλ.* Athenagoras data opera ambigue scribit (ad *παρεδέξαντο* non addit accusativum *θεούς* vel *θεόν*), ne offendat imperatores.

18. *Κρῆτες ... θάνες*] Versus sunt Callimachi in Hymno Iovis v. 8 sq. Secundus integer erit si addes: *ἐσσὶ γὰρ αἰεί. Gesner.* Plura editores poetae dederunt super illis versibus: ed. Ernesti T. I. p. 4 sqq. T. II. p. 32 sq. Coll. Tatian. Orat. ad Gr. c. 27. n. 6. — Vocula *ὦ* ante *ἄνα* in Lub. omissa est.

19. *ἐκτοπιάσειν*] Bodl. 1. 2. Clar. Aet. *ἐκτοπιάζειν.*

20. *βλέπῃς*] Arg. *νλέπεις* (= *βλάπτεις*), superscripto *η* in *νλέβῃς* mutatum. Antea Lub. *ἄντλον* pro *ἄντρον.*

21. *σορὸν*] Bodl. 1. 2 *σοφὸν.*

22. *ὁ ἀγέννητος*] Ita Par. 1. Arg. Lub. Petr. habent. Mon. *ὁ ἀγέννητος.* Hanc lectionem Morell. Duc. Maran. Lindn. textui ex coniectura inseruere. Cf. c. 4. n. 10. Par. 2. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. Bon. *ὁ γεννητὸς.* Et sic edidere Gesn. Rechenb. Dechair. Iam vero Gesnerus scribendum *ὁ ἀγέννητος* vel *μὴ γεννητὸς* est suspicatus. Praecedens vocabulum in Bodl. 2 *ἀϊδίως* legitur.

23. *οἱ*] Deest Lub.

24. *οἱ ἐρῶντες*] Hoc Par. 1. 2. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. suppeditant. Caeteri codd. mstl (Arg. Lub. Petr. Mon. Bon.) *οἱ ἐρῶντες*, quae lectio in editt. Gesn. Mor. Duc. Rechenb. transiit: licet iam Gesnerus et Suffr. Petrus sensu flagitante illam intellexerant genuinam esse.

τες, αἱ μιαιφονίαι, αἱ κλοπαί, αἱ ἑκτομαί, οἱ περαυνοί, οὐκέτ' εἰσί, πανσάμενοι εἶναι, ἐπεὶ καὶ [25]ἐγένοντο οὐκ ὄντες. [26]Τίς γὰρ τοῖς μὲν πιστεύειν λόγος, τοῖς δὲ ἀπιστεῖν, ἐπὶ τὸ σεμνό- D τερον περὶ αὐτῶν τῶν ποιητῶν ἱστορηκότων; [27]Οὐ γὰρ ἂν δι' οὓς ἐνομίσθησαν θεοί, σεμνοποιήσαντας τὴν κατ' αὐτοὺς ἱστορίαν, οὗτοι τὰ πάθη τὰ αὐτῶν ἐψεύσαντο. Ὡς μὲν οὖν οὐκ ἐσμὲν ἄθεοι, θεὸν ἄγοντες τὸν ποιητὴν [28]τοῦδε τοῦ παντὸς καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον, κατὰ δύναμιν τὴν ἐμήν, εἰ καὶ μὴ πρὸς ἀξίαν, ἐλήλεγκται.

31. [1]Ἔτι δὲ καὶ τροφὰς καὶ μίξεις λογοποιοῦσιν [2]ἀθέους καθ' ἡμῶν, ἵνα τε μισεῖν νομίζοιεν μετὰ λόγου καὶ οἰόμενοι τῷ 35 δεδίττεσθαι ἢ τῆς ἐνστάσεως [3]ἀπάξειν ἡμᾶς τοῦ βίου ἢ πικροὺς καὶ ἀπαραιτήτους τῇ τῶν αἰτιῶν ὑπερβολῇ τοὺς ἄρχοντας [4]παρασκευάσειν, πρὸς εἰδότας παίζοντες ὅτι ἄνωθέν πως ἔθος, καὶ [5]οὐκ ἐφ' ἡμῶν μόνον, κατά τινα θεῖον νόμον καὶ λόγον παρη-

25. ἐγένοντο] Bodl. 1. 2 ἐγένετο.

26. Τίς γὰρ κτλ.] Simili argumento usus est superius de sacerdotibus Aegypti, qui et ipsi deos mortales faciunt. *Gesner.* Dicit Athenagoras poetis in narratione de diis fidem esse habendam, quoniam propositum ipsis fuerit de diis non nisi ea narrare quae ad venerationem iis conciliandam augendamque pertinerent. Quodsi igitur occurrant quae huic consilio adversari videantur, existimandum poetas, vi veritatis coactos, sic — neque aliter — res deorum narrare potuisse. — Pro τοῖς μὲν Bodl. 1. 2. Aet. ἔτι μὲν. Male Lindn. περὶ αὐτῷ pro περὶ αὐτῶν dedit.

27. Οὐ γὰρ κτλ.] Pariter de sacerdotibus Aegypti c. 28: Οὐ γὰρ τοὺς σεμνοποιοῦντας ζακόρους τὰ εἴδωλα εἰκὸς ἀνθρώπους αὐτοὺς γενέσθαι ψεύδεσθαι. — Bodl. 1 et Aet. ἑαυτῶν vice αὐτῶν.

28. τοῦδε] Deest Bodl. 2.

1. Ἔτι δὲ κτλ.] Iam Athenagoras, postquam expositionem de atheismi crimine Christianis afficto (cc. 4—30) finivit (coll. c. 4. n. 1), transit ad refutanda reliqua duo scelera quibus praecipue illi infamabantur: Οἰδιποδείους μίξεις (cc. 32—34: τὰς ἀνέδην μίξεις Iust. Apol. I. c. 26, ἀσέλγειαν Tat. Or. ad Gr. c. 32, ἀδιαφόρως ζῆν καὶ συμφύρεσθαι ταῖς ἀθεμίτοις μίξεσιν Theoph. ad Aut. III. c. 15) et Θυέστεια δεῖπνα (cc. 35—36: τὰς ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰς Iust. l. c., ἀνθρωποφαγίαν Tat. c. 25, σαρκῶν ἀνθρωπείων ἐφάπτεσθαι Theoph. l. c.). Conferantur quae sunt adnotata c. 3. n. 1. Comp. c. 34. n. 1 fin. In antecessum observat (c. 31) mirum non esse talia

tio), aut si veri [sunt] ortus, amores, homicidia, furta, virilium exsectiones, fulmina, non amplius existunt sed esse desierunt, siquidem nati sunt, quum [antea] non essent. Quae enim ratio ut alia quidem credantur, alia vero non credantur, quum ad maiorem venerationem diis conciliandam eorum historias poetae literis mandaverint? Non enim per quos existimati sunt dii, quique eorum rebus gestis venerationem conciliarunt, ii perpessiones eorum mentiti fuissent. Nos igitur non esse atheos, qui deum agnoscimus huiusce universi creatorem eiusque logon, pro meis viribus, quamvis non pro rei dignitate, demonstratum est.

31. Adhuc autem et epulas et concubitus impios nobis affingunt, tum ut [nos] iusta de causa odisse sibi videantur, tum quod futurum existiment ut vel metu a vitae proposito nos abducant vel acerbos nobis et inexorabiles criminum magnitudine principes praebeant: sed ludificantur cum iis qui sciunt iam antiquitus hunc morem, non nostra aetate tantum,

crimina contra Christianos proferri, quoniam virtuti semper divina quadam lege vitium oppugnet, et satis ista confutata esse ex doctrina Christianorum.

2. *ἀθέους*] Legendum fortasse *ἀθέσμους*. *Lindner* (in Cur. poster.). Nobis non est dubium quin vulgata lectio vera sit. Antea Act. non *τροφὰς* sed *στροφὰς*. Mox Mon. *μισεῖ* (n. 4) et Lub. *μισεῖσθαι* pro *μισεῖν*. Frustra mallet Gesnerus *νομίζοιντο (videantur)* pro *νομίζοιεν (sibi videantur)*. Voces *μετὰ λόγου καὶ οἰόμενοι* in Bodl. 1. 2 et Act. desiderantur. De verbo *δεδίττεσθαι* vide Ast. ad Plat. Phaedr. T. X. p. 379.

3. *ἀκάξειν*] Bodl. 1. 2 *ἀκάξει*. Phrasis *ἔνστασις τοῦ βίου* sive *τῆς ζωῆς* („Lebens- und Handlungsweise") frequens est apud philosophos; cf. Hemsterhus. ad Thom. Mag. p. 314.

4. *καρασκευάσειν*] Bodl. 1 et Act. *καρασκευάζειν* (c. 30. n. 19). Bodl. 2 *καρασκευάσει* (n. 2). Verba quae sequuntur *πρὸς εἰδ. καὶ ζ.* non valent i. q. *ita illudentes nos* (Gesn. et S. Petr.), sed *ludunt* seu operam perdunt, *apud eos qui sciunt* etc.

5. *οὐκ*] Sic omnes codd. mss. et Dechair.; caeteri editt. *οὐχ*. Ad sententiam quod attinet, *κατά τινα θεῖον νόμον καὶ λόγον κτλ.*, eamdem scriptor etiam supra c. 3 proposuit. Cf. ibi n. 8. Uterque locus ex libro De resurr. illustratur (Maran.), qui incipit sic: *Παντὶ δόγματι καὶ λόγῳ τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας ἐχομένῳ καραφύεταί τι ψεῦδος· καραφύεται δὲ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ἀρχῆς κατὰ φύσιν ὁρμώμενον ἢ τῆς κατ' αὐτὸ*

κολούθηκε, προσπολεμεῖν τὴν κακίαν τῇ ἀρετῇ. Οὕτω καὶ [6] Πυθαγόρας μὲν ἅμα τριακοσίοις ἑτέροις κατεφλέχθη πυρί, Ἡράκλειτος δὲ καὶ Δημόκριτος, ὁ μὲν τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἠλαύνετο, B ὁ δὲ τῆς Ἀβδηριτῶν, ἐπικατηγορούμενος μεμηνέναι, καὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι θάνατον κατέγνωσαν. [7] Ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι οὐδὲν χείρους εἰς ἀρετῆς λόγον διὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, οὐδ' ἡμεῖν [8] οὐδὲν ἐπισκοτεῖ πρὸς ὀρθότητα βίου ἡ παρά τινων ἄκριτος βλασφημία· εὐδοξοῦμεν γὰρ παρὰ τῷ Θεῷ. Πλὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα ἀπαντήσω τὰ ἐγκλήματα. [9] Τμῖν μὲν οὖν καὶ δι' ὧν εἴρηκα εὖ οἶδα ἀπολελογῆσθαι ἐμαυτόν. Συνίσει γὰρ [10] πάντας C ὑπερφρονοῦντες, οἷς ὁ βίος ὡς πρὸς στάθμην τὸν Θεὸν κανονίζεται, ὅπως ἀνυπαίτιος καὶ ἀνεπίληπτος [11] ἕκαστος ἡμῶν ἄνθρωπος αὐτῷ γένοιτο, ἵστε τούτους μηδ' εἰς ἔννοιάν ποτε τοῦ βραχυτάτου [12] ἐλευσομένους ἁμαρτήματος. Εἰ μὲν γὰρ ἕνα τὸν

ὅπερ ἐστὶν ἕκαστον αἰτίας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τὴν ἐνθύμιον σποράν ἐπὶ διαφθορᾷ τῆς ἀληθείας τετιμηκότων σπουδαζόμενον.

6. *Πυθαγόρας* etc.] Pythagorae mortem vario referunt auctores: quorum sententias diversas Diogenes Laertius et Iamblichus Chalcidensis enumerant. Maxime tamen huc inclinant omnium opiniones ut eum cum sodalibus exustum tradant, etiamsi de sodalium numero et mortis loco non conveniant. Heraclitum Laertius scribit apud Ephesios esse defunctum. Inde Suffr. Petrus sibi visus est lapsum ipsius Athenagorae aut librarii deprehendisse, „qui pro *Hermodoro* Ephesio Heraclitum Ephesium posuerit." Quod haud crediderim. Democritum apud suos insaniae suspectum Laertius quoque testatur, sed iectum e civitate fuisse equidem nusquam alibi traditum comperio. In veterum philosophorum vitis non omnes scriptores eadem tradiderunt. Temere Aeg. Menagius (Observv. in Diogen. Laert. lib. IX. segm. 12 usque ad 17) vult transponi vocem *Ἡράκλειτος*, ut *Δημόκριτος δὲ καὶ Ἡράκλειτος* legatur; nam *ὁ μὲν* ad *Ἡράκλειτος* sine istiusmodi transpositione licet referre. In Arg. *ἑτέροις* literis *αι* superscriptis in *ἑταίροις* mutatum est. Etiam S. Petr. transtulit: *una cum trecentis sodalibus*. Deest *δὲ* in Bodl. 1. 2 et Act. post *Ἡράκλειτος*. Bodl. 2 non *Ἐφ.* sed *Ἀφεσίων*.

7. *Ἀλλ'*] Maran. *ἀλλὰ*.

8. *οὐδὲν*] Id Maran. et Linda. cum Bodl. 1. 2. Act. Athenagorae recte reddidere. Caeteri *οὐθὲν*, quod librario debetur. Cf. Iustin. De monarch. c. 5. n. 6. Athenagoras Atticus semper scripsit *οὐδέν*, ut paullo ante. — Porro Maranus ex *ὀρθότητα βίου* (codd. mstl et editi) fecit *ὁσιότητα βίου*. Vox illa Platoni usitata est, qui opponit *ἁμαρτίαν*

divina quadam lege et ratione invaluisse, ut vitium bellum gerat cum virtute. Sic etiam Pythagoras cum trecentis aliis igne combustus, Heraclitus et Democritus, ille Ephesiorum urbe pulsus est, hic Abderitarum, insaniae accusatus, et Socratem Athenienses morte mulctarunt. Sed quemadmodum illi quantum ad virtutem attinet nequaquam deteriores propter vulgi opinionem fuerunt, ita neque nobis quod ad vitae rectitudinem spectat tenebras offundunt inconsideratae nonnullorum calumniae: bene enim apud deum audimus. Sed tamen his quoque criminibus occurram. Quamquam vobis me vel ex iis quae dixi purgatum bene scio. Nam quum omnes intelligentia superetis: quorum vita ad deum tamquam ad normam dirigitur, ut unusquisque nostrûm extra noxiam apud eum et reprehensionem sit, eos non ignoratis ne cogitationem quidem unquam levissimi admissuros peccati. Nam si unam in hac

(Legg. I. p. 627 D. II. p. 668 D). Caeterum cf. c. 22. n. 49.

9. *Τμῖν*] Id ex Par. 1 repósui pro lectione vulgata *ὑμῖς*, qua totus locus perturbatur. Lindner. edidit: *ὑμῖς μὲν οὖν* (*καὶ . . . ὑπερφρονοῦντες*) *οἷς κτλ.*: ita quidem ut coactus sit cum participio *ὑπερφρ.* subaudire *ἐστέ* (coll. n. 10) et *ὑμῖς μὲν οὖν* iungere cum *ἴστε τούτους κτλ.* Mittamus futilem parenthesin! Iliad *ὑμῖν* iam Stephanus putavit legendum, ut sit *σὺ οἶδα ἀπολελογῆσθαι ἐμαυτὸν ὑμῖν* h. e. *πρὸς ὑμᾶς*. Vocem *ἐμαυτὸν* interpretes *causam meam* reddidere; significat Athenagoram qui personam cuiusvis Christiani egit, scilicet *ἀνυπαίτιος καὶ ἀνεπίληπτος ἕκαστος ἡμῶν ἄνθρωπος*.

10. *πάντως ὑπερφρ.*] Bodl. 2 *πάντα ὑπερφρονοῦντε* in duali, quia ad duo imperatores sermo est. In Arg. supra participium scriptum est *σῖ* et *τε*, ut *ὑπερφρονεῖτε* legatur; videlicet sccepit locum librarius in modum Lindneri (n. 9). Membrum autem *οἷς ὁ βίος κτλ.* apte et eleganter membro sequenti *τούτους μηδ' κτλ.* praemittitur.

11. *ἕκαστος*] Codd. msti et editi *ἑκάστου*. Casus genitivus aperte finxit a sequenti *ἡμῶν*. Iam Gesnerus nominativum legi voluit. Maranus vero *ἑκάστου* censuit retinendum, quia *ἄνθρωπος* hoc loco i. q. *ψυχὴ* appelletur, ac proinde „*homo* uniuscuiusque nostrûm" sit „*anima* uniuscuiusque". Quamquam non potuit talem vocabuli *ἄνθρωπος* usum exemplis confirmare. In Arg. primum scriptum est *ἄνος*, sed *ος* erasum, ut *ἑκάστου ἡμῶν ἂν αὐτῷ γένοιτο* legatur. Bodl. 1 non *ἄνθρωπος* sed *ἄνθρωπον*. Pro *αὐτῷ* Bodl. 1. 2. Clar. Act. *αὐτῶν*, Morell. et Duc. mendose *αὐτοῦ*. Tum Lub. et Mon. *γένοιτο*.

12. *ἐλευσομένους*] Bodl. 1. 2 *ἐλευσομένου*.

ἐνταῦθα βίον βιώσεσθαι πεπείσμεθα, [13] κἂν ὑποπτεύειν ἐνῆν δουλεύοντας σαρκὶ καὶ αἵματι ἢ κέρδους ἢ ἐπιθυμίας ἐλάττους γενομένους ἁμαρτεῖν· [14] ἐπεὶ δὲ ἐφεστηκέναι μὲν οἷς ἐννοοῦμεν, οἷς λαλοῦμεν, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν Θεὸν οἴδαμεν, πάντα δὲ φῶς αὐτὸν ὄντα καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν ὁρᾶν, πεπείσμεθα τοῦ ἐνταῦθα ἀπαλλαγέντες βίου βίον ἕτερον βιώ- D
σεσθαι, ἀμείνονα ἢ κατὰ τὸν ἐνθάδε καὶ ἐπουράνιον, οὐκ ἐπίγειον (ὡς [15] ἂν μετὰ Θεοῦ καὶ σὺν Θεῷ ἀκλινεῖς καὶ ἀπαθεῖς τὴν ψυχήν, οὐχ ὡς σάρκες, κἂν ἔχωμεν, ἀλλ' ὡς οὐράνιον πνεῦμα, μενοῦμεν), [16] ἢ συγκαταπίπτοντες τοῖς λοιποῖς χείρονα καὶ διὰ πυρός· οὐ γὰρ [17] καὶ ἡμᾶς ὡς πρόβατα ἢ ὑποζύγια, πάρεργον καὶ ἵνα ἀπολοίμεθα καὶ ἀφανισθείημεν, ἔπλασεν ὁ Θεός. Ἐπὶ τούτοις οὐκ εἰκὸς ἡμᾶς ἐθελοκακεῖν, οὐδ' [18] αὐτοὺς τῷ μεγάλῳ παραδιδόναι κολασθησομένους δικαστῇ.

32. [1] Τοὺς μὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲν λογοποιεῖν περὶ ἡμῶν ἃ περὶ τῶν σφετέρων λέγουσι θεῶν· καὶ τὰ πάθη αὐτῶν δεικνύ- 36
ουσι μυστήρια. [2] Χρῆν δ' αὐτούς, εἰ δεινὸν τὸ ἐπ' ἀδείας καὶ

13. κἂν ὑ. ἐνῆν] Lindner. coniecit ὑποπτεύειν ἂν ἦν, neglecto κἂν. Corrupta ausus est emendare, anteaquam sana intellexit.

14. ἐπεὶ δὲ etc.] Pro οἷς ἐννοοῦμεν Bodl. 1. 2. Aet. ἐνομοῦμεν. Non οἴδαμεν Lub. sed οἶδα μὲν, Mon. οἶδα. Pro φῶς Lub. σαφῶς, syllabs σα punctis subnotata; idem τὰ, ante ἐν τῇ καρδίᾳ, omisit. Infin. ὁρᾶν in Bodl. 1. 2. Aet. desideratur. Tum pro ἀπαλλαγέντες Mon. ἀπαλλαγῆναι. Post βίον deest ἕτερον in Bodl. 1. 2. Aet. Pendet ὁρᾶν ab οἴδαμεν. Dechairio legendum potius videtur: καὶ πεπείσμεθα τοῦ ἐνταῦθα κτλ. Gesnero et Marano: ... ὁρᾶν πεπείσμεθα, καὶ (sc. πεπείσμεθα) τοῦ ἐνταῦθα κτλ. Omnes nempe incipiunt apodosin a verbis ἐπὶ τούτοις οὐκ εἰκὸς κτλ., proxime antecedentia οὐ γὰρ καὶ ἡμᾶς ad ἔπλασεν ὁ Θεός usque parenthesi includentes. Io. Alb. Fabricius (Hist. crit. de la rép. des lettres T. IX. p. 135) legit ἢ ἀμείνονα, quandoquidem sequatur ἢ χείρονα. Consideratius Lindner. prius ἢ mente supplevit. — Deus πάντα φῶς ὤν coll. c. 16. n. 6.

15. ἂν ... μενοῦμεν] Particula ἂν cum futuro indic. haud omnino inusitate dicitur. Epist. ad Diogn. c. 4: τίς ἂν ... ἡγήσεται τὸ δεῖγμα; Tatian. Or. ad Gr. c. 18: τοῖς κακοῖς ἂν ... καταχρήσονται. Adeas quos in libro De Ep. ad Diogn. (ed. 2) p. 103 laudavi. Lub. μετὰ τοῦ Θεοῦ. Bodl. 1. 2. Aet. τὴν ψυχὴν

terra hanc vitam nos victuros crederemus, tum forsan suspicari liceret nos, carni et sanguini inservientes, vel avaritia vel cupiditate victos peccare; sed quum iis quae cogitamus, quae loquimur, deum tum noctu tum interdiu adesse sciamus, eumque, quum totus lumen sit, ea etiam quae in cordibus nostris latent videre: persuasum habemus nos hac terrestri vita liberatos aliam vitam victuros esse, praestantiorem ista terrestri eamque coelestem, non terrenam (quippe quum apud deum et cum deo extra omnem immutationem et perpessionem animae, non ut caro, etsi carnem habituri sumus, sed ut coelestis spiritus, mansuri simus), vel collapsos cum caeteris deteriorem eamque in ignis supplicio; non enim deus quemadmodum pecora aut iumenta ita etiam nos finxit, perfunctorie et ut periremus et evanesceremus. Propter haec verisimile non est ut lubenter peccemus, nosque magno iudici tradamus puniendos.

32. Iam minime mirum [est] quod illi ea nobis affingunt quae dicunt de diis suis: quorum passiones mysteria efficiunt. Decebat autem ut, si licentiose et promiscue misceri damna-

praetermiserunt. „An pleonasmus hic est? an *μετὰ θεοῦ* simpliciter *apud deum* significat, *σὺν θεῷ* vero *deo adiuvante*?“ quaerit Gesnerus. Respondet Lindnerus: „Ego posterius crediderim.“

16. *ἢ*] Gesner. coniecit *οὐ* legendum. Sed, ut Dechair. iam monuit, illud *ἢ* praeferendum est. Tum Act. *καταπίπτοντες*, in marg. vero altera vox scripta est.

17. *καὶ ... ὡς*] = *ὡς πρ. κ. ὑπ. καὶ ἡμᾶς*. Cf. c. 15. n. 13. Sic inverso ordine dicebant *οὕτως ... ὡς*. Cf. Wahlii Clav. librr. V. T. apocryph. p. 506. Arg. supra ultimam vocis *πάρεργον* syllabam *α* exhibet, ut *πάρεργα* legatur. Significat illud adverbium *obiter* (nebenher, als ein Nebenwerk) sive ut hic *perfunctorie* (obenhin). Cf. Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 606. 612. Iustinus Apol. I. c. 43: *Οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα, οἷον δένδρα καὶ τετράποδα, μηδὲν δυνάμενα προαιρέσει πράττειν, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον*. Mox Arg. non *ἀπολοίμεθα* sed *ἀπολλώμεθα*.

18. *αὐτοὺς*] Ita codd. msti. Sed Gesner. Rechenb. Lindn. effecerunt *αὐτούς*. Cf. c. 2. n. 9.

1. *Τοὺς μὲν οὖν κτλ.*] Cf. c. 31. n. 1. Criminis Oedipodeorum concubituum Christianis afficti apud veteres causae christianae vindices saepe fit mentio. Cfr. inprimis Minucius Fel. Octav. cc. 9. 31.

2. *Χρῆν*] Lub. *χρὴ*, Bodl. 1. 2.

ἀδιαφόρως μίγνυσθαι κρίνειν ἔμελλον, [3]ἢ τὸν Δία μεμισηκέναι, ἐκ μητρὸς μὲν Ῥέας θυγατρὸς δὲ Κόρης πεπαιδοποιημένον, [4]γυναικὶ δ' ἰδίᾳ ἀδελφῇ χρώμενον, ἢ [5]τὸν τούτων ποιητὴν Ὀρφέα, ὅτι καὶ ἀνόσιον ὑπὲρ τὸν Θυέστην καὶ μιαρὸν ἐποίησε τὸν Δία· καὶ γὰρ [6]οὗτος τῇ θυγατρὶ κατὰ χρησμὸν ἐμίγη, βασιλεῦσαι Θέλων καὶ ἐκδικηθῆναι. [7]Ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀδιάφοροι εἶναι ἀπέ- B
χομεν, ὡς μηδὲ ἰδεῖν ἡμῖν πρὸς ἐπιθυμίαν ἐξεῖναι. [8]Ὁ γὰρ βλέπων, φησί, γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη μεμοίχευκεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Οἷς οὖν [9]μηδὲν τὸ πλέον ἔξεστιν ὁρᾶν ἢ ἐφ' ἃ ἔπλασεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ θεός, ἡμῖν φῶς αὐτοὺς εἶναι, καὶ οἷς τὸ ἰδεῖν ἡδέως μοιχεία, ἐφ' ἕτερα [10]τῶν ὀ-

Aet. et Ducaeus ἐχρῆν. Pro ἀδιαφόρως Bodl. 1 et Aet. ἀδιαφόρους. Mox Bodl. 1. 2 ἔμελλεν.

3. ἢ τὸν Δία ... πεπαιδοπ.] Cf. c. 20 ibique n. 18. Pro ἢ Bodl. 1. 2. Aet. καὶ. Voci Ῥέας Lub. τῆς praemittit. Scripsit Lobeckius (Aglaopham. T. I. p. 548) τὸν ἐκ μητρὸς ... παιδοποιησάμενον.

4. γυναικὶ ... χρώμενον] Haec omnia in Lub. exciderunt. Editi recte cum Bon. et Aet. γυναικὶ δ' ἰδίᾳ ἀδελφῇ. Etiam Par. 1. Arg. Mon. γυναικὶ ἰδί' ἀδελφῇ. Par. 2 et Ottob. 1. 2 γυναικὶ δ' ἀδελφῇ. Bodl. 1. 2. Clar. γυναικὶ καὶ ἀδελφῇ. Theophilus Ant. ad Autol. III. c. 3: τήν τε Ἥραν ἰδίαν ἀδελφὴν μὴ μόνον τὸν Δία γαμεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ στόματος ἀνάγνου ἀῤῥητοποιεῖν. C. 8: τὴν Ἥραν στόματι μιαρῷ συγγίνεσθαι τῷ Διΐ.

5. τὸν] Bodl. 2 τῶν.

6. οὗτος] Nempe Thyestes. Is deo cum filia sua (Pelopia) concubuit, quia oraculo monitus fuerat: quem ex hac filia sua procrearet Atrei fratris eum ulterem fore. Quod post evenit. Aegisthus enim ex hac filia illius ita natus Atreum interfecit; unde etiam factum est ut regnum amissum Thyestes recuperaret. In omnibus editionibus post ἐμίγη legitur sic: βασιλεὺς ἰθέλων καὶ Θυέστης ἐκδικηθῆναι. Sic codd. quoque mss; in plerisque tamen non post ἐμίγη, ut in editionibus, sed post βασιλεὺς commate interpungitur. Excipias Arg., qui veram lectionem βασιλεῦσαι θέλων καὶ ἐκδικηθῆναι indicat; nam is aperte habet: βασιλεῦσαι θέλων καὶ Θυέστης ἐκδικηθῆναι. Scholion in marg. Par. 1 a prima manu: κατὰ κοινοῦ τὸ ἐθέλων. Par. 2 in marg.: ἀπὸ (sic) κοινοῦ τὸ θέλων, quamquam in textu codicis ἐθέλων exstat. De forma huius verbi c. 1. n. 10 adeas; κατὰ κοινοῦ quid valeat dixi Tatian. Or. ad Gr. c. 1. n. 26. Inepta vero vox ista Θυέστης, uti iam Dechairius vidit, e margine, in qua aliquis

turi erant, vel Iovem odissent, qui ex Rhea matre et filia Proserpina liberos suscepit, et sua sorore usus est uxore, vel horum inventorem Orpheum, ut qui Iovem Thyeste ipso scelestiorem et contaminatiorem fecisset; etenim hic ex oraculo stuprum intulit filiae, quum regnare vellet et se ulcisci. Nos autem tantum absumus a promiscuis flagitiis, ut nobis ne adspicere quidem liceat ad concupiscendum. Nam *qui adspicit*, inquit [dominus noster], *mulierem ut eam concupiscat, iam moechatus est in corde suo*. Quibus igitur prorsus non ulterius spectare licet quam ea quorum gratia deus oculos formavit, nempe ut nobis lumen essent, quibusque, de ipsa cogitatione in iudicium vocandis, iucundior adspectus adulterium

ad pronomen οὗτος notaverat de Thyeste Athenagoram hic loqui, in ipsum textum obrepsit. Tales errores incuria librariorum natos quum alibi notavi tum c. 14. n. 10. Eamdem quam equidem proposui lectionem Maranus commendavit, nisi quod ἐθέλων pro θέλων scripsit. Priorem tantum commatii partem sanavit G. Canterus (Novv. lectt. lib. 7. c. 38): βασιλεῦσαι ἐθέλων καὶ θυέστης ἐκδικηθῆναι, alteram Dechairius: ... ἐμίγη βασιλεύς, ἐθέλων καὶ ἐκδικηθῆναι, — ita quidem, ut hic (debebat, quippe comma post βασιλεὺς collocans, scribere οὗτος ὁ βασιλεὺς) interpretaretur: „nam hic (Thyestes) oraculo monitus cum filia rem habuit, cumque rex esset et ut fratris factum ulcisceretur“ (?!); ille vero verba βασιλεῦσαι ἐθέλων ad Iovem referret: „Iovem regni obtinendi causa cum filia rem habuisse, Thyestem autem semet ulciscendi“: cui interpretationi plane obstant quae praecedunt: καὶ γὰρ οὗτος τῇ θυγ. κατὰ χρῆσμον ἐμίγη.

7. Ἡμεῖς δὲ] Respondet praegresso Τοὺς μὲν. Cf. c. 7. n. 3. Etiam Iustinus Apol. I. c. 15 coram imperatoribus fatetur Christianos praecipue id agere ut caste vivant. Tertullian. Apol. c. 46: Christianus „animo adversus libidinem caecus est.“ Cf. infra n. 11.

8. Ὁ ... αὐτοῦ] Matth. 5, 28. — Verbo μεμοίχευκεν Bodl. 1. 2. Aet. αὐτὴν addunt. Ex codd. mstis pro αὐτοῦ, quod est in editis, αὐτοῦ restitui.

9. μηδὲν τὸ πλέον] Sic codd. msti et editi, exceptis Arg. Bodl. 1. Clar. Aet., Maran. et Lindn.: qui in μηδὲν πλέον mutarunt. Articulus vero, cuius in locum Gesnerus τι substitui voluit, recte se habet: nam scriptor ad certum quiddam animum advertit, quod liceat spectare. Lub. non ἔκλασεν sed ἔκλασε (c. 1. n. 2).

10. τῶν ὀφθαλμῶν] Aet. τοῦ ὀφθαλμοῦ.

φθαλμῶν γεγονότων, [11] μέχρις ἐννοίας πριθησομένοις, πῶς [12] ἂν οὗτοι ἀκιστηθεῖεν σωφρονεῖν; Οὐ γὰρ πρὸς ἀνθρωπικοὺς νόμους ὁ λόγος ἡμῖν, οὓς ἄν τις γενόμενος πονηρὸς καὶ λάθοι C (ἐν ἀρχῇ δὲ ὑμῖν, [13] δεσπόται, θεοδίδακτον εἶναι τὸν καθ' ἡμᾶς λόγον ἐπιστούμην), ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν νόμος [14] ὃς δικαιοσύνης μέτρον ἐποίησεν αὐτοὺς καὶ τοὺς πέλας ἔχειν. [15] Διὰ τοῦτο καὶ καθ' ἡλικίαν τοὺς μὲν υἱοὺς καὶ θυγατέρας νοοῦμεν, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἔχομεν καὶ ἀδελφάς, καὶ [16] τοῖς προβεβηκόσι τὴν τῶν πατέρων καὶ μητέρων τιμὴν ἀπονέμομεν. [17] Οὓς οὖν ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ γένους νοοῦμεν ὀνόματα, [18] περὶ πολλοῦ ἡμῖν ἀνύβριστα καὶ ἀδιάφθορα αὐτῶν τὰ σώματα μένειν, πάλιν ἡμῖν λέγοντος [19] τοῦ λόγου· [20] Ἐάν τις διὰ τοῦτο ἐκ δευ- D

11. *μέχρις ἐννοίας*] Bodl. 1. 2 *μέχρις ἔννοιαν*. Theophil. l. c. III. c. 13: *Καὶ περὶ σεμνότητος οὐ μόνον διδάσκει ἡμᾶς ὁ ἅγιος λόγος τὸ μὴ ἁμαρτάνειν ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ μέχρις ἐννοίας*. Minuc. l. c. c. 31; „pudorem non facie sed mente praestemus."

12. *ἄν*] Abest a Bodl. 1. 2.

13. *δεσπόται*] Sic Arg., iuxta emendationem a prima manu factam. Sic etiam Morell. et Lindn. reposuerunt. (Duc. *ὦ δεσπόται*.) Idem commendarunt reliqui editores, quia Athenagoras ad utrumque imperatorem loquitur. Omnes msti et editi, iis exceptis quos ante memoravi, *δεσπότης* exhibent. Quid? Fortasse *δεσπόταις* legendum, quod eodem fere modo pronuntiatur. Ante *ὑμῖν* Par. 2 supra lineam *καὶ*. De sententia huius commatii interpositi cf. c. 11. p. 11 B.

14. *ὃς*] Arg. Bodl. 1. 2. Mon. *ᾗ*, Aet. *ἡ*. Sed in Arg. corrector *ὃς* ad marg. notavit. Mox pro *αὐτοὺς* (n. 8: c. 2. n. 9), quod in editis invenitur, ex msts *αὑτοὺς* (solus Mon. *αὐτοὺς*) textui inserui. Tum pro *καὶ* Gesnerus *πρὸς* coniecit legendum, idque Suffr. Petrus videtur probasse, dum interpretatur: „quae eam statuit iustitiae regulam ut eodem nobiscum loco habeamus proximos nostros." Attamen nihil vetat vulgatam lectionem retinere. Lindnerus *αὑτοὺς* inepte cepit = *ὡς αὑτούς*. Vox *δικαιοσύνης* eam significat conditionem qua quis talis est qualis debet esse. Cf. Iustin. De monarch. c. 5. n. 5. Formula *δικαιοσύνης μέτρον*, „vollkommene Rechtbeschaffenheit" (cf. Pape Lex. gr. s. v. *μέτρον* T. II. p. 154), dicta est respectu habito castitatis, quam scriptor Christianis vindicat (n. 1). Tertullianus Apol. c. 45: „Nos soli innocentes. Quid mirum, si necesse est? Enimvero necesse est. Innocentiam a deo edocti et perfecte eam novimus, ut a perfecto magistro revelatam, et fideliter custodimus, ut ab incontemptibili disceptore mandatam. Vobis autem humana aestimatio innocentiam tradidit, humana item dominatio imperavit; inde nec

est, quia oculi in alios usus instituti sunt: ii quomodo temperantes non credantur? Non enim nobis ratio est cum humanis legibus, quas improbus aliquis etiam lateat (vobis autem initio, domini, demonstrabam doctrinam nostram a deo traditam esse), sed nobis lex est quae effecit ut summam integritatem nos teneamus et proximi nostri. Ideo pro aetate alios filios et filias novimus, alios fratres et sorores habemus, et aetate provectiores patrum et matrum loco colimus. Quos igitur fratres et sorores caeterisque cognationis nominibus dicimus, maximae nobis curae est ut intaminata et incorrupta eorum corpora maneant, logo nobis iterum dicente: *Si quis*

plense nec adeo timendae estis disciplinae."

15. *Διὰ τοῦτο*] Bodl. 1. 2 *διὰ τοῦτον*.

16. *τοῖς προβεβηκόσι*] Scil. *τὴν ἡλικίαν*. Cf. Bretschneideri Lex. man. in librr. N. T. (ed. 3) p. 348 et Wahlii Clav. librr. V. T. apocr. p. 418. Verba *καὶ μητέρων* in Lub. exciderunt.

17. *Οὓς ... καὶ τὰ λοιπὰ*] Morell. *οὓς οὖν ἀδελφὰς καὶ τὰ λοιπὰ*, Duc. *οὓς οὖν ἀδελφοὺς καὶ τὰ λοιπὰ*. At in omnibus codd. mstis exstat ut supra in textu.

18. *περὶ πολλοῦ ἡμῖν*] Scil. *ἐστί*. Dicendi genus satis notum. Nos: „Es kommt uns viel darauf an dass die, welche wir unter Brüdern und Schwestern u. s. w. meinen, ihre Körper" etc. Respicit haud dubie Athenagoras profanam a Gentilibus contra Christianos prolatam interpretationem nominum fratris et sororis, quae Christiani sibi invicem imponere solebant. Minucius l. c. c. 9: „se promiscue appellant fratres et sorores." Nimirum in erotica Romanorum dictione frater et soror euphemistice audiebant qui stupri consuetudine coniuncti erant (= amator et amica). Cf. Kortholt De calumniis paganorum in vett. Christt. sparsis p. 168 sqq. — Voculam *καὶ* ante *ἀδιάφθ.* omisit Lub. Pro *αὐτῶν* Bodl. 1 *αὐτοῦ*.

19. *τοῦ λόγου*] Hac voce neque lex (S. Petr. et Dech.) neque religio christiana (Gesn., Liadn., Lardner *Glaubwürdigk. d. evang. Geschichte* P. II. Vol. I. p. 339, coll. I. H. Friedlieb *Schrift Tradition* etc. Vratisl. 1854, p. 268) neque scriptura (Maran.) significatur, sed, quum *πάλιν ἡμῖν λέγοντος* dicat, idem dominus noster, logos, cuius effatum aliquod (Matth. 5, 28) supra verbo *φησί* introduxit.

20. *Ἐάν τις κτλ.*] Videtur haec Athenagoras ex apocrypha aliqua scriptura deprompsisse. *Maranus.* Respici puto ad verba, quae in conventibus Christianorum sacris ex scripto, velut ex Agendis, praelegebantur, quibusque de iis instruebantur homines quae ad disciplinam externam, in iis conventibus observandam, spectabant. *Lindner* (Praef. p.

τέρου [21] καταφιλήσῃ, ὅτι ἤρεσεν αὐτῷ· καὶ ἐκφέροντος· Οὕτως οὖν ἀκριβώσασθαι [22] τὸ φίλημα μᾶλλον δὲ [23] τὸ προσκύνημα δεῖ, ὡς, εἴπου μικρὸν τῇ διανοίᾳ παρεθολωθείῃ, ἔξω ἡμᾶς τῆς αἰωνίου τιθέντος ζωῆς.

33. Ἐλπίδα οὖν ζωῆς αἰωνίου ἔχοντες, τῶν ἐν τούτῳ τῷ βίῳ καταφρονοῦμεν, μέχρι καὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἡδέων· γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν ἣν ἠγάγετο κατὰ τοὺς [1] ὑφ' ἡμῶν τεθειμένους νόμους νομίζων, καὶ ταύτην μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι. Ὡς 37 γὰρ ὁ γεωργὸς [2] καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα ἄμητον περι-

XIX). Nobis arridet sententia Lardneri [l. c.], qui verba haec ex antiquo scriptore christiano desumta esse putat, quem hac in re diligenter Iesu et apostolorum vestigia legisse Athenagoras hic indicet. *Clarisse* (De Athenag. vit. et scriptt. p. 82). Videntur haec petita esse ex quadam verborum Matth. 5, 29 explicatione, quae aut in apographum ev. Matthaei, quo usus est Athenagoras, irrepserant aut ab Athenagora ipso in commentario quodam inventa minus recte Christo ipsi attributa sunt. *Rud. Anger* (Synopsis evangg. Matth. Marc. Luc., Lips. 1852, p. 271). — Scripturae discrepantia huius loci fere nulla deprehenditur. Lub. ἐκ δευτέρου διὰ τοῦτο, verbis transpositis. Tum Par. 2 in marg. πρόσχνμα pro προσκύνημα. Denique Bodl. 1 et 2 τὴν (pro τῇ) διανοίᾳ.

21. καταφιλήσῃ] Scil. γυναῖκα, — ὅτι ἤρεσεν (ἐκείνη) αὐτῷ — supple ἁμαρτάνει.

22. τὸ φίλημα] Etsi osculum apud priscos Christianos signum esset amoris fraterni, tamen quidam eo abutentes gentilibus ansam praebuere calumniandi, ut ex Clementis Alex. Paedag. III. c. 11. §. 81 patet: τοῦτο ἐκκέκλικεν ὑκονοίας αἰσχρᾶς καὶ βλασφημίας, τὸ ἀνέδην χρῆσθαι τῷ φιλήματι, ὅπερ ἐχρῆν εἶναι μυστικόν.

23. τὸ προσκύνημα] Puto hic respexisse Athenagoram ad illum ritum, quo poenitentes volutabantur ad genua fratrum. Quare apud Tertullianum De poenit. c. 9 celebris illa phrasis occurrit *presbyteris advolvi et caris dei adgeniculari*. Hinc orta illa Gentilium adversus Christianos criminatio, de qua Minucius Felix in Octavio c. 28: „Etiam ille, qui de adoratis sacerdotis virilibus adversum nos fabulatur, tentat in nos conferre quae sua sunt.“ Itaque auctor operis, cuius verba hic ab Athenagora recitantur, de huiusmodi ritu fortasse accipiendus: „Summa scilicet cautione osculum adhibendum, magis autem adoratio“ (μᾶλλον δὲ τὸ προσκύνημα), sive adgeniculatio quae caris dei fieri solet, ut Tertulliani verbis utar. *Gallandius*. Adstipulatus est Friedliebius (l. c.). Equidem vero ista censeo argutius a Gallandio quam verius disputata esse neque ullo modo ad sententiarum nexum quadrare.

osculum propterea repetat, quod eo delectetur [, peccat]; et adiiciente: *Summa ergo cautione adhibendum est osculum vel potius salutatio, ut quae, si paullum cogitatione inquinetur, nos ab aeterna vita excludat.*

33. Quum ergo spem habeamus aeternae vitae, ea quae in hac vita versantur contemnimus, ipsas quoque animae oblectationes: uxorem quidem unusquisque nostrûm eam quam secundum leges a nobis positas duxit existimans, eamque ad liberorum dumtaxat procreationem. Quemadmodum enim agricola iactis in terram seminibus messem exspectat, non alia

Hîc quid vult adgeniculatio? Nota illa corrigentis formula *μᾶλλον δὲ (vel ut verius dicam:* c. 21. n. 12, Wyttenb. in Iulian. p. 223. ed. Schaef., Bornemann ad Xenoph. Cyrop. V. c. 4. §. 49, Herbst ad Xenoph. Mem. III. c. 13. §. 6) indicat osculum pro pia salutatione quadam habendum esse. *Προσκύνημα* est *salutatio* (Gesn.). *Προσκυνεῖ* enim, manu ad os admota osculans reverentiam alicui testor (Herod. III. 11, 18), interdum valet i. q. *saluto* (Sophoc. Phil. 530).

1. *ὑφ' ἡμῶν*] Maranus nullus dubitat quin legendum sit *ὑφ' ὑμῶν*. Haec mutatio Lindnero displicuit. „Tribus enim modis", is ait (in Cur. poster.), „nuptiae contrahebantur: confarreatione, coemtione et usu. Prior modus, qui sacrificio oblato per Pontificem Maximum et Flaminem Dialem fiebat, a Christianis observari salva religione non potuit. Idem statuo de iis nuptiis quae usu fiebant. Coemtione fieri quidem potuit. Sed Christianos tamen puto suas sibi leges et instituta habuisse. Neque obstant tabulae nuptiales, quae Tertulliano teste (Ad uxor. II. c. 3) secundum leges romanas fiebant, eo scilicet consilio, ut in iudicio essent validae." Cf. Rheinwald *Die kirchl. Archäologie* (Berol. 1830) §. 121 et Locherer *Lehrb. d. chr.-kirchl. Archäologie* (Francof. ad M. 1832) p. 169 sq. Ad verba *καὶ ταύτην* supple *γυναῖκα νομίζων*. Matrimonium a Christianis nullam aliam ob causam iniri ac prolis suscipiendae praeter alios testantur S. Iustinus Apol. I. c. 29: *Οὐκ ἐγαμοῦμεν εἰ μὴ παίδων ἀναγροφῇ*, et Tertullianus Apol. c. 9: „Ab omni post matrimonium excessu ... tuti sumus."

2. *καταβάλλων*] Lub. Mon. Aet. *καταβαλὼν*. Pro *περιμένει* Bodl. 1. 2. Aet. *μένει*. De accentu vocis *ἄμητος* accuratissime disputavit Spitzner. ad Il. exc. XXX. Aliter Clemens Alex. Paedag. II. c. 10. §. 10 illa comparatione utitur: *τοῖς γεγαμηκόσι σκοπὸς ἡ παιδοποιΐα, τέλος δὲ ἡ εὐτεκνία, καθάπερ καὶ τῷ γεωργῷ τῆς τῶν σπερμάτων καταβολῆς αἰτία μὲν ἡ τῆς τροφῆς προμήθεια, τέλος δὲ αὐτῷ τῆς γεωργίας ἡ τῶν καρπῶν συγκομιδή.*

μένει, οὐκ ἐπισπείρων, καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας ἡ παιδοποιΐα. [3] Εὕροις δ' ἂν πολλοὺς τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, κατεγηράσοντας ἀγάμους ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον [4] συνέσεσθαι τῷ θεῷ. Εἰ δὲ τὸ ἐν παρθενίᾳ καὶ [5] ἐν εὐνουχίᾳ μεῖναι μᾶλλον παρίστησι [6] τῷ θεῷ, τὸ δὲ μέχρις ἐννοίας καὶ ἐπιθυμίας ἐλθεῖν ἀπάγει, ὧν τὰς ἐννοίας φεύγομεν, πολὺ πρότερον τὰ ἔργα παραιτούμεθα. [7] Οὐ γὰρ μελέτῃ λόγων ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδα- B σκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα, [8] ἢ οἷός τις ἐτέχθη μένειν ἢ ἑφ' ἑνὶ γάμῳ· [9] ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπής ἐστι μοιχεία. [10] Ὃς γὰρ ἂν ἀπολύσῃ, φησί, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται, οὔτε [11] ἀπολύειν ἐπιτρέπων ἧς ἔπαυσέ τις τὴν παρθενίαν οὔτε ἐπιγαμεῖν. Ὁ γὰρ [12] ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῆς προτέρας γυναικός,

3. *Εὕροις δ' ἂν κτλ.*] Particula *δὲ* respondet praecedenti *γυναῖκα μὲν* etc. Multos utriusque sexus Christianos hac aetate exstitisse qui a pueritia ad summam senectutem servarent virginitatem illibatam, referunt etiam Iustinus l. c. c. 15 (n. 10), Origenes c. Cels. I. c. 26, Eusebius De laud. Constant. c. 17, Tertullianus l. c.: „Quidam multo securiores totam vim huius erroris virgine continentia depellunt, senes pueri.“ Ad uxor. I. c. 6: „Quot enim sunt qui statim a lavacro carnem suam obsignant?“ De cultu fem. II. c. 9: „Non enim et multi ita faciunt et se spadonatui obsignant propter regnum dei?“ Minucius Octav. c. 31: „Plerique inviolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius quam gloriantur, tantum denique abest incesti cupido ut nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio.“ Cf. Pitra Spicileg. Solesm. T. I (Par. 1852. 4°) p. 323.

4. *συνέσεσθαι*] Act. *συνέσθαι*, Bodl. 1. 2 *συνέσται*. Voces *τῷ θεῷ* ab his tribus sunt reiectae.

5. *ἐν*] Deest Lub. Bodl. 1. 2.

6. *τῷ θεῷ*] Haec in Act. desiderantur. Mox Bodl. 1. 2 *ἐπάγει* pro *ἀπάγει*.

7. *Οὐ . . . ἡμέτερα*] Cf. c. 11. n. 19.

8. *ἢ* etc.] Haec verba epexegetice ad ea quae antecedunt apposita sunt. Bodl. 1. 2. Act. *ἐν* pro *ἑφ'*. Bodl. 1. 2 *γαμήσει*, non *γάμῳ*.

9. *ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπὴς ἐστι μοιχεία*] Non solus Athenagoras de digamis iusto severius visus est iudicare. Consuli potest longa series eiusmodi testimoniorum apud Cotelerium ad Herm. Past. II [mand. 4. §. 4] p. 64 [ed. Par. et p. 91 Antwerp.; adde F. Chr. Baur *Die sogen. Pastoralbriefe*, Stuttg. 1835, p. 117 sqq.]. Non tamen praetermittendum quid sentiat Athenagoras, cum praesertim Tillemontius, quo viro nemo aequior, nemo ad vituperandum tardior, Athenagorae verbis adductus sit ut eum e Montanistis [de quorum circa matrimonium placitis cf. Schwegler *Der Montanismus* p. 58 sqq. 236 sq.] unum

superinliciens, ita nobis cupiditatis modus procreatio liberorum. Multos autem apud nos reperias, tum viros tum mulieres, qui caelibes consenescant quod sperent arctius se cum deo coniunctum iri. Quodsi in virginitate et in spadonatu manere magis deo coniungit, se dare vero cogitationi et cupiditati [ab illo] abducit: quorum cogitationes fugimus, eorum actiones multo magis aversamur. Non enim meditatione sermonum sed demonstratione et disciplina actionum res nostrae continentur, ut quisque vel qualis natus est maneat vel unicis in nuptiis; secundae enim decorum adulterium. *Quicumque* enim *dimiserit*, inquit, *uxorem suam et aliam duxerit, moechatur*, neque eam dimitti sinens, cuius virginitati finem aliquis imposuit, neque alteram duci. Nam qui se ipse priori uxore spoliat,

fuisse non affirmaret quidem sed tamen suspicaretur. Equidem satis causae esse non puto ut in hanc suspicionem vocetur. Nam 1°. cum monogamia maximo esset in pretio apud Christianos, secundae autem nuptiae, etsi non omnino inconcessae, aliqua tamen ignominia notarentur, digamis a sacra communione ad tempus remotis: quid mirum si monogamiam Athenagoras ut commune Christianorum institutum commendat? Similiter Theophilus Antiochenus ad Autol. III [c. 15]: Apud Christianos *μονογαμία τηρεῖται*. Et Minucius Felix [l. c.]: „Cupiditatem procreandi aut unam scimus aut nullam.“ 2°. Metaphora non carent hae voces *occultus est adulter*. Lenit enim asperiorem criminationem dum occultum vocat adulterium: ac secundas nuptias nulla lege interdictas fatetur, siquidem tunc manifestum esset vitium. Hanc igitur vim habet decorum illud et occultum adulterium ut digamus per quamdam metaphoram ac sensu quodam subtiliore et longius petito adulter sit, quia videlicet, ut addit Athenagoras, discedit ab ea matrimonii ratione, quam deus ab initio instituerat, unica uxore Adamo concessa. *Maranus.*

10. *Ὅς ... μοιχᾶται*] Matth. 19, 9. Verba *μὴ ἐπὶ πορνείᾳ* (Lachmann. *παρεκτὸς λόγου πορνείας*) omissa sunt. Pro *τ. γυν. αὐτοῦ* (sic codd. msti) editi *τ. γυν. αὑτοῦ* reflexive. Loco *γαμήσῃ* Bodl. 1 *γαμήσει*. Lub. *μοιχᾶται γαμήσας ἄλλην* pro *γαμήσῃ ἄ. μοιχᾶται.*

11. *ἀπολύσιν*] Bodl. 1 *ἀπολύσειν*. Pro *ἧς ἔκανσε* Bodl. 1. 2. Aet. *ἣν ἔκαισε*. Est *ἐπιγαμεῖν* uxore contra fas dimissa vel post mortem eius aliam ducere. Rössler: „Der Mann, meint Athenagoras, bleibt ein Ehebrecher, wenn er sich wieder verheirathet, weil nur ein Mann und ein Weib seien d. h. ein Mann nur ein Weib jemals haben soll.“

12. *ἀποστερῶν ἐ. τ. πρ. γυν.*] = *ἀπολύων τὴν προτέραν γυναῖ-*

καὶ εἰ τέθνηκε, μοιχός ἐστι παρακεκαλυμμένος, [13] παραβαίνων μὲν τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, [14] ὅτι ἐν ἀρχῇ ὁ Θεὸς ἕνα ἄνδρα ἔπλασε καὶ μίαν γυναῖκα, [15] λύων δὲ τὴν σαρκὸς πρὸς σάρκα κατὰ τὴν C ἕνωσιν πρόσμιξιν εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν.

34. [1] Ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι (ᾧ τί ἂν εἴποιμι τὰ ἀπόῤῥητα;) ἄ-

κα. Pro παρακεκαλυμμένος malit Stephanus παρακεκαλυμμένως adverbialiter, *occulta ratione*.

13. παραβαίνων] Bodl. 1. 2 παραμένων. Formula τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ indicat τὴν πλάσιν ἢ κτίσιν Θεοῦ. Paullo post (c. 34) χεῖρα καὶ γνώμην Θεοῦ nominat.

14. ὅτι ... γυναῖκα] Matth. 19, 4: ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς (Gen. 1, 27).

15. λύων κτλ.] Editi λύων δὲ τὴν σάρκα πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν πρὸς μίξιν (εἰς τὴν Duc. addit) τοῦ γένους κοινωνίαν. Sententiam ex his verbis quomodo extrudere possim, equidem haud scio. Dechairius interpretatus est: „et carnem a carne, cui coniuncta erat, separans, videlicet coitus gratiâ sexus coniunctionem.“ Gesnerus forte legendum censuit: λύων δὲ τὴν σάρκα κτλ. πρὸς μίξιν καὶ γένους κοινωνίαν. Sed ipse dubitat an dici possit λύειν τι πρός τι pro ἀπό τινος. Lindnero placuit: λύων δὲ τὴν (σάρκα πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν) πρὸς μίξιν τοῦ γένους κοινωνίαν. Quae parenthesis non est unius assis. Codd. msti offerunt eadem verba ista quae sunt in editis. Sed nonnulli excipiendi sunt. Etenim Par. 1. 2 (is supra lineam secunda manu) Arg. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. praepositionem εἰς agnoscunt ante τοῦ γένους κοινωνίαν. Ut autem nihil desit ad sensus integritatem, muta prius σάρκα in σαρκὸς (illud librario in calamum venit ob σάρκα quod sequitur) et ex duobus πρὸς μίξιν (vel μῖξιν potius) fac unum πρόσμιξιν (Athenagoras ΠΡΟΣΜΙΞΙΝ scripsit). Itaque redde scriptori certissima emendatione, quam Marano debemus, mutatione paene nulla: λύων δὲ τὴν σαρκὸς πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν (*secundum unionem*) πρόσμιξιν εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν. Matth. 19, 5: καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν (Gen. 2, 24). Cf. n. 14. „Sed“, ait Maranus, „molestum forte videbitur, quod Athenagoras iisdem utatur rationibus quibus Tertullianus catholicam sententiam impugnat in libro De monogamia. Revocat enim Tertullianus ad primam matrimonii institutionem c. 4. Profert etiam c. 9 latam a Christo legem advesus divortium. Sed saepe ex iisdem principiis diversae consecutiones eruuntur. Cum enim haec duo argumenta, de quibus diximus, tum multa alia Hieronymus ex libro Tertulliani De monogamia mutuatur in Epist. 91 (alias 11), non ut secundas nuptias, ut Tertullianus, prohibitas et impermissas sed ut propter intemperantiam concessas esse demonstret. Primam matrimonii institutionem pariter obiiciunt digamis auctor Constitt. apost. III. c. 2 et Clemens Alex. Strom. III. p. 461.“

1. Ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι κτλ.] Per

etiamsi mortua sit, occultus est adulter, tum quod manum dei transgrediatur, quoniam initio deus unum hominem finxit et unam mulierem, tum quod arctissimam carnis cum carne coniunctionem ad commiscendum genus colligatam dissolvat.

34. Sed tales quum simus (o quid proferam tacenda ?)

exclamationem ὦ τί ἂν εἴποιμι τὰ ἀπόῤῥητα in adversarios invehitur, quorum flagitiosissimas libidines Christianorum castitati opponit, eaque comparatione ceu opportunissima conclusione hanc confutationem claudit. Notandum autem hoc loco est proverbium ἡ πόρνη τὴν σώφρονα [sc. ἐλέγχει], h. e. *meretrix pudicam* videlicet *castigat* aut *libidinis arguit*, quod usurpatum antiquis videtur, quoties deterior aliquis praestantiorem reprehenderet et ea ipsa flagitia, quae in se ipsum vere quadrabant, alteri immerito exprobraret. Non dissimilis huic forma illa est qua dicitur „Sus Minervam." *Suffr. Petrus.* Pertinent huc quae Minucius Felix [c. 31] habet: „Haec potius de vestris gentibus nata sunt. Ius est apud Persas misceri cum matribus; Aegyptiis et Athenis cum sororibus legitima connubia; memoriae et tragoediae vestrae incestis gloriantur, quas vos libenter et legitis et auditis; sic et deos colitis incestos, cum matre, cum filia, cum sorore coniunctos. Merito igitur incestum penes vos saepe deprehenditur, semper admittitur." Adde Tertull. Apol. c. 9. *Rechenberg.* Prorsus aliter Rich. Rothe (De disciplinae arcani in eccles. christ. origine, Heidelb. 1841. 4°, p. 24) istam exclamationem interpretatus est, nempe de christianis mysteriis coram gentilibus alto silentio tegendis. „Manifestum est hasce calumnias (concubitus Oedipodeos et epulas Thyesteas) haud facilius et solidius potuisse dilui quam ingenua et accurata convivii dominici, quod insulsis istis criminationibus ansam dederat, descriptione. Nihilominus tamen Athenagoras hanc viam contemnit et in toto opere suo eucharistiam, immo omnia in universum quae ad cultum divinum Christianorum referuntur, taciturno calamo praeterit. Quid quod, dum hanc ipsam telam texit, lectoribus quasi per transennam innuit se in argumento versari profanis oculis obvelando, ex improviso haec verba effutiens ὦ τί ἂν εἴποιμι τὰ ἀπόῤῥητα ?" Contra disputavit Neander *Allg. Geschichte d. chr. Rel. u. Kirche* T. I (ed. 2. Hamb. 1842) p. 567; transtulit: „O was soll ich reden von dem, worüber man lieber schweigen sollte ?" Nondum loquitur Athenagoras de tertio crimine Christianis afficto, h. e. θυεστείων δείπνων: quod quidem inde originem duxit quod gentiles inepte interpretarentur agaparum, potissimum sacrae coenae, apud illos usum. Mox vero transitum parat; cf. infra n. 8. Crimen alterum, h. e. concubituum incestorum, cur maxime sit Christianis obiectum, c. 32. n. 18 dixi. — Pro ὦ Bodl. 1. 2. Aet. ὡς. Verba ἀκούομεν τ. τ. παροιμ. = de nobis valet quod in proverbio dicitur.

κούομεν τὰ τῆς παροιμίας Ἡ πόρνη τὴν σώφρονα. [2] Οἱ γὰρ ἀγορὰν στήσαντες πορνείας καὶ καταγωγὰς ἀθέσμους πεποιημένοι τοῖς νέοις πάσης αἰσχρᾶς ἡδονῆς [3] καὶ μηδὲ τῶν ἀρσένων φειδόμενοι, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὰ δεινὰ κατεργαζόμενοι, ὅσων σεμνότερα καὶ εὐειδέστερα σώματα παντοίως αὐτὰ ὑβρίζοντες, [4] ἀτιμοῦντες καὶ τὸ ποιητὸν τοῦ θεοῦ καλόν (οὐ γὰρ [5] αὐτοποίητον ἐπὶ γῆς τὸ κάλλος, ἀλλὰ ὑπὸ χειρὸς καὶ γνώμης πεμπόμενον D τοῦ θεοῦ), [6] οὗτοι δὲ ἃ συνίσασιν αὐτοῖς καὶ τοὺς σφετέρους λέγουσι θεούς, ἐπ' αὐτῶν ὡς σεμνὰ καὶ τῶν θεῶν αὐτὰ αὐχοῦντες, ταῦτα ἡμᾶς λοιδοροῦνται, κακίζοντες οἱ μοιχοὶ καὶ παιδεραστὰὶ τοὺς εὐνούχους καὶ μονογάμους, [7] οἱ δίκην ἰχθύων ζῶντες· [8] καὶ γὰρ οὗτοι καταπίνουσι τὸν ἐμπεσόντα, ἐλαύνοντες ὅ ἰσχυρότερος τὸν ἀσθενέστερον. Καὶ τοῦτό ἐστι σαρκῶν [9] ἅπτεσθαι ἀνθρωπικῶν, τὸ κειμένων νόμων, οὓς ὑμεῖς καὶ οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι πρὸς πᾶσαν δικαιοσύνην ἐξετάσαντες ἐθήκατε, παρὰ 38 τούτους [10] αὐτοὺς βιάζεσθαι, ὡς μηδὲ [11] τοὺς ὑφ' ὑμῶν κατα-

2. *Οἱ γὰρ ... ἡδονῆς*] Similia alii patres narrant: Iustin. Apol. I. c. 27. n. 3. — Pro *Οἱ* Bodl. 1. 2. Aet. *οὐ*.

3. *καὶ μηδὲ ... κατεργαζόμενοι*] Rom. 1, 27. „Athenagoras Paulum magis graece fecit scribentem." W. A. van Hengel Interpr. Ep. ad Rom. T. I (Sylv. Duc. 1855) p. 146. — Pro *ἀρσένων* Arg. *ἀρρένων*. Cf. c. 22. n. 26. Praepositio *ἐν* ante *ἄρσεσι* deest in Bodl. 1. 2. Aet.

4. *ἀτιμοῦντες*] Bodl. 1. 2. Aet. *ἀτιμοῦνται*, Par. 2 *ἀντιμῶνται*. — Lindner.: „*ποιητὸν τ. θ. καλόν*, bonum a deo auctore profectum. Intelligit pulchritudinem."

5. *αὐτοποίητον*] Bodl. 1 *αὐτὸ ποιητὸν*. Arg. *ἀλλ' ἀπὸ* pro *ἀλλὰ ὑπό*.

6. *οὗτοι*] Bodl. 1. 2 et Aet. *αὐτοί*. Pro *δὲ*, quod sequitur, Gesnerus *γε* scribendum putavit. Neutiquam muto. Illud, post participia collocatum, id quod infertur fortius exprimit. Est enim oppositio: *ἀγορὰν μὲν ἔστησαν κτλ., ἡμᾶς δὲ λοιδοροῦνται*. Pro *αὐτοῖς* (codd. mstf) legunt Gesner. Rechenb. Dechair. Lindn. *αὐτοῖς*. Cf. c. 2. n. 9. Mox Bodl. 1. 2. Aet. *θεοῖς* pro *θεούς*. Post *θεούς* non opus cum Dechairio *ποιεῖν* supplere. Repetas cogitatione *ἃ* ante *λέγουσι τοὺς σφετέρους θεούς*. Iustinus l. c.: *τὰ φανερῶς ὑμῖν πραττόμενα καὶ τιμώμενα κτλ.* (respicit ad incestos concubitus) *ἡμῖν προσγράφετε*.

7. *οἱ δίκην ἰχθύων ζῶντες*] Alludit ad versus Hesiodi Oper. 277 sq.: *Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς, Ἔσθειν ἀλλήλους* (sc. *νόμος ἐστίν*), *ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς*. Lindnerus censet post illa verba aliquid deesse, forsitan *τοὺς ἀγαθοὺς καὶ ἀνεξικάκους*, *et qui*

audimus quod in proverbio est *Meretrix pudicam*. Nam qui nundinas impudicitiae instituunt et infanda omnis turpitudinis diversoria adolescentibus proponunt et ne masculis quidem temperant, masculi in masculos horribilia patrantes, honestiora ac pulchriora quaeque corpora omnibus stupris violantes, dedecorantes etiam factam a deo venustatem (non enim venustas in terra sua sponte exoritur, sed dei manu et voluntate mittitur): hi tandem quae sibi consciverunt quaeque diis suis attribuunt, tamquam de praeclare factis ac deorum propriis gloriantes, ea nobis in convicii loco obiiciunt, sicque adulteri et puerorum amatores eunuchos et semel nuptos vituperant, et qui instar piscium vivunt; etenim hi obvium quemque devorant, et infirmum fortior insectatur. Atque hoc est carnibus humanis vesci: contra leges, a vobis et maioribus vestris ad omnem aequitatem descriptas, vim exercere: ita ut missi a vobis provinciarum praesides minime causis audien-

instar piscium vivunt vituperant homines bonos et iniuriarum patientes, idque propter ea quae sequuntur in fine capitis.

8. καὶ γὰρ ... εἶναι προέκειται] Transitus est, verbis οἱ δίκην ἰχθύων ζῶντες ad finem usque capitis, a secundo obiecto (n. 1) ad tertium (c. 35. n. 1); eodem enim calore, quo superiorem confutationem claudit, hanc orditur. Nam ut ibi (Οἱ γὰρ ἀγορὰν κτλ.) libidinem et impudicitiam, ita hic crudelitatem Christianis obiectam in adversarios retorquet. Oratio autem eo tendit ut adversariis odium apud imperatores conciliet, quos piscium more vivere et iustissimas imperatorum leges immanitate sua praevaricari dicit. — Arg. συμπεσόντα pro ἐμπεσόντα. Pronomen οὗτοι ad ἰχθύας respicit.

9. ἅπτεσθαι] Bodl. 1 ἅπτεται.

10. αὐτοὺς] Forte ἄλλους reponi debere Gesnerus putat. Rectius refert Lindnerus ad antegressum ἀνθρώπους, quod latet in ἀνθρωπικός, praeeunte Dechairio qui vertit: „hominibus istiusmodi vim inferre.“ „Das ist Fleisch von Menschen geniessen — ihnen (wie den Christen geschieht) Gewalt anthun.“ Suffr. Petrus αὐτοὺς arctissime cum τούτους consociavit reddendo: „praeter has ipsas“ (leges) vim et impressionem exercere, scil. in alios (Christianos). Cum sarcasmo loquitur scriptor. Pronomen οὗτος iunctum cum αὐτὸς intendit. Ita dicebant αὐτὸς οὗτος (De resurr. cc. 9. 11) et οὗτος αὐτὸς (c. 24. n. 4. De res. c. 3. n. 16) = *is ipse*, *eben* (gerade) *dieser*. Exempla huius dictionis praebent Lexica: coll. Wahlii Clav. librr. V. T. apocr. p. 80. 370.

11. τοὺς] Bodl. 1. 2 et Act.

πεμπομένους ἡγεμόνας τῶν ἐθνῶν ἐξαρκεῖν [12] ταῖς δίκαις, οἷς οὐδὲ παιομένοις μὴ παρέχειν ἑαυτοὺς οὐδὲ κακῶς ἀκούουσι μὴ εὐλογεῖν ἔξεστιν· [13] οὐ γὰρ ἀπαρκεῖ δίκαιον εἶναι (ἔστι δὲ [14] δικαιοσύνης ἴσα ἴσοις ἀμείβειν), ἀλλ' ἀγαθοῖς καὶ [15] ἀνεξικάκοις εἶναι πρόκειται.

35. [1] Τίς οὖν [2] εὖ φρονῶν εἴποι τοιούτους ὄντας ἡμᾶς ἀνδροφόνους εἶναι; Οὐ γὰρ ἔστι [3] πάσασθαι πρεῶν ἀνθρωπικῶν μὴ πρότερον ἀποκτείνασί τινα. Τὸ πρότερον οὖν ψευδόμενοι, [4] τὸ δεύτερον κἂν μέν τις αὐτοὺς [5] ἔρηται εἰ ἑωράκασιν ἃ λέγουσιν, [6] οὐδεὶς οὕτως ἀπηρυθριασμένος ὡς εἰπεῖν ἰδεῖν. Καίτοι καὶ δοῦλοί εἰσιν ἡμῖν, τοῖς μὲν καὶ πλείους τοῖς δὲ ἐλάττους, οὓς οὐκ ἔστι λαθεῖν· [7] ἀλλὰ καὶ τούτων οὐδεὶς καθ' ἡμῶν τὰ τηλικαῦτα οὐδὲ κατεψεύσατο. Οὓς γὰρ ἴσασιν οὐδ' ἰδεῖν [8] κἂν δικαίως φονευόμενον ὑπομένοντας, τούτων τίς ἂν κατείποι ἢ [9] ἀνδροφονίαν ἢ ἀνθρωποβορίαν; Τίς [10] οὐχὶ τῶν περὶ σπουδῆς τὰς δι' ὅπλων ἀγωνίας B

τὴν. Mox Bodl. 1 ἐξαρχεῖν pro ἐξαρκεῖν.

12. ταῖς δίκαις] Causis, quae contra eos aguntur quibus minime licet etc.

13. οὐ γὰρ] Par. 2. Bodl. 2. Aet. οὐδὲ. Bodl. 1. 2. ἐπαρκεῖ.

14. δικαιοσύνης] Sic ex Par. 1. 2. Bodl. 1. 2. Clar. pro vulg. δικαιοσύνη reposui.

15. ἀνεξικάκοις] Bodl. 1. 2. Aet. ἀλεξικάκοις. Christianorum proprium est illatam iniuriam patienter ferre. Consentaneum igitur non est eos homicidas esse.

1. Τίς οὖν κτλ.] Cf. c. 31. n. 1 et c. 34. n. 8. Criminis Thyestearum coenarum Christianis afficti apud priscos apologetas saepe fit mentio. Cfr. inprimis Minucius Fel. Octav. cc. 9. 30.

2. εὖ φρονῶν] Mon. εὐφρονῶν. De res. c. 12.

3. πάσασθαι] Par. 2. Arg. Bodl. 1. 2. Aet. σπάσασθαι.

4. τὸ δεύτερον] Gesnerus addendum censet ψεύδονται et vertit „Quemadmodum igitur primum ab iis falso dicitur, ita secundum quoque mendacium est.“ Hanc versionem caeteri editores, exceptis Marano et Lindnero, repetierunt. Ipse Dechairius punctum post τὸ δεύτερον collocat et verbis Κἂν μέν τις novam enuntiationem, immo vero novum caput (XXX), incipit. Maranus edidit ut supra in textu exhibui; Lindnerus sic: „Τὸ πρότερον οὖν ψευδόμενοι. Τὸ δεύτερον [h. e. κατὰ τὸ δεύτερον], κἂν μέν τις“ κτλ. — Τὸ πρότερον οὖν ψευδόμενοι, scil. Christianos esse homicidas. Ἃ λέγουσιν, infantes scilicet a Christianis vorari (Minuc. Fel. c. 9). Tertullianus Apol. c. 7: „Quis umquam taliter vagienti infanti supervenit? ... Si semper latemus, quando proditum est quod admitti-

dis sufficiant, eorum nempe, quibus neque quum verberantur fas est seipsos non [ad verbera] praebere neque quum male audiunt non benedicere; non enim satis est iustum esse (iustitiae autem est par pari referre), sed propositum est ut boni et patientes malorum simus.

35. Quis igitur sanae mentis homo nos, quum tales simus, homicidas esse dixerit? Non enim fieri potest ut carnes humanas degustemus qui non prius aliquem occiderimus. Dum autem alterum mentiuntur: si quis de altero eos interroget an viderint quae dictitant, nemo tam impudens [est] ut vidisse se dicat. Atqui et servi sunt nobis, aliis plures aliis paciores, quos latere non possumus: horum tamen nemo inventus est qui talia vel mentiretur de nobis. Quos enim sciunt ne iustae quidem caedis adspectum sustinere, quis eos accusaverit vel occisi hominis vel vorati? Quis gladiatorum et ferarum

mus?" Minucius l. c. c. 28: „Nec intelligebamus ab his fabulas istas semper ventilari, et numquam vel investigari vel probari."

5. *ἔρηται*] Bodl. 1. 2. Aet. *εἴρηται* (form. epic. et ion.).

6. *οὐδείς*] Arg. Lub. Bodl. 1. Mon. Aet. *οὐδείς ἐστιν*.

7. *ἀλλὰ καὶ τούτων ... κατεψεύσατο*] S. Iustinus in Apol. II. c. 12 testatur nonnullos Christianorum servos aut pueros aut mulierculas horrendis tormentis coactos fuisse fabulosa illa flagitia in Christianos fingere. „Forte non habebat in memoria Athenagoras quod apud Iustinum legitur" (Maran.), aut saltem fama illius facti ad ipsius aures non pervenit; neque una et altera exceptio abrogare solet regulam. At omnium vero oculos vehemens in se convertit persecutio quae hoc ipso anno quo scribebat Athenagoras, h. e. a. 177, ecclesiam Gallicanam afflixit, servis tormentorum metu Thyesteas coenas et Oedipodeos concubitus indicantibus, ut ex Epistola Gallorum (ap. Eusebium H. E. V. c. 1) discimus, qua curarunt ut mala sua omnibus orientis coetibus innotescerent. Paullo ante scripsit Athenagoras quam persecutio accidit. — Rechenb. *καθ' ὑμῶν* (pro *ἡμῶν*) mendose.

8. *κἂν*] Deest in Par. 2. Bodl. 2. Aet.

9. *ἀνδροφονίαν*] Bodl. 1. 2. Aet. *ἀνδροφονίας*. Mox iidem *ἀνθρωποβορίας*.

10. *οὐχί*] Mon. *οὐχ ἡ*. Lub. *οὐ* ·· Idem valet *τῶν περὶ σπουδῆς* ac *τῶν περισπουδάστων*. Gesner. coniicit *τίς οὐχ ὑμῶν περισπουδάστους τὰς κτλ*. Lindner. abundare dicit *τῶν* vel id pro *αὐτῶν* poni. Quid opus non corrupta emendare? Sive dicas *ἔχω τι* (= *τοῦτό μοί*

καὶ διὰ θηρίων, καὶ μάλιστα τὰς ὑφ' ὑμῶν ἀγομένας, ἔχει; Ἀλλ' C
ἡμεῖς, πλησίον εἶναι τὸ ἰδεῖν [11] τὸν φονευόμενον τοῦ ἀποκτεῖναι
νομίζοντες, ἀπηγορεύσαμεν [12] τὰς τοιαύτας θέας. Πῶς οὖν [13] μηδὲ
ὁρῶντες, ἵνα μὴ ἑαυτοῖς ἄγος καὶ μίασμα προστριψαίμεθα, φο-
νεύειν δυνάμεθα; [14] Καὶ οἳ τὰς τοῖς ἀμβλωθρεθίοις χρωμένας
ἀνδροφονεῖν τε καὶ λόγον ὑφέξειν [15] τῆς ἐξαμβλώσεως τῷ θεῷ
φαμεν, κατὰ ποῖον ἀνδροφονοῦμεν λόγον; [16] Οὐ γὰρ νοῦ αὐτοῦ
νομίζειν μὲν καὶ τὸ κατὰ γαστρὸς ζῷον εἶναι καὶ διὰ τοῦτο αὐ-
τοῦ μέλειν τῷ θεῷ, καὶ παρεληλυθότα εἰς τὸν βίον φονεύειν,
[17] καὶ μὴ ἐκτιθέναι μὲν τὸ γεννηθέν, ὡς τῶν ἐκτιθέντων τε- D
κνοκτονούντων, πάλιν δὲ τὸ τραφὲν ἀναιρεῖν· ἀλλ' ἐσμὲν πάντα
πανταχοῦ ὅμοιοι καὶ ἴσοι, [18] δουλεύοντες τῷ λόγῳ καὶ οὐκ ἄρχον-
τες αὐτοῦ.

36. Τίς [1] ἂν οὖν ἀνάστασιν πεπιστευκὼς ἐπὶ σώμασιν ἀνα-
στησομένοις ἑαυτὸν παράσχοι τάφον; Οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν καὶ
ἀναστήσεσθαι ἡμῶν πεπεῖσθαι τὰ σώματα καὶ ἐσθίειν αὐτὰ ὡς
οὐκ ἀναστησόμενα, καὶ ἀποδώσειν μὲν νομίζειν τὴν γῆν τοὺς 39
ἰδίους νεκρούς, οὓς δέ τις [2] αὐτὸς ἐγκατέθαψεν αὐτῷ μήτε ἀπαι-
τηθήσεσθαι. [3] Τοὐναντίον μὲν οὖν εἰκὸς τοὺς μὲν [4] μήτε λόγον
ὑφέξειν τοῦ ἐντεῦθα ἢ πονηροῦ ἢ χρηστοῦ βίου μήτε ἀνάστασιν

ἐστι) περισπούδαστον sive τῶν περισπουδάστων, perinde est.

11. τὸν φον.] Ita Par. 1 et Mon., item Maran. Caeteri τὸ φον. Rem quod attinet audias Tertullian. De spectac. c. 24: „Hinc vel maxime intelligunt factum Christianum de repudio spectaculorum.“ Adde Apolog. c. 38, Theophil. ad Autol. III. c. 15, Prudent. in Symmach. I. 379 sqq.

12. τὰς] Abest a Bodl. 2.

13. μηδὲ ὁρ.] Arg. et Ducaeus οἱ μηδὲ ὁρ. Pro ἄγος (attic.) vulgo ἅγος (ion.).

14. Καὶ] Arg. εἰ.

15. τῆς] Deest Bodl. 2. De re cf. Minuc. l. c. c. 30. §. 2.

16. Οὐ γὰρ] Bodl. 1. 2. Aet. δὲ οὐκ. Paullo post Arg. Bodl. 1. 2 μέλλειν, non μέλειν. Tum Mon. προεληλυθότα. Bodl. 1. 2 ἐκ τὸν β. Partic. καὶ ante παρεληλ. respondet praecedenti μέν.

17. καὶ μὴ ἐκτιθέναι μ. τ. γεννηθέν] Vide quae observavimus in libro De Epist. ad Diognetum (ed. 2) p. 106. Pro μὲν Bodl. 1. 2 et Aet. μετὰ.

18. δουλεύοντες etc.] Haec recte ita vertunt: leges a ratione accipimus, non ipsi praescribimus, h. e. ad rationis normam nos accommodamus, nunquam illi adversamur. *Lindner.* Lub. habet δ. τ. λ. καὶ οὐκ ἀρνοῦντες αὐτόν. Sic etiam Petr.,

ludos, praesertim si a vobis dentur, non in iis ducat quae summo studio dignantur? Nos autem, quum homicidium spectare paene idem esse arbitremur ac perpetrare, nuntium his spectaculis remisimus. Caedem igitur quomodo perpetrare possimus, qui eam ne spectandam quidem ducimus, ne piaculum et scelus nobis impingamus? Et qui mulieres illas quae medicamentis ad abortum utuntur homicidas esse et rationem huius abortus deo reddituras dicimus, quomodo hominem occideremus? Non enim eiusdem est foetum in utero animal esse et ideo deo curae esse existimare, et editum in lucem occidere: item infantem non exponere, quia infanticidae sunt qui exponunt, rursus autem enutritum interficere; sed semper in omnibus iidem et aequales sumus, rationi servientes neque ei imperantes.

36. Quis est igitur qui, quum resurrectionem credat, resurrecturis corporibus sepulcrum se ipsum praebeat? Non enim eorumdem est et certo tenere corpora nostra resurrectura et ipsa ut non resurrectura comedere, ac terram quidem proprios mortuos redditurum existimare, quos autem quis in se sepelierit eos a se non repetitum iri. Contra itaque qui nec rationem se huius vitae seu bene seu male actae

nisi quod τῷ θείῳ λόγῳ (*divino logo*) pro τῷ λόγῳ habet. Illam lectionem Mon. quoque indicat: δ. τ. λ. καὶ οὐκ αρτες αυτου (sic). Inde in Bodl. 1. 2. Clar. Aet. ortum est δ. τ. λ. καὶ οὐκ κρατοῦντες αὐτοῦ. Cf. De res. c. 24. p. 67 B.

1. ἄν] Deest Bodl. 1. 2. Constat praepositionem ἐπὶ seq. dat. interdum referri ad rationem (personae seu rei alicuius) ad aliquem vel ad aliquid: *quod attinet ad, in Bezug auf* (c. 22. n. 45). Bodl. 1. 2. Aet. ἑαυτοῦ pro ἑαυτὸν. Arg. τάφῳ pro τάφον.

2. αὐτός] Bodl. 1 et Aet. αὐτῶν. Pro αὐτῷ, quod sequitur, Bodl. 1. 2. Mon. Aet. Bon. et editi (excepto Maraniano) offerunt αὐτῷ. Auctor non reflexive loquitur; cf. c. 2. n. 9.

3. Τοὐναντίον μὲν οὖν κτλ.] Hoc argumentum christianae innocentiae ex superiori dependet; colligit ex antecedentibus ad consequens per antithesin in adversarios longe procliviorem esse parricidii suspicionem quam in Christianos, quum illi post mortem nihil mali metuant, Christiani exspectent vel aeternas poenas vel aeternum gaudium.

4. μήτε] Par. 1 (is vero secunda manu) Arg. Bodl. 1. 2. Aet. μή. In Lub. et Mon. μήτε deest.

εἶναι οἰομένους, συναπόλλυσθαι δὲ τῷ σώματι καὶ τὴν ψυχὴν καὶ οἷον ἐναποσβέννυσθαι λογιζομένους, μηδενὸς ἂν ἀποσχέσθαι τολμήματος· τοὺς δὲ μηδὲν ἀνεξέταστον ἔσεσθαι παρὰ τῷ θεῷ, συγκολασθήσεσθαι δὲ καὶ τὸ ὑπουργῆσαν σῶμα ταῖς ἀλόγοις ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς καὶ ἐπιθυμίαις πεπεισμένους, οὐδεὶς λόγος ἔχει οὐδὲ τῶν βραχυτάτων τι ἁμαρτεῖν. [5]Εἰ δέ τῳ λῆρος πολὺς δοκεῖ, B τὸ σαπὲν καὶ διαλυθὲν καὶ ἀφανισθὲν σῶμα συστῆναι πάλιν, ἀπίστου μὲν οὐκ ἂν εἰκότως δόξαν ἀποφεροίμεθα διὰ τοὺς οὐ πιστεύοντας ἀλλ' εὐηθείας· οἷς γὰρ ἀπατῶμεν [6]ἑαυτοὺς λόγοις ἀδικοῦμεν οὐδένα. [7]Ὅτι μέντοι οὐ καθ' ἡμᾶς μόνον ἀναστήσεται τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ κατὰ πολλοὺς τῶν φιλοσόφων, [8]περίεργον ἐπὶ τοῦ παρόντος δεικνύειν, ἵνα μὴ ἐξαγωνίους τοῖς προκειμένοις ἐπεισάγειν δοκῶμεν λόγους, [9]ἢ περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν καὶ τῆς τούτων συστάσεως λέγοντες, ἢ ὅτι πρεσβύτερα τὰ ἀσώματα τῶν σωμάτων καὶ τὰ νοητὰ προάγει τῶν αἰσθητῶν, C [10]κἂν πρώτοις περιπίπτωμεν τοῖς αἰσθητοῖς, συνισταμένων ἐκ μὲν τῶν ἀσωμάτων κατὰ τὴν ἐπισύνθεσιν τῶν νοητῶν [11]σωμάτων, ἐκ δὲ τῶν νοητῶν τῶν αἰσθητῶν· οὐ γὰρ κωλύει [12]κατὰ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Πλάτωνα, γενομένης τῆς διαλύσεως τῶν σωμάτων, ἐξ ὧν τὴν ἀρχὴν συνέστη ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐτὰ καὶ πάλιν συστῆναι. Ἀλλ' ἀνακείσθω μὲν ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος.

5. *Εἰ δέ τῳ κτλ.*] Est ἀνθροποφορά, qua eorum cachinnis occurrit qui resurrectionis mysterium veluti frivolum quoddam et anile commentum eludebant. Lactantius Instit. div. V. c. 12: „Si vobis sapientes videmur, imitamini; si stulti, contemnite aut etiam ridete, si libet: nobis enim stultitia nostra prodest."

6. *ἑαυτοὺς*] Desideratur in Mon.

7. *Ὅτι μέντοι κτλ.*] De philosophis idem disputantibus uberior est Iustinus Mart. De resurr. c. 6. Cf. ibi n. 22.

8. *περίεργον*] Bodl. 1. 2 περιέργως.

9. *ἢ*] Optimam lectionem Gesnerus prava emendatione οἱ attentavit.

10. *κἂν*] Bodl. 1. 2. Aet. καὶ. In Mon. verba *τῶν αἰσθητῶν καὶ πρώτοις περιπ. τ. αἰσθητοῖς*, in textu omissa, a correctoris manu in marg. habentur.

11. *σωμάτων, ἐκ δὲ τῶν νοητῶν*] Haec desunt in Lub.; in Mon. tantummodo *σωμάτων* excidit. Caeteri codd. msti atque editi omittunt verba *τῶν αἰσθητῶν* post *ἐκ δὲ τῶν νοητῶν*. Vidit Suffr. Petrus ista

redditurus nec futuram resurrectionem esse putant, sed cum corpore animam interire et quodammodo exstingui opinantur, eos verisimile est nulli facinori temperaturos; qui vero nihil omnino apud deum examini subtractum iri, ac corpus cum anima cuius motibus a ratione alienis et cupiditatibus ministravit punitum iri persuasum habent, eos ne levissimum quidem peccatum admissuros consentaneum est. Si cui autem merae nugae videntur, putrefactum et dissolutum et prorsus in nihilum redactum corpus iterum coalescere, non sane merito improbitatis opinionem propter eos qui non credunt referamus sed stultitiae; quibus enim rationibus nos decipimus iis neminem laedimus. Caeterum non nos solum corpora resurrectura censere, sed multis etiam philosophis idem videri, supervacaneum est impraesentiarum demonstrare, ne propositae orationi alienas inserere disputationes videamur, sive de iis quae mente et de iis quae sensu percipiuntur ac de eorum constitutione, sive hoc disserentes, incorporea esse antiquiora corporibus et ea quae sensu percipiuntur, licet prima nobis occurrant, iis quae mente percipiuntur esse posteriora, quippe quum ex incorporeis, per cumulatam coniunctionem insensibilium, constent corpora, et ex iis quae mente percipiuntur ea quae sensu; nihil enim prohibet secundum Pythagoram et Platonem quominus, factâ corporum dissolutione, quibus ex rebus primo coaluerant ex iisdem eadem rursus coagmententur. Sed supersedeamus hac de resurrectione disputatione.

flagitante sententia esse adiicienda. Repetita syllaba —τῶν effecit ut a scriba praetermitterentur. Fortasse, id quod Maranus commendavit, ut sibi Athenagoras constet in instituta divisione, legendum: *συνισταμένων ἐκ μὲν τῶν ἀσωμάτων, κατὰ τὴν ἐπισύνθεσιν, τῶν σωμάτων, ἐκ δὲ τῶν νοητῶν τῶν αἰσθητῶν.* Aliorum coniectationes reprobo. Nimirum Gesnerus pro vulg. *ἐκ δὲ τῶν νοητῶν οὐ γὰρ κωλύει* legi voluit: *ἐκ δὲ τῶν νοητῶν οὐδὲν κωλύει*, Lindnerus autem deleri maluit vel *δὲ* vel *γὰρ* vel mutari *οὐ γὰρ* in *οὐδὲν*.

12. *κατὰ τὸν Πυθ. κ. τὸν Πλ.*] Platonis de hac re verba sunt in Timaeo; Pythagorae vero scripta ad nos non pervenerunt, quare ab aliis eius sectatoribus petenda sunt. *Suffr. Petrus.*

37. Τμεῖς δέ, ὦ πάντα ἐν πᾶσι φύσει καὶ [1]παιδείᾳ χρηστοὶ καὶ μέτριοι καὶ φιλάνθρωποι καὶ τῆς βασιλείας ἄξιοι, διαλελυμένῳ μὲν τὰ ἐγκλήματα, ἐπιδεδειχότι δὲ ὅτι καὶ θεοσεβεῖς καὶ ἐπιεικεῖς καὶ [2]τὰς ψυχὰς κεκολασμένοι, τὴν βασιλικὴν κεφαλὴν ἐπινεύσατε. Τίνες γὰρ καὶ δικαιότεροι ὧν δέονται τυχεῖν, ἢ οἵτινες περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς [3]τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα ἵνα [4]παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον [5]διαδέχησθε τὴν βασιλείαν, [6]αὔξην δὲ καὶ ἐπίδοσιν καὶ ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων [7]ὑποχειρίων γινομένων, λαμβάνῃ; Τοῦτο δ' ἐστὶ καὶ πρὸς [8]ἡμῶν, [9]ὅπως ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγοιμεν, αὐτοὶ δὲ πάντα τὰ [10]κεκελευσμένα προθύμως ὑπηρετοῖμεν.

1. παιδείᾳ] Lub. παιδίᾳ.

2. τὰς] Morell. et Maran. errore omiserunt.

3. τῆς] Deest in Mon. et Lub.; in illo correctoris manus inseruit.

4. παῖς] Mon. πᾶς, sed genuina lectio a manu recentiori supra lineam scripta est. Mox κατὰ ante τὸ δικ. in Arg. desideratur.

5. διαδέχησθε] Bodl. 1. 2 διαδέχεισθε. Male διαδέχηται Gesnerus coniecit legendum esse: „ut filius in regno olim parenti succedat.“ Velim consulas Prolegg. p. LXXI sq.

6. αὔξην] Sic codd. msti, Bodl. 2 et Aet. exceptis qui (ut Bodl. 1 in marg.) usitatius αὔξησιν praebent. Genuinam lectionem αὔξην servarunt Gesnerus eiusque pedisequus Rechenbergius; caeteri cum Ducaeo et Morello αὔξησιν textui inseruerunt. De voce αὔξη, *incrementum* (Plat. Tim. p. 44 B. al.), doctissimus I. G. Krabingerus (in collatione codicis Mon. mihi missa) consulendos dicit Thom. Mag. Eclog. vocc. Atticc. p. 10, 15 ed. Ritsch., Ast. ad Plat. Polit. p. 554 et Legg. p. 146, Valckenar. Adnotatt. ad Thom. Mag. p. 151 sq., Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 584 sq. Redundare καὶ ante ἡ ἀρχὴ Gesnero, Rechenbergio et Lindnero videtur. Sed alia est ratio huius particulae, hic quippe ἐπιτατικῶς (*etiam*) usurpatae. — Tertullianus ad Scapul. c. 2: „Christianus ... necesse est ut et ipsum (imperatorem) salvum velit

37. Vos autem, o qui omnino in omnibus rebus naturâ et doctrinâ boni et moderati et humani et imperio digni estis, iam mihi, postquam criminationes dissolvi, ac nostram in deum pietatem et mansuetudinem et animae temperantiam demonstravi, regio capite adnuite. Quinam enim digniores qui ea quae petunt impetrent, quam qui pro imperio vestro precamur ut filius a patre, prout aequissimum est, regnum accipiatis, atque incrementis et accessionibus etiam imperium vestrum, omnibus ditioni vestrae subiectis, augeatur? Id autem et nostrae est utilitati, ut placatam et quietam vitam transigamus, et imperata omnia alacres ministremus.

cum toto romano imperio." Apol. c. 30: „Precantes sumus semper pro omnibus imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam" etc. Prudent. Peristeph. X. 417 — 420.

7. *ὑποχειρίων*] Sic aperte codd. msti: excipias Bodl. 1. 2. Clar. Aet. Bon. qui *ὑποχειρῶν* exhibent. Sed Gesner. substituit *ἐπιχειρίων*, cum eoque Morell. Rechenberg. et (errore typographico) Dechair. faciunt; Duc. Maran. Lindner. recte *ὑποχειρίων*. Ex vulg. *γιγνομένων* (Par. 2. Arg. Lub. Bodl. 2. Mon. Bon.) effeci (reliquis codd. mstis fretus) *γινομένων*. Cf. c. 6. n. 19.

8. *ἡμῶν*] Ita codd. msti, praeter Bon. (*ὑμῶν*) et Aet. (*ἡμᾶς*). Editores *ὑμῶν*, exceptis Ducaeo Marano Lindnero qui recte *ἡμῶν* restituerunt. Christianos Athenagoras, ut ostendat quantum imperatorum causa cupiant, dicit in prosperis imperatorum rebus et in publicis commodis sua etiam commoda invenire.

9. *ὅπως ἤρ. κ. ἡσ. βίον διάγοιμεν*] 1 Timoth. 2, 2.

10. *κεκελευσμένα*] Lub. *κελευόμενα*. Sic etiam Arg. supra lineam. Iidem duo codd. mox *ὑπερετοῖμεν*, sed Arg. supra lineam *ὑπηρετοίημεν*.

ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ
[1] ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΝΕΚΡΩΝ.

1. [2] Παντὶ δόγματι καὶ λόγῳ τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας ἐχο- 40
μένῳ παραφύεταί τι φεῦδος· [3] παραφύεται δὲ οὐκ ἐξ ὑποκει- B
μένης τινὸς ἀρχῆς κατὰ φύσιν ὁρμώμενον [4] ἢ τῆς κατ' αὐτὸ ὅπερ
ἐστὶν ἕκαστον αἰτίας, ἀλλ' ἐκ τῶν τὴν ἔκθεσιν σκοράν ἐκ C
[5] διαφθορᾷ τῆς ἀληθείας τετιμηκότων σκουδαζόμενον. [6] Τοῦτο

1. *ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΝΕΚΡΩΝ*] Ita ex Parisino 1 et Ottoboniano (N. 94) reposui. Argentoratensis *περὶ ἀναστάσεως*, absque vocabulo *νεκρῶν*. Parisinus 3, in quo titulus non praefixus est, habet in marg. *περὶ ἀναστάσεως*. Caeteri codices msti (Parisinus 2, Claromontani 1. 2, Aetonensis, Bigotianus, Florentini 1. 2) pariter atque editores omnes (Nannius, Gesnerus-Stephanus, Morellus, Ducaeus, Fellus, Rechenbergius, Dechairius, Maranus) legunt *περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν*. Sed illa lectio, antiquissimo Parisino firmata (coll. Acct. apost. 23, 6. 24, 15. 21. 26, 23), magis concinna est ideoque etiam Carolo Benedicto Hase, doctissimo mstorum Bibliothecae Parisinae conservatori, cuius sententiam super ea percontatus sum, in literis ad me datis probata. Pari modo, ex coniectura omisso *τῶν* articulo, egregium hunc Athenagorae librum G. A. Teller (Fides dogm. de resurrect. carnis, Hal. et Helmst. 1766, p. 91) et C. A. Credner (*Beiträge z. Einleit. in d. bibl. Schriften* T. I, Hal. 1832, p. 54) citaverunt.

2. *Παντὶ δόγματι ... σκουδαζόμενον*] Scholion in marg. Par. 1 (manu saeculi fortasse undecimi) et 2 (prima manu): *Ὅτι* [Dechairius *Τῷ* contra codd. mstos: illud *Ὅτι* est eius qui locum summatim refert] *παντὶ δόγματι καὶ λόγῳ ἀληθείας ἐχομένῳ παρυφίσταταί τι φεῦδος, οὐκ ἐκ φυσικῆς αἰτίας ὁρμώμενον, ἀλλ' ἐξ ἀθέσμου τῆς ἀληθείας διαφθορᾶς* [Dech. *διαφορᾶς* contra codd.] *τῶν τὸ φεῦδος τετιμηκότων, ἐκ κακοσχολῶν καὶ συκοφαντεῖν ἄκαν ἀγαθὸν καὶ θεῖον ἐσκουδακότων*. Cf. Supplic. p. Chr. c. 31. n. 5. Dechair. laudavit Cicer. De nat. deor. I. c. 5: „Non enim sumus ii quibus nihil verum esse videatur, sed ii qui omnibus veris falsa quaedam adiuncta esse dicamus, tanta similitudine, ut in iis nulla insit certa iudicandi et assen-

ATHENAGORAE
ATHENIENSIS PHILOSOPHI CHRISTIANI
DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

1. Omni sententiae et doctrinae quae cum rerum veritate consentit adnascitur aliquid mendacii; adnascitur autem non ex subiecto aliquo principio secundum naturam productum aut ex propria cuiusque rei causa, sed ab iis qui adulterinum semen ad corruptionem veritatis cordi habent de industria excogitatum. Id autem licet deprehendere primo quitiendi nota." — Lectionem *ἐν τοῖς οὖσιν* Maranus ex Big. reposuit. Priores editores, ut est in reliquis codd. mstis, *ἐν τούτοις* exhibuere. Ms. Vall. *veritatem in sese admittenti*. „His vocibus *ἐν τοῖς οὖσιν* indicat Athenagoras veritatem certis rebus ac principiis constare, idque opponit iis quae mox de mendacio pronuntiat, nempe nullo illud subiecto principio niti, nulla naturali causa contineri" (Maran.). Falsa ista lectione *ἐν τούτοις* S. G. Lange (*Ausf. Geschichte d. Dogmen* T. I. p. 203) in errorem inductus putavit illud scholion esse genuinum libri De resurrectione initium: quam opinionem perversam iam Clarisse (De Athenag. vit. et scriptt. p. 26) reprobavit. Deest in Arg. *τι* ante *ψεῦδος*.

3. *παραφύεται*] Clar. 2 *παραφύσεται*, sed ab alia manu *σ* deletum est.

4. *ἢ*] Sic Duc. et Maran. ediderunt; caeteri editt. *ἡ* vitiose.

5. *διαφθορᾷ*] Par. 3 et Clar. 2 *διαφορᾷ*. — Rechenberg. protulit Clement. Alex. Strom. V. c. 3. §. 18: „*τοῖς μὲν γὰρ κακοῖς τοῦτο σύνηθες*," *φησὶν ὁ Ἐμπεδοκλῆς*, „*τὸ ἐθέλειν κρατεῖν τῶν ἀληθῶν διὰ τοῦ ἀπιστεῖν*." Itaque *τεθολωμένῃ καρδίᾳ*, ut Basilius Homil. in Ps. 39 loquitur, in veritatis considerationem incumbunt.

6. *Τοῦτο δ' ἔστιν*] Editi *τ. δέ ἐστιν*. Aet. *τοῦτον ἐστὶν*. De sententia cf. Supplic. c. 7 (n. 8). Lactantius Inst. div. V. c. 3: „Philosophorum doctissimi, Plato et Aristoteles et Epicurus et Zeno, ipsi sibi repugnantia et contraria dixerunt. Haec est enim mendaciorum natura, ut cohaerere non possint." Clemens l. c. I. c. 13. §. 57: *Τὸ γὰρ ψεῦδος μυρίας ἐκτροπὰς ἔχει, καθάπερ αἱ Βάκχαι τὰ τοῦ Πενθέως διαφορήσασαι μέλη.*

δ' ἔστιν εὑρεῖν πρῶτον μὲν ἐκ τῶν πάλαι παῖς περὶ τούτων φρονίσεων ἐσχηκότων καὶ τῆς ἐκείνων πρός τε τοὺς ἑαυτῶν πατέρας καὶ τοὺς ὁμοχρόνους γενομένης διαφορᾶς, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν [7]ἐν μέσῳ συμφερομένων ταραχῆς. Οὐδὲν γὰρ τῶν ἀληθῶν οἱ τοσοῦτοι παῖδες ἐστοχάσαντο, οὐ τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ, οὐ [8]τὴν γνῶσιν, οὐ τὴν ἐνέργειαν, οὐ τὰ τούτοις ἑπόμενα καθ' ἑκάστην ἑπόμενα καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας [9]ἡμῖν ὑποτιθέμενα λόγον. Ἀλλ' οἱ μὲν πάντη καὶ παθόντες ἀπογινώσκουσι τὴν περὶ τούτων ἀλήθειαν, οἱ δὲ πρὸς τὸ δοκοῦν [10]αὐτοῖς διαστρέφουσιν, οἱ δὲ καὶ περὶ τῶν ἐμφανῶν ἀπορεῖν ἐπιτηδεύουσιν. [11]Ὅθεν οἶμαι δεῖν τοῖς περὶ ταῦτα πονουμένοις λόγων δεομένοις, [12]τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας· καὶ τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας πρὸς [13]τοὺς ἀπιστοῦντας ἢ τοὺς ἀμφιβάλλοντας, τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας πρὸς τοὺς εὐγνωμονοῦντας καὶ μετ' εὐνοίας δεχομένους τὴν ἀλήθειαν. [14]Ὧν ἕνεκεν χρὴ τοὺς περὶ τούτων ἐξετάζειν ἐθέλοντας τὴν ἑκάστοτε προκειμένην χρείαν σκοπεῖν καὶ ταύτῃ τοὺς λόγους μετρεῖν, τήν τε περὶ τούτων τάξιν μεθαρμόζειν πρὸς τὸ δέον, [15]καὶ μὴ τῷ δοκεῖν τὴν αὐτὴν πάντοτε φυλάττειν ἀρχὴν ἀμελεῖν τοῦ προσήκοντος καὶ [16]τῆς ἐπιβαλλούσης ἑκάστῳ χώρας.

7. *ἐν μέσῳ*] Clar. 2 *ἰμέσῳ*.

8. *τ. γνῶσιν ... τ. ἐνέργειαν*] Scil. *τοῦ θεοῦ*. Cf. Sir. 36, 8. Ep. ad Rom. 11, 33; Sap. 7, 26. Ephes. 3, 7.

9. *ἡμῖν*] Nannius omisit. Translulit: *imo nec pietatis depictricem orationem*. Valla: *libros quoque nobis relligionem exponentes*.

10. *αὐτοῖς*] Gesn.-Steph. et Rechenb. *αὐτοῖς*. Scriptor vero non reflexive loquitur. Cf. Suppl. c. 2. n. 9. Uterque c. 2 *πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς* recte edidit. — Par. 2 pro *διαστρέφουσιν* habet *στρέφουσιν* et supra lineam *δια*.

11. *Ὅθεν οἶμαι κτλ.*] Scholion in marg. Par. 1 (prima manu) et 2: *Ἐμφιλοσόφως ἄγαν καὶ τῇ ὑποθέσει οἰκείως προῆκται κατὰ τὸ παρὸν προοίμιον ὁ θαυμάσιος οὗτοσὶ καὶ θεῖος ἀνήρ, τά τε προϋπαντῶντα τὸν προκείμενον λόγον καὶ ὑποτίμντεσθαι κακοσχόλως πειρώμενα* [Dech. *πειρώμενον* contra codd. mstos] *προφαίνων, καὶ* [Dech. hanc vocem omisit contra codd.] *ὅπως χρὴ πρὸς αὐτὰ* [Dech. *ταῦτα* contra codd.] *παρασκευάζεσθαι τὸν ἀληθείας ἐχόμενον* [scil. *λόγον*: Dech. *ἐχόμενον* contra codd.] *ἐκπαιδεύων*. Additur aliud scholion in marg. Par. 1 (manu saec. XI) et 2: *Ὅτι τοῖς περὶ δόγμα καὶ λόγον ἀληθῆ πονουμένοις διττῶν χρεία λόγων, ὑπὲρ καὶ περί, τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας πρὸς τοὺς ἀπίστους καὶ ἐριστικούς,*

dem ex iis qui olim in huiusmodi rebus investigandis versati sunt atque ex eorum et cum antiquioribus et cum aequalibus dissensione, non minime autem ex ipsa earum rerum quae in medio versantur perturbatione. Nullam enim veritatis partem tales homines a calumniis liberam reliquerunt, non essentiam dei, non [eius] scientiam, non operationem, non quae ex his aptâ serie consequuntur et pietatis formam nobis exprimunt. Sed alii veritatem in huiusmodi rebus omnino et in perpetuum desperant, alii ad suas opiniones detorquent, alii etiam res ante oculos positas de industria in dubium vocant. Unde arbitror iis qui operam in huiusmodi res insumunt duplici opus esse disputatione, alterâ pro veritate, alterâ de veritate: priori pro veritate adversus incredulos aut dubitantes, secundâ de veritate ad eos qui aequo sunt animo et veritatem lubenter suscipiunt. Quamobrem qui his de rebus quaerere volunt spectare debent quid quoque tempore expediat eoque disputandi rationem metiri, et disputationis ordinem ad id quod decet accommodare, neque, ut eamdem semper exordiendi rationem observare videantur, negligere convenientiam et locum quibusque rebus congruen-

τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας πρὸς τοὺς εὐγνωμόνως δεχομένους καὶ ἐπιεικῶς [sic codd. msti; Dech. ἐπεικῶς] τοὺς λόγους, οὓς καὶ χρὴ κατὰ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν προάγειν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τάξιν τοῦ ὑπὲρ καὶ περὶ κατὰ τὴν ἐπιβάλλουσαν τῷ πράγματι χρείαν προσνέμειν· προηγεῖται γὰρ τὸ εἰ ἔστιν καὶ τί ἔστιν [Dech. c. Par. 2 omisit καὶ τί ἔστιν, sed Par. 1 praebet] τοῦ τούτῳ συνηγορεῖν. Athenagoras igitur duas facit partes: pro veritate et de veritate: quarum in prima adversariorum obiectiones contra resurrectionem allatas diluit (c. 2 [n. 9] sqq.), in secunda christianam resurrectionis fidem confirmat (c. 11 [n. 21] sqq.); inter utramque partem, ut c. 11 ait, hoc interest quod in altera mendacium redarguitur, in altera veritas stabilitur.

12. τῶν μὲν ὑπὲρ τ. ἀληθ.] Haec in Act. desiderantur. Mox verba τῶν δὲ [Act. μὲν pro δὲ] περὶ τ. ἀληθείας· καὶ τῶν [Duc. τῆς mendose] μὲν ὑπὲρ τ. ἀληθείας ab Arg. absunt. Utrobique mendum creavit repetitum ἀληθείας.

13. τοὺς] Clar. 2 τὰς, sed in marg. τοὺς altera manu.

14. καὶ μὴ] Deest prior vocula in Act., posterior in Par. 3 et Clar. 2.

15. τῆς] Non apparet in Act.

Ὡς μὲν γὰρ πρὸς ἀπόδειξιν καὶ τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν, πάντοτε πρωτοστατοῦσιν οἱ περὶ [16] αὐτῆς λόγοι τῶν ὑπὲρ αὐτῆς, [17] ὡς δὲ πρὸς τὸ χρειωδέστερον, ἀνεστραμμένως οἱ ὑπὲρ αὐτῆς τῶν περὶ αὐτῆς. Οὔτε γὰρ γεωργὸς δύναιτ' ἂν προσηκόντως καταβάλλειν τῇ γῇ τὰ σπέρματα, μὴ προεξελὼν τὰ τῆς ἀγρίας ὕλης καὶ τοῖς καταβαλλομένοις ἡμέροις σπέρμασι λυμαινόμενα, οὔτε ἰατρὸς [18] ἐνεῖναί τι τῶν ὑγιεινῶν φαρμάκων τῷ δεομένῳ θεραπείας σώματι, μὴ τὴν ἐνοῦσαν κακίαν [19] προκαθήρας ἢ τὴν ἐπιῤῥέουσαν ἐπισχών· οὔτε μὴν ὁ τὴν ἀλήθειαν [20] ἐθέλων διδάσκειν, περὶ τῆς ἀληθείας λέγων, πεῖσαι δύναιτ' ἄν τινα ψευδοδοξίας τινὸς [21] ὑποικουρούσης τῇ τῶν ἀκουόντων διανοίᾳ καὶ τοῖς λόγοις ἀντιστατούσης. Διὸ πρὸς τὸ χρειωδέστερον ἀφορῶντες καὶ ἡμεῖς [22] προτάσσομεν ἔσθ' ὅτε τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λόγους τῶν περὶ τῆς ἀληθείας· κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ποιῆσαι καὶ νῦν ἐπὶ τῶν τῆς ἀναστάσεως λόγων οὐκ ἀχρεῖον φαίνεται [23] σκοποῦσι τὸ δέον. [24] Καὶ γὰρ ἐν τούτοις εὑρίσκομεν τοὺς μὲν ἀπιστοῦντας πάντη, τινὰς [25] δὲ ἀμφιβάλλοντας, καὶ τῶν γε [26] τὰς πρώτας ὑποθέσεις δεξαμένων τινὰς ἐπ' ἴσης τοῖς

Tum in Clar. 2 ex voce ἑκάστῳ altera manus ἑκατέρῳ effecit. Denique in Arg. prior scriptura χώρας in χρείας est mutata.

16. αὐτῆς] Scil. ἀληθείας, de qua est sermo. Nannius substituit: *de rebus ... pro rebus.*

17. ὡς δὲ] Sine ratione Dechairius legendum ὥς γε coniecit. Formula ὡς μὲν πρὸς ... ὡς δὲ πρὸς haud insolens est: Ps.-Iustin. Quaestt. et Respp. ad Orthod. 77 et 101 (Corp. Apoll. Vol. V) p. 108 et 152. C. 2 dicit ὅσον μὲν ... ὅσον δέ. Pro ἀνεστραμμένως Aet. ἀνεστραμμένης.

18. ἐνεῖναι] Cur Io. Alb. Fabricius (Hist. crit. de la rép. des lettres T. IX. p. 136) hanc aoristi II formam verbi συνίημι mutari velit cum praesenti tempore ἐνιέναι, non intelligo, praesertim sequente aoristo: πεῖσαι δύναιτ' ἄν. Pariter συνεῖναι apud alios apologetas temere tentatum est, ut exempla ad Tatian. c. 39 n. 6 a me allata docent.

19. προκαθήρας] Id Athenagorae ex Par. 1 et Big. reddidi. Caeteri codd. msti nec non editi προκαθάρας. Dicebant Attici καθῆραι teste Phrynicho. Interdum iis, ut Platoni, aoristus καθᾶραι illatus est culpa librariorum. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 25 et Stephan. Thes. gr. ling., ed. C. B. Hase, Vol. IV. p. 760.

20. ἐθέλων διδάσκειν] Arg. Par. 3. Clar. 2 διδάσκειν ἐθέλων. Cf. Suppl. c. 1. n. 10.

21. ὑποικουρούσης] Aet. ὑποκουφούσης.

tem. Quantum enim ad demonstrationem et naturalem ordinem attinet, priores sunt semper sermones de veritate iis qui pro veritate sunt, quantum autem ad maiorem utilitatem, conversâ ratione hi pro veritate illis de veritate praeeunt. Neque enim possit agricola semina convenienter terrae committere, nisi prius sylvestrem materiam ac bonis seminibus nocentem evulserit, neque medicus salutare pharmacum aegroto corpori infundere, nisi prius residentem vitiositatem expurgarit aut irruentem cohibuerit: neque profecto qui veritatem docere vult possit, de veritate disserens, quemquam persuadere delitescente in audientium animo falsa aliqua opinione et iis quae dicuntur obstante. Quamobrem nos quoque, ad id quod utilius est respicientes, nonnunquam sermones pro veritate iis quae de veritate sunt praeponimus; pariter nunc quoque facere in hac de resurrectione pertractatione non inutile videtur considerantibus quid deceat. Nam hac etiam in re nonnullos invenimus omnino incredulos, quosdam dubitantes, atque ex iis qui prima principia susceperunt quos-

22. *προτάσσομεν*] Clar. 2 *προστάσσεμεν*, sed *σ* erasum. Paullo ante Aet. *ἀφορῶν τε* pro *ἀφορῶντες*.

23. *σκοποῦσι*] Scil. *ἡμῖν*. Antea enim *ἀφορῶντες καὶ ἡμεῖς*. Arg. *τοῖς σκοποῦσι*.

24. *Καὶ γὰρ ... ἀποροῦντας*] Scholion in marg. Par. 1 (manu saec. XI) et 2: *Ὅτι* [Dech. omisit contra codd. mstos] *τῷ περὶ* [Dech. omisit contra codd.] *τῆς ἀναστάσεως λόγῳ οἱ μὲν πάντῃ* [Dech. *παντελῶς* contr. codd.] *ἀπιστοῦσιν, οἱ δὲ ἀμφιβάλλουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν δεξαμένων ὡς ἔστιν ἀνάστασις* [non recte intellexit scholiastes *τὰς πρώτας ὑποθέσεις*: n. 26] *εἰσὶν* [Dech. hoc verbum omisit contra codd.] *οἵτινες* [Dech. *ὅτινες*] *ἐπ' ἴσης τοῖς ἀμφιβάλλουσιν ἀπιστοῦσιν ἀλόγως καὶ ἀναιτίως*.

25. *δὲ*] Clar. 1. Aet. et Ms. Vall. *καὶ*: id quod editi quoque habent, excepto Maraniano.

26. *τὰς πρώτας ὑποθέσεις*] Coniici posset eos hic designari qui recens conversi caetera quidem dogmata credebant, sed adhuc de resurrectione fluctuabant. Hanc enim pro veritate disputandi rationem, quam in prima parte operis sequitur Athenagoras, utilem esse ait c. 11 ad eorum qui recens ad religionem accessere dubitationes et falsas suspiciones evellendas. Sed satius est prima principia hic intelligere omnipotentiam dei et mundi creationem illo volente. Non enim alia statuit principia Athenagoras in hac prima parte, quam postquam absol-

ἀμφιβάλλουσιν ἀκροῦντας· τὸ δὲ πάντων παραλογώτατον ὅτι ταῦτα [27]πάσχουσιν, οὐδ' ἡντιναοῦν ἔχοντες ἐκ τῶν πραγμάτων ἀπιστίας ἀφορμήν, οὐδ' αἰτίαν εὑρίσκοντες εἰκεῖν εὔλογον, δι' ἣν ἀπιστοῦσιν ἢ [28]διαποροῦσιν.

2. [1]Σκοπῶμεν δὲ οὕτως. [2]Εἰ πᾶσα ἀπιστία μὴ προχείρως καὶ κατά τινα δόξαν ἄκριτον ἐγγινομένη τισίν, ἀλλὰ μετά τινος αἰτίας ἰσχυρᾶς καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἀσφαλείας· τότε [3]γὰρ τὸν εἰκότα σώζει λόγον, ὅταν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα περὶ οὗ ἀπιστοῦσιν ἄπιστον εἶναι δοκῇ· τὸ γάρ τοι τοῖς οὐκ οὖσιν ἀπίστοις ἀπιστεῖν ἀνθρώπων ἔργον οὐχ ὑγιαινούσῃ κρίσει περὶ τὴν ἀλήθειαν χρωμένων. Οὐκοῦν [4]χρὴ καὶ τοὺς περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστοῦντας ἢ διαποροῦντας μὴ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς [5]ἀκρίτως καὶ τὸ τοῖς ἀκολάστοις πεχαρισμένον τὴν περὶ ταύτης ἐκφέρειν γνώμην, ἀλλ' ἢ [6]μηδεμιᾶς αἰτίας ἐξάπτειν τὴν τῶν 42
ἀνθρώπων γένεσιν (ὃ δὴ καὶ λίαν ἐστὶν [7]εὐεξέλεγκτον), ἢ τῷ θεῷ τὴν τῶν ὄντων ἀνατιθέντας [8]αἰτίαν εἰς τὴν τοῦδε τοῦ δόγ-

vit sit c. 11 se id quod sibi proposuerat perfecisse „tum per ea quae naturâ prima sunt, tum per ea quae ex his consequuntur." *Maranus.*

27. *πάσχουσιν*] Ms. Vall. *agunt* (= *πράττουσιν*).

28. *διαποροῦσιν*] Clar. 2 *διαποροῦσι*.

1. *Σκοπῶμεν*] Aet. *σκοποῦμεν*.

2. *Εἰ πᾶσα ἀπιστία κτλ.*] Scholion in marg. Par. 1 (manu saec. XI) et 2: Ἔλεγχος ἐντεῦθεν ἤδη τῶν περὶ τὴν ἀνάστασιν ἀπίστως ἐχόντων ἀπὸ τοῦ μὴ προχείρως συλλαγωγεῖσθαι [sic codd. msti, nisi quod Par. 2 *συλλαγωγεῖσθαι* vitiose habet; Dech. *ἀ. τ. μὴ πρ. μὴ συλλαγωγεῖσθαι*: unde inepte coniecit *ἀ. τ. πρ. συναγωγεῖσθαι*] τοῖς κατὰ ἄκριτον δόξαν οἱστρηλατουμένοις, ἀλλὰ μὴ μετ' ἰσχυρᾶς αἰτίας καὶ ἀσφαλείας· ἀφ' ὧν δὴ [Dech. δὲ contra codd.] καὶ τὸ πιστὸν πέφυκεν ἀναβλαστάνειν. Τὸ γὰρ τοῖς, [Dech. τοῖς omisit contra codd.] ἄγαν πιστοῖς ἀπιστεῖν ἀνθρώπων ἔργον οὐχ ὑγιαινόντων τὸν λογισμόν. Εἰ δὲ τοῦτο οἱ τὴν ἀνάστασιν ἀπιστοῦντες ἢ διαποροῦντες [scil. ποιοῦσιν], εἰ μὲν μηδεμιᾶς αἰτίας ἐξάπτοντες τὴν τῶν ἀνθρώπων γένεσιν τοῦτο ληροῦσιν, ἐγγύθεν τὸν ἔλεγχον τοῦτον [codd. et Dech. τοῦτο] ἀπολοῦνται· ἢ τῷ θεῷ τὴν αἰτίαν [scil. τῶν ὄντων] ἀνατιθέντες τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀνάστασιν ἢ [Dech. ἢ omisit contra codd.] ὡς ἀδύνατον ἢ ὡς ἀβούλητον [Dech. ἀβούλευτον contra codd.] τῷ θεῷ ἀπιστοῦσιν, ὅπερ ἐσχάτης ἀνοίας καὶ ἀσεβείας. — Pro *Εἰ* Par. 3 et Clar. 2 ὅτι dederunt; Aet. illud *Εἰ* praetermisit. Mox Clar. 2 καὶ τὴν κατὰ τὴν vice καὶ τῆς κατὰ τὴν. Locum editores non intellexerunt.

dam non minus animi incertos quam qui dubitant: omnium autem absurdissimum est quod ita animo affecti sunt, quamvis nullam prorsus ex ipsis rebus habeant ansam incredulitatis, nec causam probabilem afferre possint, cur non credant aut cur dubitent.

2. Consideremus autem sic. Si omnis incredulitas non temere et ex inconsiderata opinione, sed cum gravi aliqua causa et tuta in inquirendo vero diligentia quibusdam insidet [, non est quod repugnetur]: tunc enim iustam habet rationem, quum ipsam rem cui fidem derogant incredibilem esse patet; profecto enim res quae non sunt incredibiles non credere hominum est minime sano de veritate iudicio utentium. Oportet igitur ut etiam qui resurrectioni fidem derogant aut de ea dubitant non ad id quod temere ipsis videtur et quod hominibus intemperantibus gratum est suam ea de re sententiam dirigant, sed aut nulla ex causa hominum originem repetant (quod sane perfacile refellitur), aut deo rerum causam adscribentes ad hoc dogma velut ad quoddam principium

Marani interpunctione *Εἰ πᾶσα ... ἀσφαλείας (τότε ... χρωμένων) οὐκοῦν* nihil lucramur. Medicinam excogitavit Hemsterhusius (ad Lucian., Opp. ed. Bip., Vol. III. p. 341) legendo *Εὔλογός ἐστι πᾶσα ἀπιστία κτλ.* Sed nimia est mutatio. Quid igitur? Apodosis ad verba *Εἰ πᾶσα ... ἀσφαλείας* supplenda est: *καλῶς ἔχει (so ist es gut).* Iam nulla restat difficultas verborum alioqui perobscurorum. Saepissime hoc *σχῆμα ἀνανταπόδοτον* apud veteres reperitur: de quo adeas a me observata in Epist. ad Diogn. c. 3. n. 1 (Corp. Apoll. Vol. III. p. 165. coll. librum meum De Ep. ad Diogn. ed. 2. p. 101); adde Winer. *Gramm. d. neutest. Spr.* (ed. 6) p. 529 et Rost. *Griech. Gramm.* (ed. 7) p. 642. Cum *ἐγγινομένη* subaudias *ἐστίν*, ut alibi: cf. e. g. Suppl. c. 25. n. 1. Big. *ἐγγίνεται.* Hemsterhusius (l. c.) existimavit ex verbis *καὶ τῆς κ. τ. ἀλ. ἀσφαλείας* efficiendum esse *καὶ κ τῆς κ. τ. ἀλ. ἀσαφείας.* Quamquam nulla est emendandi necessitas.

3. *γὰρ*] Deest Par. 3 et Clar. 2.

4. *χρὴ*] Aet. non agnoscit.

5. *ἀκριτως*] Abest a Par. 3 et Clar. 2. De verbis quae sequuntur cf. c. 19: *τὸ τοῖς ἀχολάστοις καὶ λάγνοις φίλον Φάγωμεν κτλ.*

6. *μηδεμιᾶς ... γένεσιν*] Big. *μηδεμίαν αἰτίαν ἐξάπτειν τῇ τῶν ἀνθρώπων γενέσει.*

7. *ἐνἐξέλεγκτον*] Hanc vocem (Plat. Hipp. mai. p. 293 D. ed. Steph.) Clar. 2 in *ἐνξέλεκτον* deformavit.

8. *αἰτίαν*] Aet. *αἰτίας.*

ματος ἀποβλέπειν ὑπόθεσιν, καὶ διὰ ταύτης δεικνύναι τὴν ἀνάστασιν οὐδαμόθεν ἔχουσαν τὸ πιστόν. [9]Τοῦτο δὲ ποιήσουσιν, ἐὰν δείξαι δυνηθῶσιν ἢ ἀδύνατον [10]ὂν τῷ θεῷ ἢ ἀβούλητον τὰ νεκρωθέντα τῶν σωμάτων ἢ καὶ [11]πάντη διαλυθέντα πάλιν ἑνῶσαι καὶ συναγαγεῖν πρὸς τὴν τῶν [12]αὐτῶν ἀνθρώπων σύστασιν. Ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δύνωνται, παυσάσθωσαν τῆς ἀθέου ταύ- B
της ἀπιστίας καὶ τοῦ βλασφημεῖν ἃ μὴ θέμις· ὅτι γὰρ οὔτε τὸ ἀδύνατον λέγοντες ἀληθεύουσιν οὔτε τὸ ἀβούλητον, ἐκ τῶν ῥηθησομένων [13]γενήσεται φανερόν. [14]Τὸ ἀδύνατόν τινι γινώσκεται κατ' ἀλήθειαν τοιοῦτον ἢ ἐκ τοῦ μὴ γινώσκειν [15]τὸ γενησόμενον, ἢ ἐκ τοῦ δύναμιν ἀρκοῦσαν μὴ ἔχειν πρὸς τὸ ποιῆσαι καλῶς τὸ ἐγνωσμένον. [16]Ὅ τε γὰρ ἀγνοῶν τι τῶν γενέσθαι δεόντων οὐκ ἂν οὔτ' ἐγειρῆσαι οὔτε ποιῆσαι τὸ παράπαν δυνηθείη ὅπερ ἀγνοεῖ· ὅ τε γινώσκων καλῶς τὸ ποιηθησόμενον, καὶ πόθεν γένοιτ' ἂν καὶ πῶς, δύναμιν δὲ ἢ μηδ' ὅλως ἔχων πρὸς [17]τὸ ποιῆσαι τὸ γινωσκόμενον ἢ C

9. *Τοῦτο δὲ* etc.] Nunc Athenagoras in prima tractatus parte aggreditur confutare negantes resurrectionem, hoc usus dilemmate: „si resurrectio non futura est, aut ideo non est quia deus non potest aut quia non vult mortuos resuscitare.“ At utrumque demonstrat absurdum esse: non posse (c. 2—9) et non velle (c. 10). Rechenberg. laudavit Ioannem Dam. De orth. fide IV. c. 28. p. 29 simili modo dicentem: *Οὕτω τοίνυν πίστευε καὶ τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν ἔσεσθαι θείᾳ βουλήσει καὶ πνεύματι· σύνδρομον γὰρ ἔχει τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν.*

10. *ὂν*] Non legitur in Par. 3 et Clar. 2.

11. *πάντη*] Arg. *πάντα*, sed in *πάντη* mutatum.

12. *αὐτῶν*] Abest a Par. 2. (Clar. 1?) Aet. et Ms. Vall.; pariter apud Nannium. Iam Stephanus, in editione Gesneriana, (ex Par. 3) reposuit.

13. *γενήσεται*] Deest Arg.

14. *Τὸ ἀδύνατον κτλ.*] Scholion in marg. Par. 1 (manu saec. XI) et 2: *Ὅτι* [Par. 2 et Dech. omisere] *τὸ ἀδύνατόν τινι ποιῆσαί τι ἢ ἐξ ἀγνοίας τοῦ γενησομένου συμβαίνει ἢ ἐκ τοῦ μὴ αὐτάρκως ἔχειν πρὸς τὸ* [Par. 2 et Dech. *πρὸς τὸ* omisere] *ἐπιτελέσαι τὸ ἐγνωσμένον· ἐγχειρῆσαι γὰρ τοῖς ἀδυνάτοις οὐκ ἐν τοῖς σώφροσι λογισθείη. Ἄγνοιαν δὲ ἢ ἀδυναμίαν προσάπτειν* [Par. 2 et Dech. hoc verbum omisere] *θεῷ, τῷ* [Dech. *τὸ* contra codd. mstos] *καὶ πρὸ γενέσεως* [Dech. *γενέσθαι* contra codd.] *ἀκριβῶς λεπτογνοοῦντι* [nota novum hoc verbum, ut *ἀγνοέω* et *ἀμφιγνοέω* formatum neque in Steph. Thesauro repertum, pro quo Dech. contra codd. suppeditat inepte

respiciant, et ex eo demonstrent nihil omnino resurrectionem habere quod sit credibile. Id autem perficient, si demonstrare queant vel non posse deum vel nolle mortua corpora aut etiam omnino dissoluta iterum coagmentare et ut iidem homines constituantur conglutinare. Quodsi id non possint, desinant impie increduli esse et blasphemiis ea quae non licet appetere; nihil enim veri ab iis afferri, sive non posse dicant sive nolle, ex his quae dicemus perspicuum erit. Rem ab aliquo perfici non posse certo intelligitur aut ex eo quod non cognoscat quid faciendum sit, aut ex eo quod satis virium non habeat ad id quod cognovit praeclare efficiendum. Etenim qui ignorat quid faciendum sit nec aggredi nec perficere omnino potest quod ignorat; et qui praeclare novit quid faciendum sit, et unde et quomodo faciendum, vires autem aut nullas omnino habet ad faciendum quod cognoscit aut non

λεπτολογοῦντι] τὸ πόθεν ἕκαστον τὴν σύστασιν παρ' αὐτοῦ ληφθὲν ἔσχηκεν καὶ διαλυθὲν πάλιν εἰς ποῖα μετακεχώρηκεν, ἐσχάτης [Dech. ἑκάστης contra codd.] ἐστὶν ἀσεβείας. Ὁ γὰρ ἀκριβῶς οὕτως εἰδὼς πῶς ἀδυνάτως ἕξει ταῦτα λαβὼν πρὸς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπαναγαγεῖν; — Dechair. attulit Cicer. De nat. deor. II. c. 30: „At et ignoratio rerum aliena naturae deorum est, et sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minime cadit in maiestatem deorum."

15. τὸ γεννησόμενον] Athenagoras erklärt gleich das γεννησόμενον durch ποιηθησόμενον, καὶ πόθεν γένοιτ' ἂν καὶ πῶς, und noch deutlicher in der Anwendung οὔτε ἀγνοεῖν τὸν θεὸν δυνατὸν τῶν ἀναστησομένων σωμάτων τὴν φύσιν κτλ., d. h. Gott müsste nur den Körper der wieder zusammengesetzt werden soll nicht genau kennen, wo seine Theile hingekommen seien welche dazu gehört haben. Rössler. — Antea pro γινώσκεται (Par. 1. Arg. Aet., at Big. γίνεται) et γινώσκειν (Par. 1. 2. 3. Arg. Clar. 2) editi γιγνώσκεται et γιγνώσκειν habent. Sed deinceps, ut omnes codd. msti, formam offerunt Nostro usitatam γινώσκω (Aet. γινώσκον), γινωσκόμενον (Clar. 2 γινοσκόμενον) etc. Cf. Suppl. c. 13. n. 10. Mox Clar. 2 ἀλκοῦσαν pro ἀρκοῦσαν.

16. Ὅτε γὰρ ... ὅτε γιν.] Ita ex Par. 1. 3. Arg. Clar. 2 refinxi pro vulg. ὁ γὰρ ... ὅτε γιν. (Gesn.-Steph. Rechenb. Dech. ὅ,τε γιν.). Arg. Par. 3. Clar. 2 δυνηθείη τὸ παράπαν transpositis verbis. Tum Clar. 2 ποιθησόμενον pro ποιηθησόμενον.

17. τὸ ποιῆσαι] Deest Aet. Idem ἀρκούσας pro ἀρκοῦσαν.

μὴ ἀρκοῦσαν ἔχων, οὐκ ἂν ἐγχειρήσειε τὴν ἀρχήν, εἰ [18]σωφρονοίη καὶ τὴν ἰδίαν ἐπισκέψαιτο δύναμιν, ἐγχειρήσας δὲ ἀπερισκέπτως οὐκ ἂν ἐπιτελέσειε τὸ δόξαν. Ἀλλ' οὔτε ἀγνοεῖν τὸν Θεὸν δυνατὸν τῶν ἀναστησομένων σωμάτων [19]τὴν φύσιν κατά τε μέρος ὅλον καὶ μόριον, οὔτε μὴν [20]ὅποι χωρεῖ τῶν λυομένων ἕκαστον, καὶ ποῖον [21]τῶν στοιχείων μέρος δέδεκται τὸ λυθὲν καὶ [22]χωρῆσαν πρὸς τὸ συγγενές, κἂν πάνυ παρ' ἀνθρώποις ἀδιάκριτον εἶναι δοκῇ τὸ τῷ παντὶ πάλιν προσφυῶς ἡνωμένον. Ὡς γὰρ οὐκ ἠγνόητο [23]πρὸ τῆς οἰκείας ἑκάστου συστάσεως οὔτε τῶν D γενησομένων στοιχείων ἡ φύσις ἐξ ὧν τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, οὔτε τὰ μέρη τούτων ἐξ ὧν [24]ἤμελλεν λήψεσθαι τὸ δόξαν πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρωπείου σώματος σύστασιν, εὔδηλον ὡς οὐδὲ μετὰ τὸ διαλυθῆναι [25]τὸ πᾶν ἀγνοηθήσεται ποῦ κεχώρηκεν ἕκαστον ὧν εἴληφε πρὸς τὴν ἑκάστου συμπλήρωσιν. [26]Ὅσον μὲν γὰρ κατὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν παρ' ἡμῖν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ τὴν ἐφ' ἑτέρων κρίσιν, μεῖζον τὸ τὰ μὴ γενόμενα προγινώσκειν· ὅσον δὲ πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν τούτου σο- 43 φίαν, ἀμφότερα κατὰ φύσιν, καὶ ῥᾴδιον ἐπ' ἴσης [27]τῷ τὰ μὴ γενόμενα προγινώσκειν τὸ καὶ διαλυθέντα γινώσκειν.

18. *σωφρονοίη*] Clar. 2 *σωφρονείη*. Dein *ἐπισκέψαιτο* (Par. 1. 3. Arg. Clar. 1. 2. Big.) pro vulg. *ἐπισκέψεται* reposui. Par. 3 et Clar. 2 non *ἰδίαν* (sic caett. codd.) sed *οἰκείαν*. Cf. c. 12. n. 9.

19. *τὴν φ. . . . μόριον*] Ita codd. mssti et editi, nisi quod *τε* Par. 2. Aet. et Nannius omiserunt. Noli fortasse *τὸ* sive *τι* pro *τε* obtrudere. Est *μέρος* (*ὅλον*) membrum aliquod corporis (integrum) et *μόριον* pars alicuius membri. Cf. c. 3. n. 14. Io. A. Fabricius (Hist. crit. de la rép. des lettres T. IX. p. 136) scribendum censet sic: *φύσιν ὅλων τε κατά τε μέρος καὶ μόριον*. Non muto.

20. *ὅποι*] Par. 3 et Clar. 2 *ὅπη*.

21. *τῶν στοιχείων*] Codd. mssti et editi *τοῦ στοιχείου*. Excipias Big.: unde Maranus *τῶν στοιχείων* recepit. Similis error reperitur c. 7. n. 9. Pro *δέδεκται* Aet. *δεδέηται*.

22. *χωρῆσαν*] Aet. *χωρήσας*. Mox idem *καὶ κἂν*.

23. *πρὸ*] Aet. *πρὸς*.

24. *ἤμελλεν*] Arg. Aet. et Dechair. *ἔμελλεν*. Par. 3 et Clar. 2 *ἔμελλε*, sine *ν*. De illa forma apud Atticos non repudiata adi Matthiae *Ausf. gr. Gramm.* (ed. 2) p. 298 et Boeckh. ad Plat. Men. p. 148 sq. De addito *ν* cf. Suppl. c. 1. n. 2.

25. *τὸ πᾶν*] Designat auctor hac voce („das Ganze", cf. Aesch. Prom. 456, alios) corpus, *μετὰ τὸ διαλυθῆναι* = *postquam disso-*

satis idoneas, is prorsus non aggredietur, si sapiat ac vires suas consideret, temere autem aggressus non perficiet id quod sibi proposuit. Deum autem neque latere potest quae sit corporum ad vitam revocandorum natura, seu membra integra seu membrorum partes quod attinet, neque quo abeat unumquodque eorum quae dissolvuntur, neque quae pars elementorum exceperit id quod dissolutum in loca sibi congruentia migravit, quamvis hominibus discerni omnino non posse videatur quidquid cum partibus universi sibi cognatis rursus coaluit. Quem enim non latebat ante propriam cuiusque constitutionem neque futurorum elementorum natura, ex quibus humana corpora, neque eorumdem elementorum partes, ex quibus decerpturus erat id quod ipsi ad humani corporis constitutionem aptum videretur: facile patet eum neque, postquam totum [corpus] dissolutum fuerit, ignarum fore quonam migraverit unumquodque eorum quae ad cuiusque perfectionem adhibuerat. Nam quantum ad vigentem nunc apud nos rerum ordinem et de caeteris rebus iudicium attinet, maius est ea quae nondum sunt praenoscere; quantum autem ad dei maiestatem eiusque sapientiam attinet, utrumque secundum naturam [est], et quidem facile [est] aeque ea quae nondum sunt praenoscere ac quae dissoluta sunt cognoscere.

lutum fuerit nempe in diversa elementa, ut ex praecedentibus (*ποῖον τῶν στοιχείων μέρος δέδεκται τὸ ἰνθὲν*) patescit. Marano autem legendum videtur *εἰς τὸ πᾶν*, quum antea dictum sit: *τὸ τῷ παντὶ πάλιν προσφυῶς ἡνωμένον*. Reddidit: „postquam idem corpus in varias universi partes dissipatum fuerit."

26. *Ὅσον μὲν γὰρ κτλ.*] Scholion in marg. Par. 1 (manu saec. XI) et 2: *Ἀνθρώποις μὲν γὰρ τοῦτο* [hanc vocem Par. 2 et Dech. omiserunt] *δοκεῖ μέγα, μόνον καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν* [Dech. *καθ' οἰκείαν τὸ τὰ μέλλοντα γινώσκειν, θεῷ δὲ μόνῳ τὸ καὶ ταῦτα εἰδέναι ἀκριβέστερον ἀνθρώπων καὶ πρὸς τούτοις καὶ τὰ διαλυθέντα πρὸς ποῖα μετακεχώρηκε.*

27. *τῷ*] Pendet ab *ἐπ' ἴσης*. C. 1: *ἐπ' ἴσης τοῖς ἀμφιβάλλουσιν*. Editores *ἐπ' ἴ.* commate a dativo *τῷ* inepte seiunxerunt. Aet. et Nannius *τὸ τῷ*. Idem editor postea *γινόμενα* vitiose.

3. Καὶ μὴν καὶ τὴν δύναμιν, ὡς ἔσται ἀρμοδία πρὸς τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, δύνασαι ἡ τούτων αὐτῶν γένεσις. [1] Εἰ γὰρ μὴ ὄντα ταχὺ τὴν πρώτην σύστασιν ἐποίησε τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα καὶ τὰς τούτων ἀρχάς, καὶ διαλυθέντα, παθ' ὃν ἂν τύχῃ [2] τρόπον, ἀναστήσει μετὰ τῆς [3] ἴσης εὐκολίας· ἐπ' ἴσης γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο δυνατόν. Καὶ τῷ λόγῳ βλάβος B οὐδέν, κἂν ἐξ ὕλης ὑποθῶνταί τινες τὰς πρώτας ἀρχάς, τῶν ἐκ τῶν στοιχείων [4] ὡς πρώτων τὰ σώματα τὰ τῶν ἀνθρώπων, [5] κἂν ἐκ σπερμάτων. [6] Ἧς γὰρ ἐστι δυνάμεως καὶ [7] τὴν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην ἄποφον οὖσαν μορφώσαι, καὶ τὴν ἀνείδεον καὶ ἀδιακόσμητον πολλοῖς καὶ διαφόροις εἴδεσι κοσμῆσαι, καὶ τὰ μέρη τῶν στοιχείων εἰς ἓν συνελαγεῖν, καὶ τὸ σκληρὸν ἐν ὂν καὶ ἁπλοῦν εἰς πολλὰ διελεῖν, καὶ τὸ ἀδιάφθορον διαφθεῖραι, καὶ [8] τῷ μὴ ζῶντι δοῦναι ζωήν, τῆς αὐτῆς ἐστι καὶ τὸ [9] διαλυμένον ἑνῶσαι, καὶ τὸ κείμενον ἀναστῆσαι, καὶ τὸ τεθνηκὸς ζωοποιῆσαι πάλιν, καὶ τὸ φθαρτὸν [10] μεταβαλεῖν εἰς ἀφθαρσίαν. [11] Τοῦ αὐτοῦ δ' ἂν εἴη καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ σοφίας καὶ

1. *Εἰ γὰρ μὴ ὄντα* etc.] Comp. c. 19. p. 50 B. Simili ratione alii priscae ecclesiae patres crestionem protoplastorum orturaque omnium deinceps nascentium hominum dicunt dei potentiam probare ac maxime cum futura convenire corporum in vitam revocatione. Cf. ad Iustin. Mort. De resurr. c. 5. n. 15 et ad Tatian. c. 6. n. 5 observata.

2. *τρόπον*] Morell. et Duc. male *τύπον*.

3. *ἴσης*] Sic omnes codd. msti; etiam Ms. Vall. *aequali facilitate*. Editi vere *αὐτῆς*.

4. *ὡς πρώτων*] I. q. ut principiis omnium (Nunn.), als Urstoffen (interpr. Campid.). Mox in Clar. 2 *τὰ* ante *τῶν ἀνθρ.* excidit.

5. *κἂν ἐκ*] Aet. *καὶ ἐν*.

6. *Ἧς γάρ ἐστι κτλ.*] Schol i on in marg. Par. 1 (manu saec. XI) et 2: *Ταῦτα προσήχθη εἰπεῖν διά τε τὰ περὶ ἀρχὰς ὑποστάντα καὶ τὰ μετ' ἐκεῖνα ἐκ συνδυασμῶν* [Par. 2 et Dech. usitatius *συνδυασμῶν*] *ζώων ἢ σπερμάτων παραβολῆς προσερχόμενα.*

7. *τὴν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην*] Ita scripsi ope Par. 3. Clar. 2 et Big.; eandem indicant scripturam Par. 1 et Arg., in quibus est *τὴν παρ' αὐτῆς νενομισμένην*. Ms. Vall.: *Nam quam deus habet potestatem ad eam quae informis est formandam propter id quod putant.* Caeteri codd. msti (Par. 2. Clar. 1? Aet.) aeque ac editi *τὴν παρὰ τῆς νενομισμένης*. Dechair. supplet *φύσεως*, reddens cum Nunnio *a sua conditione*. Solus Maranus dedit *τὴν παρ' αὐτοῖς νενο-*

3. Et profecto etiam potestatem [dei] excitandis ad vitam corporibus parem esse probat eorumdem origo. Nam si non exstantia hominum corpora eorumque principia in prima creatione fecit, etiam dissoluta, quolibet id contigerit modo, pari facilitate excitabit: pariter enim potest id quoque. Nec de hac ratione quidquam detrahitur, sive ex materia nonnulli prima principia, sive ex elementis ut principiis humana corpora componant, sive ex seminibus. Cuius enim potestatis est et informi ut ipsi existimant materiae formam affingere, et specie ac ornatu carentem multis variisque figuris ornare, et partes elementorum in unum cogere, et semen quae res una est et simplex in multa dividere, et quod incompositum est componere, et quod vitae expers est vitâ donare: eiusdem [potestatis] est et id quod dissolutum est coagmentare, et quod iacet excitare, et quod mortuum est ad vitam revocare, et quod corruptum est ad statum corruptionis expertem convertere. Eiusdem auctoris eiusdemque potestatis ac sa-

μεμένην. Cum *νενομισμένην* subintellige *ὕλην* ex antecedentibus, ita ut verba *ἄμορφον οὖσαν* locum obtineant appositionis.

8. *τῷ*] Deest Arg.

9. *διαλελυμένον*] Nannius *λελυμμένον* (sic).

10. *μεταβαλεῖν*] Duc. *μεταβάλλειν*. Pro *εἰς ἀφθαρσίαν* Arg. *εἰς ἄφθαρτον*.

11. *Τοῦ αὐτοῦ δ' ἂν εἴη κτλ.* usque ad finem c. 4] Scholion in marg. Par. 1 (manu saec. XI) et 2: *Περὶ τῶν ἀπορουμένων τισὶν ὅτι πῶς δυνατὸν ἄνθρωπον ὑπὸ ἰχθύων βρωθέντα καὶ εἰς αὐτῶν ὑπόστασιν μεταβαλόντα καὶ πάλιν τῶν ἰχθύων* [τ. *ἰχθ.* omisit Dech. contra codd. mstos] *ὑπὸ ἀνθρώπων βρωθέντων ἢ καὶ* [hanc vocem Par. 2 et Dech. omiserunt] *ζώων ἑτέρων, ἅπερ πάλιν ὑπὸ* [Par. 2 et Dech. *ὑπ'*] *ἄλλων θηρίων ἐξηναλώθη καὶ πρὸς σύστασιν τῶν τούτων σωμάτων μετέβαλεν, — πῶς οὖν* [indicat *οὖν* apodosin] *τὸ εἰς τοσούτων ὑπόστασιν κατακερματισθὲν αὖθις ἐφ' ἑνὶ σώματι, ἀνθρώπου συστάσει, ἐξαναστῆναι* [repete animo *δυνατόν* scil. *ἐστί*: Par. 2 *ἐξαναστῆσαι*, unde Dech. *ἐξαναστήσει* coniecit], *τινὰ τοῖς ἄλλοις ὑπόστασιν καταλιπόν* [Par. 2 et Dech. *καταλιπὼν* et iidem mox *γραφεῖσιν* pro *τραφ.*] *τοῖς ὑπὸ τούτων τραφεῖσιν*; Coll. Ps.-Iustin. Quaestt. Gent. ad Christ. 15 (Corp. Apoll. Vol. V) p. 320 et XI (15) p. 340 ibique adnotata. Adiice Cyrill. Hieros. Catech. 18, Gregor. Nyss. De opif. hom. c. 26, Augustin. De civ. dei XXII. c. 20. Cf. infra c. 7. n. 20.

τὸ [12]διατεθρυμμένον πλήθει ζώων παντοδαπῶν, ὁπόσα τοῖς τοιούτοις σώμασιν ἐπιτρέχειν [13]εἴωθε καὶ τὸν ἐκ τούτων ἀγείρειν κόρον, διακρῖναι μὲν ἐκεῖθεν, ἑνῶσαι δὲ πάλιν τοῖς οἰκείοις [14]μέρεσι καὶ μορίοις, κἂν εἰς ἓν ἐξ ἐκείνων [15]χωρήσῃ ζῶον, κἂν εἰς πολλά, κἂν ἐντεῦθεν εἰς ἕτερα, κἂν [16]ἐκείνοις αὐτοῖς συνδιαλυθὲν ἐπὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς ἐνεχθῇ κατὰ τὴν φυσικὴν εἰς ταύτας ἀνάλυσιν· ὃ δὴ καὶ μάλιστα ταράττειν ἔδοξέ τινας D
καὶ τῶν ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένων, ἰσχυρὰς οὐκ οἶδ' ὅπως ἡγησαμένων τὰς παρὰ τῶν πολλῶν φερομένας [17]διαπορήσεις.

4. Οὗτοι [1]δέ γέ φασιν πολλὰ μὲν σώματα τῶν ἐν ναυαγίοις [2]καὶ ποταμοῖς ὑυσθανάτων ἰχθύσι γενέσθαι τροφήν, πολλὰ δὲ τῶν ἐν πολέμοις θνησκόντων ἢ κατ' ἄλλην τινὰ τραχυτέραν αἰτίαν καὶ πραγμάτων περίστασιν ταφῆς ἀμοιρούντων τοῖς προστυγχάνουσι ζώοις προκεῖσθαι βοράν. Τῶν οὖν οὕτως ἀναλισκομένων σωμάτων, καὶ τῶν ταῦτα συμπληρούντων [3]μερῶν καὶ μορίων εἰς πολὺ πλῆθος ζώων διαθρυπτομένων· καὶ διὰ τῆς 44
τροφῆς [4]τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασιν ἑνουμένων, πρῶτον μὲν τὴν διάκρισιν τούτων φασὶν ἀδύνατον, πρὸς δὲ ταύτῃ τὸ δεύτερον ἀπορώτερον. Τῶν γὰρ τὰ σώματα [5]τῶν ἀνθρώπων ἐκβοσκηθέντων ζώων, [6]ὁπόσα πρὸς τροφὴν ἀνθρώποις ἐπιτήδεια, διὰ τῆς τούτων γαστρὸς ἰόντων καὶ τοῖς τῶν μετειληφότων σώ-

12. *διατεθρυμμένον*] Act. *διατεθρεμμένον*.

13. *εἴωθε*] Clar. 2 *εἴωθεν*. — *Ἐκεῖθεν*: h. e. ab illis animalibus.

14. *μέρεσι καὶ μορίοις*] Eadem formula deprehenditur cc. 4. 5. 6. 8. 16. 17. Cf. c. 2. n. 19. Nullam esse puto, ut Marani verbis utar, in prima voce difficultatem: et quum saepe in hoc opere occurrat, membra corporis ubique videtur significare. At quid sit *μόριον* fateor mihi non ita facile visum esse, nec sine plurima inquisitione perspexi membrorum partes hac voce designari. Supra c. 2 opponitur *μόριον* toti membro. Praeterea humores, pituitas, bilem et alia huiusmodi nequaquam hoc vocabulo significat Athenagoras, qui c. 7 declarat „resurgentia corpora ex propriis iterum partibus constare, nihil autem ex iis quae humida aut sicca, calida aut frigida dicuntur aut partem esse aut partis locum et speciem occupare, immo non semper in partibus alimentum accipientibus permanere, nec cum resurgentibus resurgere, nihil tum conferente ad vitam sanguine sive pituita sive bili sive spiritu." — Pro κἂν ... κἂν, quod sequitur, Act. καὶ ... καὶ.

pientiae fuerit etiam id quod discerptum est ab omnis generis animalium multitudine, quaecumque eiusmodi corporibus accurrere solent suamque ex illis satietatem capere, inde separare, et propriis membris et membrorum partibus iterum adiungere, etiamsi in unum ex illis animalibus migraverit, etiamsi in multa, etiamsi inde in alia, etiamsi cum illis ipsis unâ dissolutum ad prima principia secundum naturalem dissolutionem redierit: quod quidem nonnullos visum est maxime perturbare eosque sapientiae laude insignes, quibus graves nescio quo pacto visae sunt quae a vulgo iactantur dubitandi rationes.

4. Hi scilicet dicunt multa eorum corpora, qui in naufragiis et fluminibus misere perierunt, escam piscibus facta esse, multa item eorum, qui in bello obierunt aut ob aliam tristiorem aliquam causam et calamitatem sepultura caruerunt, quibuslibet feris exposita esse ad vorandum. Quum ergo sic absumta fuerint corpora, quumque membra et membrorum partes ex quibus constabant in plurimas belluas dilaniata et cum earum corporibus per nutritionem coagmentata fuerint: primo quidem fieri posse negant ut inde eliciantur, deinde vero aliud esse difficilius dicunt. Nam quum pastae humanis corporibus belluae, quotquot ad homines alendos aptae sunt, in eorum ventrem descendant et cum edentium corporibus

15. *χωρήσῃ*] Arg. *χωρήσειν*.

16. *ἐκείνοις αὐτοῖς*] Sic Par. 1. Clar. 1. Aet. Pariter supra *τούτων αὐτῶν*, c. 6 *ταύτης γε αὐτῆς*, c. 8 *τούτοις αὐτοῖς*, Suppl. c. 34 *τούτους αὐτούς*. Cf. ibi n. 10. Caeteri codd. msti *αὐτοῖς ἐκείνοις*. Pro *συνδιαλυθὲν* et *ἐνεχθῇ* Big. *συνδιαλυθῇ* et *ἐνεχθῆναι*.

17. *διακορήσεις*] Aet. *διακορήσεις*.

1. *δέ γε*] Big. *δὴ γάρ*, quae quidem lectio placet Marano. Sed non est quod offendas in illis particulis: *δέ* orationem pergit, *γε* ad *οὗτοι* pertinet. Cf. Klotz. ad Devar. p. 361. Clar. 2 *φασὶ*, sine *γε*. Cf Suppl. c. 1. n. 2, c. 12. n. 22. al. Mox Aet. *ἐναγγίοις* pro *ἐν ναναγίοις*.

2. *καὶ*] Arg. Par. 3. Clar. 2. Big. *ἤ*. Cf. c. 23. n. 12.

3. *μερῶν κ. μορίων*] Cf. c. 3. n. 14.

4. *τοῖς*] Deest Clar. 2. Tum Aet. *τρεπομένων*.

5. *τῶν*] Non est in Aet.

6. *ὁπόσα*] Par. 3 et Clar. 2 *ὁμοίως ὡς*.

μασιν ἐνουμένων, ἀνάγκην εἶναι [7]πᾶσαν, τὰ μέρη τῶν ἀνθρώπων, ὁπόσα τροφὴ γέγονε τοῖς μετειληφόσι [8]ζώοις, πρὸς ἕτερα τῶν ἀνθρώπων μεταχωρεῖν σώματα, τῶν μεταξὺ [9]τούτους τραφέντων ζώων τὴν ἐξ ὧν ἐτράφησαν τροφὴν διακορθμευόντων B εἰς ἐκείνους τοὺς ἀνθρώπους ὧν [10]ἐγένετο τροφή. Εἶτα τούτοις ἐπιτραγῳδοῦσι τὰς ἐν [11]λιμοῖς καὶ μανίαις τολμηθείσας τεκνοφαγίας καὶ τοὺς κατ' ἐκβουλὴν ἐχθρῶν ὑπὸ τῶν γεννησαμένων [12]ἐδηδεσμένους παῖδας, καὶ [13]τὴν Μηδικὴν τράπεζαν ἐκείνην καὶ τὰ τραγικὰ δεῖπνα Θυέστου καὶ τοιαύτας δή τινας ἐπισυνείρουσι [14]παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις πεπονηρευμένας συμφοράς· ἔκ τε τούτων κατασκευάζουσιν, ὡς νομίζουσιν, ἀδύνατον τὴν ἀνάστασιν, ὡς οὐ δυναμένων τῶν [15]αὐτῶν μερῶν ἑτέ- C ροις τε καὶ ἑτέροις συναναστῆναι σώμασιν, ἀλλ' ἤτοι τὰ τῶν προτέρων συστῆναι [16]μὴ δύνασθαι, μετειληλυθότων τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν πρὸς ἑτέρους, ἢ τούτων ἀποδοθέντων τοῖς προτέροις ἐνδεῶς ἔχειν τὰ τῶν ὑστέρων.

5. [1]Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι πρῶτον μὲν τὴν τοῦ δημιουργήσαντος καὶ διοικοῦντος τόδε τὸ πᾶν ἀγνοεῖν δύναμίν τε καὶ σοφίαν, ἑκάστου ζώου φύσει καὶ γένει τὴν προσφυῆ καὶ κατάλληλον συναρμόσαντος τροφήν, καὶ μήτε πᾶσαν φύσιν πρὸς

7. πᾶσαν] Arg. πᾶσι.

8. ζώοις] Nannius ζώης (sic) mendose.

9. τούτοις] Scil. τῶν ἀνθρώπων σώμασι. Par. 3 et Clar. 2 τούτων.

10. ἐγένετο] Nempe ζῶα. Par. 3 et Clar. 2 ἐγένοντο.

11. λιμοῖς] Clar. 2 λιμῷ. Idem καὶ omisit. Tum Aet. et Nannius ἐπιτολμηθείσας.

12. ἐδηδεσμένους] Arg. ἐδηδεμένους et Clar. 2 ἐδηδομένους.

13. τὴν Μηδ. τράπεζαν] Scholion in marg. Par. 1 (prima manu): Ἦν Ἄρπαγος [cod. Ἄρπαλος] ἐθοινᾶτο [cod. ἐθύνατο], ὅτι Κῦρον περιέσωσεν. Ἡ ἱστορία παρ' Ἡροδότῳ. Harpagus filii sui membra ab Astyage apposita imprudens comedit. Her. I. c. 119. Cf. Diogen. 6, 37.

14. παρ' Ἕλλ. κ. βαρβ.] Clar. 2 οὐ παρὰ βαρβάροις μόνον ἀλλὰ καὶ πάρ' Ἕλλησι. Barbaros carne humana vescentes quod attinet, videsis Aelian. Var. hist. IV. c. 1 et Pompon. Mel. II. c. 1.

15. αὐτῶν] Clar. 1 αὐτοῦ.

16. μὴ] Aet. καὶ.

1. Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν κτλ.] Scholion in marg. Par. 1 (manu saec. XI) et 2: Λύσις τῶν τοιού-

coagmententur: necesse esse omnino ut hominum corpora, quaecumque belluas istas aluere, in alia hominum migrent corpora, quippe quum belluae, quas interim aluere, acceptum alimentum in eos homines traiiciant quibus ipsae in cibum cedunt. Tum his tragice addunt liberos quos parentes fame aut insania urgente ausi sunt vorare et puerōs quos per inimicorum insidias appositos epulati sunt, simulque Medicam illam mensam et tragicas coenas Thyestis et alia huiusmodi adnectunt novo calamitatis genere apud Graecos et barbaros perpetrata: ex quibus efficiunt, ut ipsis quidem videtur, impossibilem esse resurrectionem, quum eaedem partes cum aliis et aliis corporibus exsuscitari non possint, nam aut priorum corpora consistere non posse, partibus ex quibus constabant ad alios traductis, aut, si hae [partes] prioribus reddantur, imperfecta fore [corpora] posteriorum.

5. Sed mihi videntur eiusmodi homines primum quidem conditoris et gubernatoris universorum potestatem et sapientiam ignorare, qui uniuscuiusque animalis naturae et generi congruentem et aptum accommodavit cibum, ac neque omnem

των ἀπόρων. Ἀρέθα. [Omiserunt Ἀρέθα (sic) Par. 2 et Dech. — Quae igitur sequuntur ex scripto aliquo illius archiepiscopi Caesariensis desumta sunt: penes quem fuit Par. 1: Proll. p. XIII.] Εἰ μὲν [Par. 2 et Dech. μὲν οὖν] ἐν ταὐτῷ τὸ ληφθὲν εἰς τροφὴν [Dech. omisit εἰς τρ. contra codd. mstos] μεμενήκοι τῷ ζώῳ ἀμεταβλήτως, εἶχεν ἄν τινα ἀνθολκὴν ὁ λόγος καὶ πρὸς τὴν συνκατάθεσιν ἀπορίαν· ἐπειδὴ δὲ [omisit δὲ Dech. contra codd.] ποταμίων δίκην ῥευμάτων τὸ μὲν τῆῃ τροφῇς ὑπεισῆλθεν τοῦ [Par. 2 ὑπεισθέτου pro ὑπ. τοῦ, Dech. ὑπεισεθέτου] τέως συγκροτηκότος τὸν εἰληφότα ὑπεξελθόντος καὶ πρὸς τὰ συστήσαντα στοιχεῖα προκεχωρηκότος, ὡς μηδὲ τὸν αὐτὸν εἰλικρινῶς τὸν σήμερον ὄντα τῷ χθὲς χρηματίζειν, τί ἂν ἄπορον τῷ τὴν ἀρχὴν ἡμῶν ἑκάστῳ [Dech. ἑκάστων contra codd.] τῆς συστάσεως ἐκεῖθεν ἐνδόντι, πάλιν ἐξ [hanc vocem Dech. omisit contra codd.] ἐκείνων ἐρανιζομένῳ τὰ γνήσια καὶ προσήγορα τῷ διασκεδασθέντι [Dech. τοῖς διασκεδασθεῖσι contra codd.] εἰς ἐκεῖνα ἀνεκπλήκτως, τῶν ὀθνείων τὴν ὁλοκληρίαν ἡμῖν προμηθεύσασθαι [Par. 2 et Dech. τὴν εὐκληρίαν ἡμῖν ταμιεύσασθαι];

ἕνωσιν ἢ κρᾶσιν παντὸς σώματος λέναι [2]δικαιώσαντος μήτε πρὸς D
διάκρισιν τῶν ἑνωθέντων ἀπόρως ἔχοντος, ἀλλὰ καὶ τῇ καθ'
ἕκαστον φύσει τῶν γενομένων τὸ ὁρᾶν ἢ πάσχειν ἃ πέφυκεν
ἐπιτρέποντος, ἄλλοτε [3]καὶ κωλύοντος, καὶ πᾶν ὃ βούλεται καὶ
πρὸς ὃ βούλεται συγχωροῦντος ἢ μεταστρέφοντος· πρὸς δὲ [4]τοῖς
εἰρημένοις μηδὲ τὴν ἑκάστου τῶν τρεφόντων ἢ τρεφομένων ἐπε-
σκέφθαι δύναμίν τε καὶ φύσιν. [5]Ἢ γὰρ ἂν ἔγνωσαν ὅτι μὴ
πᾶν ὃ προσφέρεταί τις ὑπενδόσει τῆς ἔξωθεν [6]ἀνάγκης, τοῦτο
γίνεται τῷ ζώῳ τροφὴ [7]προσφυής· ἀλλὰ τὰ μὲν ἅμα τῷ προσ- 45
ομιλῆσαι τοῖς [8]περιπτυσσομένοις τῆς ποιλίας μέρεσι φθείρεσθαι
πέφυκεν, ἐμούμενα τε καὶ διαχωρούμενα καὶ τρόπον [9]ἕτερον
διαφορούμενα, ὡς μηδὲ κατὰ βραχὺ τὴν πρώτην καὶ κατὰ φύσιν
ὑπομεῖναι πέψιν, [10]ἤ που γε τὴν εἰς τὸ τρεφόμενον σύγκρασιν·
[11]ὡσπεροῦν οὐδὲ πᾶν τὸ πεφθὲν καὶ τὴν πρώτην δεξάμενον
μεταβολὴν τοῖς τρεφομένοις μορίοις [12]προσπελάζει πάντως, τινῶν
μὲν κατ' αὐτὴν [13]τὴν γαστέρα τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ἀποκρι-
νομένων, τῶν δὲ κατὰ τὴν δευτέραν μεταβολὴν καὶ τὴν [14]ἐν B
ἥπατι γινομένην πέψιν διακρινομένων, καὶ πρὸς ἕτερόν τι μετα-

2. δικαιώσαντος] Temere Io. A. Fabricius (Hist. crit. de la rép. des lettres T. IX. p. 136) opinatur διοικήσαντος legendum. Maiorem veritatis speciem habet ἄλλοτε, loco ἀλλὰ καὶ, ut respondeat sequenti ἄλλοτε. Arg. non γενομένων sed γεννωμένων. Cf. c. 15. n. 7 et Suppl. c. 4. n. 10.

3. καὶ] Arg. Par. 3. Clar. 2. Big. δὲ. Deinde pro πᾶν ὃ β. Clar. 2 παρ' ὁ β. Idem verba πρὸς ὃ βούλεται praebet bis scripta. Cf. n. 6, c. 15. n. 4, Suppl. c. 14. n. 3.

4. τοῖς εἰρ.] Aet. τοὺς εἰρημένους. Infin. ἐπεσκέφθαι a δοκοῦσιν praecedenti pendet.

5. Ἢ] Nann. Morell. Duc. Maran. ἢ. In his vocalis multum peccatur: Suppl. c. 21. n. 27. c. 22. n. 46. al. Tum μὴ deest Clar. 2. Postea Aet. πᾶς pro πᾶν. Denique Arg. ὅτι (sic) pro ὃ.

6. ἀνάγκης] Arg. ἂν ἀνάγκης. Illud ἂν culpa librarii natum est ex primis literis vocabuli ἀνάγκης. Cf. n. 3.

7. προσφυής] Big. προσφυῶς.

8. περιπτ.] Dechair. περιττυσσομένοις mendose. Paullo ante articulus τῷ, ante προσομ., in Par. 2 et Aet. desideratur.

9. ἕτερον] Deest Aet. — Rechenberg. provocavit ad Nemesium, qui in libro Περὶ φύσεως ἀνθρώπου c. 23 (περὶ τοῦ θρεπτικοῦ) vim animae nutrientis ἀποκριτικὴν scribit ἐκπρίναι τὰ περιττὰ διὰ γαστρός, δι' οὔρων, δι' ἱδρώτων, διὰ στόματος, διὰ

naturam cum quolibet corpore coalescere et commisceri voluit neque eorum quae coaluerunt secernendorum difficultatem experitur, sed etiam singularum creaturarum naturae concedit ut quae sibi congruunt faciat aut patiatur, interdum impedit quoque, et quidquid vult et ad eum quem vult finem concedit aut interpellat; praeterea [videntur] neque eorum quae alunt aut aluntur vim et naturam considerasse. Profecto enim perspexissent non quidquid comedit aliquis, ut necessitati exteriori cedat, id congruens esse animali alimentum: sed nonnulla statim atque circumplicatis ventris partibus excepta sunt corrumpi solere, dum scilicet vomuntur et secernuntur et alio modo eiiciuntur, ita ut ne paullisper quidem primam et naturalem coctionem sustineant, nedum cum partibus quae nutriuntur commisceantur: quemadmodum etiam neque quidquid coctum est et primam immutationem accepit omnino ad partes quae nutriuntur pervenit, quippe quum nonnulla in ipso ventre facultatem nutriendi amittant, alia in secunda immutatione et ea quae in hepate fit coctione secernantur, et

ῥινῶν, δι' ὤτων, δι' ὀφθαλμῶν, διὰ τῆς ἐκκνοῆς, διὰ τῶν ἀδήλων πόρων.

10. ἤ που] Ita codd. msti, Nann. Morell. Dechair. Reliqui edilt. ἦκον. Mox Nannius συντρεφόμενον (Aet.) pro vulg. τρεφόμενον (sic caett. codd. msti).

11. ὡσπερεῖν] = *wie denn auch wirklich*. Valla: *quemadmodum igitur*. Editi ὥσπερ οὖν. Par. 3 et Clar. 2 οὖν omiserunt. Pro οὐδὲ (id omnes codd. msti praebent) Maran. μηδὲ substituit. Respondent verba antecedentibus ἀλλὰ τὰ μὲν πτλ.

12. προσπελάζει] Arg. Par. 3. Aet. Clar. 2 προσπελάζειν. Sic Nannius quoque edidit.

13. τὴν] Non agnoscunt Par. 2. Aet. et Nannius. Idem editor mox ἀποχρωμένων.

14. ἐν ἥπατι] Haec disserit Athenagoras ex mente veterum physicorum, qui docuerunt nobiliorem chyli portionem ad hepar delatam ulterius elaborari, perfici ac in massam sanguineam mutari. Indeque facto sanguine illum ex hepate per venas distribui deferrique ad singulas corporis partes, ut in iis tertia coctione elaboratus in animalis substantiam vertatur. Vide Aemil. Parisanum, Medicum Venetum, l. VI. Exercit. II. c. 3. *Rechenberg.*

χωρούντων ὃ τὴν τοῦ τρέφειν ἐκβέβηκε δύναμιν· καὶ αὐτῆς [15]γε τῆς ἐν ἥπατι γινομένης μεταβολῆς οὐ πάσης [16]εἰς τροφὴν ἀνθρώποις χωρούσης, ἀλλ' εἰς ἃ πέφυκε περιττώματα διακρινομένης· τῆς τε [17]καταλειφθείσης τροφῆς ἐν αὐτοῖς ἐσθ' ὅτε τοῖς τρεφομένοις [18]μέρεσι καὶ μορίοις πρὸς ἕτερόν τι μεταβαλλούσης, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τοῦ [19]πλεονάζοντος ἢ περιττεύοντος καὶ φθείρειν πως ἢ πρὸς ἑαυτὸ τρέπειν τὸ πλησιάσαν εἰωθότος. C

6. Πολλῆς οὖν οὔσης ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις τῆς φυσικῆς διαφορᾶς, καὶ αὐτῆς γε [1]τῆς κατὰ φύσιν τροφῆς ἑκάστῳ γένει ζώου καὶ τῷ τρεφομένῳ σώματι συνεξαλλαττομένης, [2]τριττῆς δὲ κατὰ τὴν ἑκάστου ζώου τροφὴν γινομένης καθάρσεως καὶ διακρίσεως, δεῖ πάντως φθείρεσθαι μὲν [3]καὶ διαχωρεῖν ἢ πέφυκεν ἢ πρὸς ἕτερόν [4]τι μεταβάλλειν πᾶν ὁπόσον ἀλλότριον εἰς τὴν τοῦ ζώου τροφήν, ὡς συγκραθῆναι μὴ δυνάμενον, συμβαίνουσαν δὲ [5]καὶ κατὰ φύσιν εἶναι τὴν τοῦ τρέφοντος σώματος δύναμιν ταῖς τοῦ τρεφομένου ζώου δυνάμεσι, καὶ ταύτην [6]ἐλθοῦσαν δι' ὧν πέφυκε κριτηρίων [7]καὶ καθαρθεῖσαν ἀκριβῶς τοῖς D φυσικοῖς καθαρσίοις εἰλικρινεστάτην γενέσθαι πρόσληψιν εἰς οὐ-

15. γε] Par. 2. Aet. et Nannius δὲ. Tum γινομένης in Clar. 2 excidit.

16. εἰς] Par. 2. Aet. et editi ἐς (c. 15. n. 20).

17. καταλειφθ.] Arg. καταλειφθήσης, Clar. 2. καταλεφθείσης.

18. μέρ. κ. μορ.] Cf. c. 3. n. 14. — Nemesius l. c.: Ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων τοῦ ζώου φυσικῶς ἕλκει πρὸς ἑαυτὸ τὴν οἰκείαν τροφήν, καὶ ἑλκύσας κατέχει καὶ κατασχὸν εἰς ἑαυτὸ μεταβάλλει, καὶ οὕτως τὸ περιττὸν ἐξωθεῖ.

19. πλεονάζ. ἢ περιττ.] Par. 3 et Clar. 2 transpositis vocibus περιττ. ἢ πλεονάζ. In fine εἰωθότως. Pro ἢ περιττ. Big. ἢ ἐλλείποντος, aut quod deficit. Etiam interpres Campid.: „indem das in grösserem oder geringerem Maasse Vorhandene die Oberhand erhält.“ Nannius πρὸς ἑαυτῷ dedit, non πρὸς ἑαυτὸ: id quod in omnibus comparet codd. mstis.

1. τῆς] Aet. et Nann. non exhibent. Postea ἑκάστου Clar. 2 pro ἑκάστῳ.

2. τριττῆς] Sic Par. 1. 3. Arg. Clar. 2; editi (ut Par. 2. Clar. 1. Aet. ?) male τρίτης. Mox iidem illi codd. msti γινομένης offerunt, cuius loco editi γενομένης habent. Cf. c. 7. n. 16 et c. 15. n. 22. Stephanus ante κατὰ vocem τῆς non male fortasse additam fore existimat.

3. καὶ διαχωρεῖν ... πρόσλη-

ad aliud quidpiam commigrent quod a nutriendi facultate alienum sit; et ipsa immutatio, quae in hepate fit, non tota hominibus in alimentum cedit, sed in consuetas superfluitates secernitur: et quod superest alimenti in ipsis illis membris et membrorum partibus, quae nutriuntur, interdum in aliud quidpiam vertitur, prout dominatur id quod redundat aut luxuriat et corrumpere aut in se convertere solet quidquid attigit.

6. Quum igitur multa sit in omnibus animalibus naturae varietas, et ipsum accommodatum ad naturam alimentum pro vario animalis et corporis quod nutritur genere immutetur, quumque triplex sit animalis cuiusque alimentorum expurgatio et secretio: necesse et omnino corrumpi et quo convenit discedere aut in aliud quidpiam mutari quidquid alienum est ab animalis nutritione, quippe quod coalescere non possit, congruentem autem et secundum naturam esse facultatibus animalis, quod nutritur, vim corporis nutrientis, eamque, congruis colis percolatam et accurate naturae secretionibus expurgatam, sincerissimum fieri substantiae incrementum;

ψιν εἰς οὐσίαν] Scholion in marg. Par. 1 (manu saec. XI) et 2: $\overline{\alpha}$. *εἰς ἀποσκυβαλισμὸν ἤτοι κόπρον.* $\overline{\beta}$. *εἰς ἀλλοίωσιν ἀνοίκειον* [Dech. *ἀνοίκειαν* contra codd. mstos] *καὶ ἀπρόσφυλον τῷ τρεφομένῳ* [Dech. *φερομένῳ* contra codd.]. $\overline{\gamma}$. *εἰς εἰλικρινεστάτην ἀλλοίωσιν, ἥτις καὶ* [Par. 2 et Dech. *καὶ* omiserunt] *προσλῆψις ἂν εἴη καὶ πρὸς οὐσίαν χωροῦσα τοῦ τρεφομένου σώματος.* Caeterum in Par. 2, ut apud Dech., desunt $\overline{\alpha}.\overline{\beta}.\overline{\gamma}.$ (= 1°. 2°. 3°.). — Iam vero desinunt scholia Par. 2 in editione Dechairiana. Quae deinceps offero scholia ex Par. 1 et 2 nunc primum prodeunt; mecum communicavit C. B. Hase, illustrissimus manuscriptorum Bibliothecae Parisinae conservator.

4. *τι*] Omisit Nannius. Mox Clar. 2 *ὅσον* pro *ὁπόσον*.

5. *καὶ*] Deest Aet.

6. *ἐλθοῦσαν δι' ὧν περ. κριτηρίων*] Nann.: „postquam descendit per naturalia, ut sic loquar, *cribra et secernicula*.“ Interpr. Camp.: „wenn sie die von der Natur bestimmten Scheidungen durchlaufen hat.“ Triplex enim fit, ut scriptor antea exposuit (comp. c. 5. n. 14), in animantium cibis purificatio et excolatio (*κάθαρσις καὶ διάκρισις*). Itaque patet quid *κριτηρίων* nomine hic designet. Utitur verbo *κρίνειν* in eadem materia pro *χωρίζειν*.

7. *καὶ*] Deest Aet.

σίαν· ἢν δὴ καὶ μόνην ἐπαληθεύων ἄν τις τοῖς πράγμασιν [8] ὀνομάσειεν τροφήν, ὡς ἀποβάλλουσαν πᾶν ὁπόσον ἀλλότριον καὶ βλαβερὸν εἰς τὴν τοῦ τρεφομένου ζώου σύστασιν καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ὄγκον [9] ἐπεισαχθέντα πρὸς τὴν τῆς γαστρὸς ἀποπλήρωσιν καὶ τὴν τῆς ὀρέξεως θεραπείαν. Ἀλλὰ [10] ταύτην μὲν οὐκ ἄν τις ἀμφισβητήσειεν ἑνοῦσθαι τῷ τρεφομένῳ σώματι, [11] συνδιαπλεκομένην τε καὶ περιπλαττομένην πᾶσι τοῖς τούτου μέρεσι καὶ μορίοις· τὴν δὲ ἑτέρως [12] ἔχουσαν καὶ παρὰ φύσιν φθείρεσθαι μὲν ταχέως, ἢν ἐρρωμενεστέρᾳ συμμίξῃ δυνάμει, φθείρειν δὲ σὺν εὐμαρείᾳ τὴν κρατηθεῖσαν, εἵς τε μοχθηροὺς ἐκτρέπεσθαι χυμοὺς καὶ φαρμακώδεις ποιότητας, ὡς μηδὲν οἰκεῖον ἢ φίλον τῷ τρεφομένῳ σώματι φέρουσαν. Καὶ τούτου τεκμήριον μέγιστον τὸ πολλοῖς τῶν τρεφομένων ζώων ἐκ τούτων ἑπακολουθεῖν [13] ἄλγος ἢ κίνδυνον ἢ θάνατον, ἢν ὑπὸ σφοδροτέρας ὀρέξεως τῇ τροφῇ καταμεμιγμένον συνεφελκύσηταί τι [14] φαρμακῶδες καὶ παρὰ φύσιν· ὃ δὴ καὶ πάντως [15] φθαρτικὸν ἂν εἴη τοῦ τρεφομένου σώματος, εἴ γε τρέφεται μὲν τὰ τρεφόμενα τοῖς οἰκείοις καὶ κατὰ B φύσιν, φθείρεται δὲ τοῖς ἐναντίοις. Εἴπερ οὖν τῇ διαφορᾷ τῶν τῇ φύσει διαφερόντων ζώων ἡ κατὰ φύσιν [16] συνδιήρηται τροφή, καὶ ταύτης γε αὐτῆς [17] οὔτε πᾶν ὅπερ ἂν προσενέγκηται τὸ ζῶον οὔτε τὸ τυχὸν ἐκ τούτου τὴν πρὸς τὸ τρεφόμενον σῶμα

8. *ὀνομάσειεν*] Arg. Par. 3. Clar. 2 *ὀνομάσειε*. Cf. Suppl. c. 1. n. 2. Paullo antea Aet. *τι* pro *τις*.

9. *ἐπεισαχθέντα*] Ferri utcunque potest hoc participium *ἐπεισαχθέντα* [Nann.: *infarctum et inculcatum*] ab *ἐπεισάγομαι*. Sed aut valde fallor aut scriptum reliquit Athenagoras *ἐπισαχθέντα* per *ι* non *ει*, ab *ἐπισάττομαι*. [Par. 1 in marg. *ἐπισαχθέντα*. Arg. *τὸν πολλὴν ἐ. ὅ. ἐπισχυθέντα*, sed supra *ι* scriptum est *ει* et in marg. ab alia eaque antiquâ manu *ἐπεισαχθέντα*.] Significat enim *ἐπισάττομαι* non solum *sternor*, *insternor*, sed etiam *accumulor*: unde *ἐπισαχθεὶς* vel *ἐπισεσαγμένος accumulatus*, *congestus*: ut ita hic interpretaremur: „et magnam illam molem ad saburrandum ventrem-congestam.“ Suum tamen cuique hic relinquo iudicium. [Maranus coniecturam istam assensu comprobavit.] Tolerari enim potest, ut dixi, etiam lectio *ἐπεισαχθέντα*. *Stephanus*.

10. *ταύτην μὲν*] Par. 2. Clar. 1 (?) Aet. et Ms. Vall. nec non editores (Marano excepto) addunt *τὴν εἰλικρινεστάτην*. Nannius reddidit

quam quidem solam alimentum appellaverit, si quis vera nomina rebus imponat, ut quae quidquid alienum et noxium est nutriendi animalis constitutioni et magnum illud pondus ad ventrem implendum et ad famem satiandam inculcatum abiiciat. Sed hoc quidem alimentum nemo dubitaverit cum corpore quod alitur coalescere, implicatum et conglutinatum omnibus eius membris et membrorum partibus: quod vero aliter se habet et a natura alienum est cito corrumpi, si in maiores vires inciderit, facile autem corrumpere si vicerit, et in pravos succos et venenatas qualitates converti, quippe quum corpori nutriendo nihil cognatum aut amicum ferat. Et huius rei maximum signum est quod in multis animalibus ex eiusmodi alimentis consequatur dolor aut periculum aut mors, si prae acriori appetitione aliquid venenosi et a natura alieni admixtum alimento traxerint: quod quidem corpori, quod alitur, perniciem omnino affert, siquidem quae aluntur cognatis et ad naturam accommodatis rebus aluntur, corrumpuntur vero contrariis. Igitur si pro varia animalium natura variae sunt ciborum naturae congruentium species, nec quidquid ex his ipsis [cibis] ab animali sumtum fuerit id cum corpore, quod alitur, totum coalescit, immo nec pars illius quaelibet, sed

hanc sincerissimam alimoniam. Equidem expunxi, quum a Par. 1. 3. Arg. Clar. 2. Big. absint. Habentur in marg. Par. 1 et Arg. (ἤγουν τὴν εἰλικρινεστάτην), ut ad lectorem monendum apposita: quod argumento est in aliorum codicum textum e margine irrepsisse. Mox Clar. 2 ἀφισβητήσειεν. Idem posthac τῷ σώματι τῷ τρεφομένῳ.

11. συνδιαπλεκομένην] Sic Par. 1. 3. Arg. Clar. 2. Big. Caeteri codd. msti aeque ac editi συμπλεκομένην. Amat Athenagoras istiusmodi composita. Dein Arg. τούτων pro τούτου, sc. τ. σώματος. De μέρεσι κ. μορίοις adi c. 3. n. 14.

12. ἔχουσαν] Nempe τροφήν. Big. ἔχοντος.

13. ἄλογος] Arg. ἀλόγως et supra lineam ἄλγα.

14. φαρμακῶδες] Aet. φαρμακόδους.

15. φθαρτικὸν] Clar. 2 φαρτικὸν. Mox Aet. τρεπομένου, non τρεφομένου.

16. συνδιήρηται] Clar. 2 διήρηται. Aet. τροπή pro τροφή.

17. οὔτε] Aet. ὅτι.

δέχεται [18] σύγκρασιν, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ διὰ πάσης πέψεως κε-
καθαρμένον καὶ [19] μεταβεβληκὸς εἰλικρινῶς πρὸς τὴν τοῦ ποιοῦ
σώματος ἕνωσιν καὶ τοῖς τρεφομένοις μέρεσιν εὐάρμοστον, εὔδη-
λον ὡς [20] οὐδὲν τῶν παρὰ φύσιν ἐνωθείη ποτ' ἂν τούτοις οἷς οὐκ
ἔστι τροφὴ προσφυὴς καὶ κατάλληλος, ἀλλ' ἤτοι κατ' αὐτὴν τὴν C
κοιλίαν διαχωρεῖ, πρὶν ἕτερόν τινα γεννῆσαι χυμόν, ὠμὸν καὶ
διεφθαρμένον, ἢ συστὰν ἐπὶ [21] πλεῖον τίκτει πάθος ἢ νόσον
δυσίατον, συνδιαφθείρουσαν καὶ τὴν κατὰ φύσιν τροφὴν ἣ καὶ
αὐτὴν τὴν [22] τῆς τροφῆς δεομένην σάρκα. Ἀλλὰ κἂν ἀπωσθῇ
ποτε, φαρμάκοις τισὶν ἢ σιτίοις βελτίοσιν ἢ ταῖς φυσικαῖς
[23] δυνάμεσι νικηθέν, μετ' οὐκ ὀλίγης ἐξερρύη τῆς βλάβης, ὡς
μηδὲν [24] φέρον τοῖς κατὰ φύσιν εἰρηνικὸν διὰ τὸ πρὸς τὴν
φύσιν ἀσύγκρατον.

7. Ὅλως δὲ κἂν συγχωρήσῃ τις τὴν ἐκ τούτων εἰσιοῦσαν
τροφήν (προσειρήσθω δὲ τοῦτο συνηθέστερον), καίπερ οὖσαν D
παρὰ φύσιν, διακρίνεσθαι καὶ μεταβάλλειν εἰς ἕν τι τῶν ὑγραι-
νόντων ἢ [1] ξηραινόντων ἢ θερμαινόντων ἢ ψυχόντων, οὐδ' οὕ-
τως ἐκ τῶν συγχωρηθέντων [2] αὐτοῖς γενήσεταί τι προὔργου, τῶν
[3] μὲν ἀνισταμένων σωμάτων ἐκ τῶν οἰκείων μερῶν [4] πάλιν συν-
ισταμένων, οὐδενὸς δὲ τῶν εἰρημένων μέρους ὄντος, [5] οὐδὲ
τὴν ὡς μέρους ἐπέχοντος σχέσιν ἢ τάξιν, οὐ μὴν οὐδὲ παρα-
μένοντος πάντοτε τοῖς [6] τρεφομένοις τοῦ σώματος μέρεσιν, ἢ συν-
ανισταμένου [7] τοῖς ἀνισταμένοις, οὐδὲν συντελοῦντος ἔτι πρὸς
τὸ ζῆν οὐχ αἵματος [8] οὐ φλέγματος οὐ χολῆς οὐ πνεύματος. 47

18. *σύγκρασιν*] Clar. 2 *σύκρασιν*.

19. *μεταβεβληκὸς*] Act. et Nannius *μεταβεβηκός*. Tum Arg. non *ποιοῦ* sed *τοιούτου*.

20. *οὐδὲν*] Par. 3 et Clar. 2 *οὐδὲν ἂν*, et mox *πότε* (sic) pro *ποτ' ἂν*.

21. *πλεῖον*] Par. 3 et Clar. 2 *πλέον*. Haec tantum forma in Supplicatione deprehenditur.

22. *τῆς*] Galland. (cum. exemplo Mar. Veneto) mendose praetermisit. Paullo antea Act. *κατὰ αὐτὴν* pro *καὶ αὐτὴν*.

23. *δυν. νικ.*] Par. 3 et Clar. 2 *δυνάμεσιν ἡττηθέν*. Deinde Act. *οὖσα* pro *οὐκ*, et *ἐξερύη* pro *ἐξερ-
ρύη*.

24. *φέρον τοῖς*] Nannius *φέροντες*. In fine Arg. *ἀσύγκριτον*, non *ἀσύγκρατον*.

ea tantum quae omni coctione expurgata et ad sinceram cum certo quodam corpore coagmentationem immutata et partibus nutriendis accommodata sit: liquet nihil umquam a natura alienum cum iis coagmentatum iri quibus nec aptum nec congruum est alimentum, sed aut crudum et corruptum per ipsam alvum eiici, antequam alium quempiam succum gignat, aut, si diutius consistat, dolorem ab eo gigni et morbum vix curabilem, qui aut cibum naturae congruentem aut ipsam carnem alimento egentem corrumpit. Sed etiamsi pellatur aliquando, aut quibusdam medicamentis aut cibis melioribus aut facultatibus naturalibus superatum, non sine magno discedit damno, quippe quum nihil pacificum ferat iis quae secundum naturam sunt, propterea quod cum natura coalescere non possit.

7. Omnino autem etiamsi quis concedat intromissum ex eiusmodi rebus alimentum (ita enim appelletur consuetudinis causa), quamquam praeter naturam sit, secerni et immutari in aliquid humidum aut siccum aut calidum aut frigidum, ne sic quidem his concessis quidquam promovebunt, propterea quod resurgentia corpora ex propriis iterum partibus constent, nulla autem earum rerum quas diximus pars [corporis] sit, neque partis speciem aut locum occupet, immo neque semper in partibus corporis alimentum accipientibus permaneat, neque cum resurgentibus resurgat, nihil tum ad vitam conferente sanguine sive pituita sive bili sive spiritu. Neque

1. ξηραινόντων] Nann. ξηραντόντων.

2. αὐτοῖς] Aet. αὐτῆς.

3. μὲν] Aet. et Nannius omiserunt.

4. πάλιν] Aet. et Nannius non agnoscunt. Verba ἐκ τῶν οἰκείων μ. π. συνισταμένων in Arg. absunt. Mox δὲ, post οὐδενὸς, in Aet. excidit.

5. οὐδὲ τὴν] Par. 3 et Clar. 2 οὐθ' ὅλως. Pro ὡς Arg. εἰς. Non ἢ τάξιν Aet. sed καὶ τάξιν.

6. τρεφομένοις] Aet. τρεφομένων.

7. τοῖς] Par. 3. Clar. 2 et Maranus praetermiserunt.

8. οὐ] Exulat ab Aet. Verba οὐ χολῆς οὐ πνεύματος non habentur in Par. 1 et Arg.; nec leguntur οὐ πνεύματος in Par. 3 et Clar. 2.

[9] *Οὐδὲ γὰρ ὧν ἐδεήθη ποτὲ τὰ τρεφόμενα σώματα δεηθήσεται καὶ τότε, συνανηρημένης τῇ τῶν τρεφομένων ἐνδείᾳ καὶ φθορᾷ τῆς ἐξ ὧν ἐτρέφετο χρείας. Ἔπειθ' ὅτι κἂν μέχρι σαρκὸς φθάνειν τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης τροφῆς* [10] *μεταβολὴν ὑποθοῖτό τις, οὐδ' οὕτως ἀνάγκη τις ἔσται τὴν νεωστὶ μεταβληθεῖσαν ἐκ τῆς* [11] *τοιᾶσδε τροφῆς σάρκα, προσπελάσασαν ἑτέρου τινὸς ἀνθρώπου σώματι, πάλιν ὡς μέρος εἰς τὴν ἐκείνου τελεῖν συμπλήρωσιν, τῷ μήτε αὐτὴν τὴν προσλαμβάνουσαν σάρκα πάντοτε φυλάττειν ἣν* B *προσείληφε, μήτε τὴν ἐνωθεῖσαν* [12] *ταύτῃ μόνιμον εἶναι καὶ παραμένειν ᾗ προσετέθη, πολλὴν δὲ καὶ τὴν ἐπὶ θάτερα δέχεσθαι μεταβολήν, ποτὲ μὲν πόνοις ἢ φροντίσι διαφορουμένην, ἄλλοτε δὲ* [13] *λύπαις ἢ καμάτοις ἢ νόσοις συντηκομένην, καὶ ταῖς ἐξ* [14] *ἐγκαύσεως ἢ περιψύξεως ἐπιγενομέναις δυσκρασίαις, μὴ συμμεταβαλλομένων σαρκὶ καὶ πιμελῇ τῶν δημῶν ἐν τῷ μένειν ἅπερ* [15] *ἐστὶν τὴν τροφὴν δεχομένων. Τοιούτων δὲ* [16] *γινομένων ἐπὶ τῆς σαρκὸς παθημάτων, πολύ γ' ἔτι μᾶλλον εὕροι τις ἂν ταῦτα πάσχουσαν τὴν ἐξ ἀνοικείων τρεφομένην σάρκα, νῦν μὲν εἰς* C *ὄγκον προϊοῦσαν καὶ πιαινομένην ἐξ ὧν* [17] *προσείληφεν, εἶτα πάλιν ἀποπτύουσαν ὃν ἂν τύχῃ τρόπον καὶ* [18] *μειουμένην ἢ μιᾷ τινι τῶν ἔμπροσθεν ῥηθεισῶν αἰτιῶν ἢ πλείοσι·* [19] *μόνα δὲ πα-*

9. *Οὐδὲ γὰρ κτλ.*] Scholion in marg. Par. 1 et 2: *Ὡραῖον* [deest Par. 2] *καὶ καταναγκαστικὸν εἰς συγκατάθεσιν.* — Particula *καὶ* ante *τότε* in Aet. locum non obtinet. Pro *τῶν τρεφομένων* Clar. 1 *τοῦ τρεφομένου*.

10. *μεταβολὴν*] Aet. *καταβολὴν*. Maranus transtulit: „Huc accedit quod, etiamsi quis" etc. Cf. Suppl. c. 4. n. 1 et c. 20. n. 20.

11. *τοιᾶσδε*] Par. 3 et Clar. 2 *τοιαύτης*. Mox Aet. *προσπελασάσας*.

12. *ταύτῃ*] Priores editt. cum *μόνιμον* iunxerunt, Maran. cum *ἐνωθεῖσαν*. Valla pronomen non transtulit. Arg. *ταύτην*. Aet. *προετέθη* pro *προσετέθη*.

13. *λύπαις*] Aet. *πόσαις*, omisso *δὲ* praegresso.

14. *ἐγκαύσ.*] Arg. *ἐκκαύσεως*. Tum Clar. 2 *ἐπιγινομέναις*.

15. *ἐστὶν*] Clar. 2 *ἐστι*. Cf. Suppl. c. 1. n. 2. Imprudenter Dechair. verba *ἐν τῷ μένειν* commatibus censuit includenda esse.

16. *γινομένων*] Id Stephani monitu reposui (Par. 1?); Maran. *ἐπιγινομένων* (Par. 2), priores editt. *γενομένων* (ut caett. codd. msti). Cf. c. 6. n. 2.

17. *προσείληφεν*] Ita codd. msti

enim quibus rebus aliquando egebant corpora, tum quum alerentur, iisdem etiam tunc temporis egebunt, una cum illius, qui alebatur, indigentia et corruptione etiam eorum ex quibus alebatur usu sublato. Iam si quis ponat inductam ex eiusmodi alimento immutationem certe ad carnem usque pervenire, ne sic quidem necesse fuerit mutatam recenter ex eiusmodi alimento carnem, si alterius hominis corpori accedat, rursus in partis loco ad eius complementum censeri, quippe quum neque ipsa caro, quae adsciscit, eam semper retineat quam adscivit, neque ea, quae adscita est, ibi constanter permaneat quo accessit, sed multam in diversa mutationem accipiat; nunc doloribus vel curis dissipata, nunc moeroribus vel laboribus vel morbis, et exortis ex aestu aut frigore intemperiis tabefacta, humoribus, qui cum carne et adipe immutantur, non accipientibus alimentum ut id quod sunt permaneant. Quum autem talia caro patiatur, certe multo magis haec pati reperias nutritam ex cibis haud congruentibus carnem, nunc turgescentem et pinguescentem ex iis quae accepit, deinde rursus abiicientem quolibet modo et imminutam ex causarum quas prius diximus una aliqua

(Aet. προείληφεν); editi προσείληφε.

18. μειουμένην] Aet. κειουμένην. Cum praecedente part. ἀποπτύουσαν cogitatione suppleas ἃ προείληφεν, *cibos assumtos*. Ex πλείοσι, quod mox legitur, Galland. (cum exemplo Mar. Veneto) πλείοσι fecit.

19. μόνα] Nempe ἐκ τούτων ἃ προείληφεν ἡ σάρξ, *lediglich die Nahrung bleibe in den Gliedern des Körpers* (τὰ μέρη, membra corporis, c. 2. n. 19. c. 3. n. 14), *welche* etc. Cum participiis τὴν ἐξειλεγμένην et προσπεφυκυῖαν animo σάρκα subaudias. Editores, Naunium secuti, μόνα de carne interpretati sunt, ita quidem, ut verba τὴν ὑ. τ. φ. ἐξειλεγμ. κτλ. appositionis locum obtinerent: „solam autem manere eam carnem, quae colligandi, condensandi, fovendi vim habet, nimirum quae electa sit a natura" etc. Marano videtur legendum μόνην, scil. σάρκα: „eam autem, quae a natura electa est et iis adhaerescit quibuscum vitam naturae congruentem vitaeque labores adimplet, solam in partibus, quae ab ea colligari et contineri et foveri solent [interpr. Camp.: „zu deren Verbindung, Bedeckung und Erwärmung es von Natur bestimmt ist"], permanere." Athenagoras τὴν ὑπὸ τῆς

φαρέσειν τοῖς μέρεσιν ἃ συνδεῖν ἢ στέγειν ἢ θάλπειν πέφυκεν τὴν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξειλεγμένην καὶ τούτοις προσπεφυκυῖαν οἷς τὴν κατὰ φύσιν συνεξέπλησε ζωὴν καὶ τοὺς ἐν τῇ ζωῇ πόνους. [20] Ἀλλ' οὔτε γὰρ καθ' ὃ δεῖ κρινομένων τῶν ἔναγχος ἐξητασμένων, οὔτε κατὰ συγχώρησιν παραδεχθέντων τῶν ἐπ' ἐκείνοις γεγυμνασμένων, ἀληθὲς δεικνύναι δυνατὸν τὸ πρὸς αὐτῶν λεγόμενον, οὔτ' ἂν συγκραθείη ποτὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα τοῖς τῆς αὐτῆς οὔσι φύσεως, κἂν ὑπ' ἀγνοίας ποτὲ κλαπῶσι τὴν αἴσθησιν δι' ἑτέρου τινὸς μεταschόντες τοιούτου σώματος, κἂν αὐτόθεν ὑπ' ἐνδείας ἢ μανίας ὁμοειδοῦς τινος μανθῶσι σώματι· [21] εἴ γε μὴ λελήθασιν ἡμᾶς ἀνθρωποειδεῖς τινες ὄντες θῆρες, ἢ μικτὴν ἔχοντες φύσιν ἐξ ἀνθρώπων καὶ θηρίων, οἵους πλάττειν εἰώθασιν οἱ τολμηρότεροι τῶν ποιητῶν. D

8. Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν μηδενὶ ζῴῳ [1] πρὸς τροφὴν ἀποπληρωθέντων σωμάτων, μόνην δὲ τὴν εἰς γῆν ταφὴν ἐπὶ 48

φύσεως ἐξειλεγμένην vocat eam carnem quae talis est qualis debet esse, non contrariam naturae, sed veram ac genuinam, et τούτοις προσπεφυκυῖαν propriis cibis nutritam iisque affinem ac congenitam. Fortasse sunt qui pro ἐξειλεγμένην legerent ἐξειλιγγμένην. Non muto. Etiam Demosthenes 30, 34 (ed. Bekk.) εἴλεγμαι et Euripides Troad. 296 εἰλεγμένας vulgo exhibent. Pro πέφυκεν Clar. 2 πέφυκε. Cf. n. 15. Arg. non συνεξέπλησε sed συνεξέπληξε, ita tamen, ut σε supra ξε scriptum sit.

20. Ἀλλ' etc.] Dechair. verba οὔτε γὰρ ... λεγόμενον perverse semicirculis inclusit. Act. et Big. παρὰ συγχώρησιν pro κατὰ συγχώρησιν. Iam supra, c. 3. n. 11, complures laudavi patres, qui eidem difficultati ab incredulis obiectae responderunt; sed responderunt alio modo atque Athenagoras, qui hanc quaestionem uberrime ac sagacissime tractavit. Hunc unum ut afferam, S. Augustinus loco supra citato argumentum proponit sic: „Quaeritur, cum caro mortui hominis etiam alterius fit viventis caro, cui potius eorum in resurrectione reddatur? Si enim quispiam confectus fame atque compulsus vescatur cadaveribus hominum, ... num quisquam veridica ratione contendet totum digestum fuisse per imos meatus nihilque inde in eius carnem mutatum atque conversum, cum ipsa macies, quae fuit et non est, satis indicet quae illis escis detrimenta suppleta sint?" Respondet autem hac ratione: „Quicquid carnium exhausit fames, utique in auras est exhalatum: unde diximus omnipotentem deum posse revocare quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini in quo esse caro humana primitus coepit. Ab illo quippe altero tamquam mutuo

aut ex pluribus: sola autem in partibus ea permanere quae colligare et continere et fovere solent carnem, quae a natura electa est et iis adhaerescit quibuscum vitam naturae congruentem vitaeque labores adimplet. Enimvero neque iis quae modo investigavimus ut par est diiudicatis, neque iis quae contra disputata sunt per concessionem approbatis, verum esse demonstrari possit id quod ab istis dicitur: neque umquam hominum corpora cum aliis eiusdem naturae coaluerint, sive imprudentes alicuius fraude sensum praeripiente degustent de eiusmodi corpore, sive per se ipsi inopia aut insania adducti se contaminent similis naturae corpore; quandoquidem nos non latet quasdam esse in humana forma belluas, vel compositam habere ex hominibus et belluis naturam, quales effingi solent ab audacioribus poetis.

8. Et quid attinet dicere de corporibus, quae nulli animali ad vescendum destinata neque aliud sepulcrum quam

sumpta deputanda est: quae sicut aes alienum ei redhibenda est, unde sumpta est. Sua vero illi, quem fames exinanierat, ab eo, qui potest etiam exhalata revocare, reddetur. Quamvis, etsi omnibus periisset modis nec ulla eius materies in ullis naturae latebris remansisset, unde vellet eam repararet omnipotens." Cf. etiam quae in Enchiridio c. 88 scribit.

21. *εἴ γε* etc.] Haec Reinerus inepte interpretatus est: „Je ne prétends pas parler ici de certaines bêtes qui au dehors ressemblent à l'homme, ni de celles dont la figure tient en même temps de l'homme et de la bête, si toutefois ce ne sont pas là des contes et de imaginations de poëtes." Scilicet sarcastice adiecta sunt, nisi egregie fallor. „Inveniuntur sane qui illa negabunt scientesque (*αὐτόθεν*) humanâ carne vescentur, quippe semibelluae." Infra c. 8 concludit expositionem verbis hisce: *Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλεῖον μηνύειν οὐκ εὔκαιρον· ὁμολογουμένην γὰρ ἔχει τὴν ἐπίκρισιν, τοῖς γε μὴ μιξοθήροις.* Est *εἴ γε* hîc, ut c. 6. p. 46 B. al., pro *ἐπεί γε*: cf. Herbst. ad Xenoph. Memor. Socr. IV. c. 3. §. 12. Particulâ *ἤ* eadem res, ut clarior fiat, duplici modo enuntiatur; respicit igitur Athenagoras ad Centauros, quos quidem Sophocles in Trach. saepe vocat *θῆρας*, coll. Hom. Il. 1, 268. 2, 743. Pind. Pyth. 3, 8, — ad Satyros, Faunos, Tritones, Nymphas, Sirenes: quos partim homines partim belluas fabulantur fuisse. Pronomen *τινες* ante *ὄντες* Clar. 2 non exhibet.

1. *πρὸς τροφήν*] Nann. *προστροφήν*, Big.[1] *πρὸς τρυφήν*. Voce *σωμάτων* intelligit corpora humana. Pro *εἰς γῆν* Aet. *εἰς τὴν γῆν*. Ex

τιμῇ τῆς φύσεως μεμοιραμένων, ὅπου γε [2]μηδ' ἄλλο τι τῶν ζώων τοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἴδους εἰς τροφὴν ἀπεκλήρωσεν ὁ ποιήσας, κἂν ἐν ἄλλοις τισὶ τῶν ἑτερογενῶν τροφὴ γίνηται κατὰ φύσιν; [3]Εἰ μὲν οὖν ἔχουσι δεικνύναι σάρκας ἀνθρώπων ἀνθρώποις εἰς βρῶσιν ἀποκληρωθείσας, οὐδὲν κωλύσει τὰς [4]ἀλληλοφαγίας εἶναι κατὰ φύσιν, ὥσπερ ἄλλο τι τῶν τῇ φύσει συγκεχωρημένων, καὶ τούς γε τὰ τοιαῦτα λέγειν τολμῶντας τοῖς τῶν φιλτάτων ἐντρυφᾶν σώμασιν, ὡς οἰκειοτέροις, ἢ καὶ τοὺς εὐνουστάτους [5]σφίσι τούτοις αὐτοῖς ἑστιᾶν. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν B [6]οὐδ' εἰπεῖν εὐαγές, τὸ δὲ σαρκῶν ἀνθρώπων ἀνθρώπους μετασχεῖν ἔχθιστόν τι καὶ παμμίαρον καὶ πάσης ἐκθέσμου καὶ παρὰ φύσιν βρώσεως ἢ πράξεως ἐναγέστερον, [7]τὸ δὲ παρὰ φύσιν οὐκ ἄν ποτε χωρήσειεν εἰς τροφὴν τοῖς ταύτης δεομένοις μέρεσι καὶ μορίοις, τὸ δὲ μὴ χωροῦν εἰς τροφὴν οὐκ ἂν ἐνωθείη τούτοις ἃ μηδὲ τρέφειν πέφυκεν, οὐδὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα συγκριθείη ποτ' ἂν τοῖς ὁμοίοις σώμασιν, οἷς ἐστιν εἰς τροφὴν [8]παρὰ φύσιν, κἂν πολλάκις διὰ τῆς τούτων ἴῃ γαστρὸς [9]κατά τινα πικροτάτην συμφοράν· ἀποχωροῦντα δὲ τῆς θρεπτικῆς δυ- C νάμεως, καὶ σκιδνάμενα πρὸς ἐκεῖνα πάλιν ἐξ ὧν τὴν πρώτην

μεμοιραμένων corrector in Arg. fecit μεμοιρασμένων.

2. μηδ'] Aet. μὴ δι'. Par. 3 et Clar. 2 οὐδ'. Galland. (cum exemplo Mar. Veneto) τῶν ante ζώων omisit errore. Arg. Par. 3. Clar. 2 non ἐκ (Aet. ἐξ) τοῦ αὐτοῦ sed ἐκ ταὐτοῦ. In Arg. alia manus supra prius τ scripsit οὗ.

3. Εἰ μὲν οὖν κτλ.] Scholion in marg. Par. 1 et 2: Ἐντρεπτικώτατον τοῦτο καὶ ἀνασκευαστικώτατον τῶν διὰ τὴν ἀλληλοφαγίαν οἰομένων τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀθετεῖν.

4. ἀλληλοφαγίας] Clar. 2 ἀλληλοφανίας. Aet. mox ἀλλ' ὅτι pro ἄλλο τι. Tum τῆς φ., non τῇ φ.

5. σφίσι] Arg. φησὶ.

6. οὐδ'] Deest Arg.; Par. 3 et Clar. 2 οὔτ', Par. 2 οὐκ. Postea Dechair. τὸ μὲν (pro τὸ δὲ) mendose. Tum Clar. 2 τἀμμίαρον (sic), in marg. vero παμμίαρον. Idem cod. ἐναρέστερον, sed superadiecto γ in ἐναγέστερον mutatum.

7. τὸ δὲ π. φύσιν] Post haec verba in Arg. βρώσεως ἢ πράξεως ex praegressis culpâ scribae repetita sunt. Deinde εἰς τροφὴν, post χωρήσειεν, desiderantur apud Nannium. Idem edidit μέρεσι καὶ χωρίοις (Par. 2; μ. κ. κωρίοις Aet.) pro μ. κ. μορίοις (sic rell. codd. msti), qua de formula c. 3. n. 14 consulas; errorem iam Stephanus correxit.

terram in honorem naturae sortita sunt, quum ne ullum quidem animal creator animalibus eiusdem speciei ad vescendum addixerit, quamvis in aliis quibusdam diversi generis cibus sit ad naturam accommodatus? Si ergo possunt demonstrare carnes hominum hominibus ad vescendum destinatas esse, nihil vetabit quominus se invicem comedere naturae congruat, velut aliud quid ex iis quae naturâ concessa sunt, et qui talia dicere audent amicissimorum corporibus ad delicias epulentur, ut magis congruentibus, et eadem amicissimis apponant. Si vero id vel dictu impium est, homines autem de hominum carnibus degustare teterrimum quiddam et sceleratissimum est ac nefando omni et contra naturam cibo et facinore detestabilius, deinde si quod contra naturam est numquam membris et partibus alimento egentibus in alimentum cesserit, quod autem in alimentum non cedit nequaquam cum iis quae nutrire non solet coaluerit: numquam sane hominum corpora cum similibus sui corporibus, quibus hoc alimentum contra naturam est, coaluerint, quamvis saepe per eorum corpora pertranseant acerbissima aliqua calamitate; sed remota a nutriendi facultate, et inter eas universi par-

8. *παρὰ*] Arg. *περὶ*. Dein pro *ἔχῃ* Aet. *ᾖ*.

9. *κατά τινα πικρ. συμφοράν*] Etsi carnibus hominum temere occisorum vesci semper nefas apud gentes moratiores habitum est, tamen in summa fame et deficientibus aliis nutrimentis licere etiam carnibus hominum a nobis non caesorum vesci, nobilissimus Pufendorfius noster De I. N. et G. l. II. c. 6. §. 3 docet; miserandum quidem cibum illum nominat, nefarium vero dici posse negat. Atque hoc etiam Athenagoram voluisse verba de esu carnis humanae *κατά τινα πικροτάτην συμφοράν* indicio sunt. *Rechenberg.* Huic sententiae Pufendorfianae patrocinium ab Athenagora immerito petitur. Paullo ante dicebat „homines de hominum carnibus degustare teterrimum quiddam ac sceleratissimum esse ac nefando omni et contra naturam cibo et facinore detestabilius.“ Nec dicas eos excipi qui non occiderunt. Parvi enim id intererat ad propositum Athenagorae. Cibum eiusmodi nefarium et sceleratum appellat, ut probet naturae contrarium esse, nec id genuinum alimentum posse converti: quod quidem non minus ferit eos qui non occiderunt quam qui hoc facinus patrarunt. Praeterea c. 7 eos qui imprudentes de humana carne gustaverint distinguit ab iis qui

ἴσχε σύστασιν, ἑνοῦται μὲν [10] τούτοις ἐφ' ὅσον ἂν ἕκαστον τύχῃ χρόνον· ἐκεῖθεν δὲ διακριθέντα πάλιν σοφίᾳ καὶ [11] δυνάμει τοῦ πᾶσαν ζῴου φύσιν σὺν ταῖς οἰκείαις δυνάμεσι συγκρίναντος [12] ἑνοῦται προσφυῶς ἕκαστον ἑκάστῳ, κἂν πυρὶ καυθῇ, κἂν ὕδατι κατασαπῇ, κἂν ὑπὸ θηρίων ἢ τῶν ἐπιτυχόντων ζῴων καταδαπανηθῇ, κἂν τοῦ παντὸς σώματος ἐκποὶν προδιαλυθῇ τῶν ἄλλων μερῶν· ἑνωθέντα [13] δὲ πάλιν ἀλλήλοις τὴν αὐτὴν ἴσχει χώραν πρὸς τὴν τοῦ αὐτοῦ σώματος [14] ἁρμονίαν τε καὶ σύστασιν καὶ τὴν τοῦ D
νεκρωθέντος [15] ἢ καὶ πάντη διαλυθέντος ἀνάστασιν καὶ ζωήν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλεῖον μηκύνειν οὐκ [16] εὔκαιρον· ὁμολογουμένην γὰρ ἔχει τὴν ἐπίκρισιν, τοῖς γε μὴ μιξοθήροις.

9. [1] Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν εἰς τὴν προκειμένην ἐξέτασιν χρησιμωτέρων, παραιτοῦμαι [2] δὴ νῦν τοὺς καταφεύγοντας ἐπὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔργα καὶ τοὺς τούτων δημιουργοὺς ἀνθρώπους, οἳ τὰ συντριβέντα τῶν ἔργων ἢ χρόνῳ παλαιωθέντα ἢ καὶ ἄλλως διαφθαρέντα καινουργεῖν ἀδυνατοῦσιν, εἶτα ἐξ [3] ὁμοίου 49

scientes hoc committunt, quamquam „inopia aut insania adducti.“ Postremos semibelluas esse pronuntiat, nullo inter eos qui occiderunt aut non occiderunt delectu ac discrimine adhibito. His ergo verbis κατά τινα πικροτάτην συμφοράν non excusatur facinus edentium carnem humanam, sed generatim designantur omnes quibuscumque id evenit sive imprudentibus sive scientibus, sive occiderint sive non. Eadem calamitatis voce pariter comprehendit c. 4 quidquid in hoc genere aut alieno scelere deceptis aut fame vel insania incitatis contigisse narratur. *Maranus.*

10. τούτοις] Nempe ἐξ ὧν τὴν πρώτην ἔσχε σύστασιν. His uniuntur ad tempus maius vel minus, quippe ante resurrectionem, prout cuique accidit; exinde (ἐκεῖθεν hic de tempore dictum; cf. Steph. Thes. gr. ling., ed. C. B. Hase, Vol. III. p. 404) autem, in resurrectione, ab illis separantur et rursus coniunguntur ad priorem corporis compositionem, prout natura requirit. Hugo Grotius (De verit. relig. chr. II. c. 10), ut Rechenberg. adnotavit, non inconvenienter huc adplicat similitudinem de chemico desumtam: qui ut quae congenera sunt quamvis dissecta colligit, ita deus partes humani corporis distantes aut dissipatas reducet atque recomponet, idemque faciet in suo universo, quod in fornacibus aut vasis facere chemicos videmus.

11. δυνάμει ... οἰκείαις] Haec omnia desunt in Clar. 2, sed ab alia manu in marg. sunt addita. Particulam καὶ ante δύναμει Aet. non agnoscit.

12. ἑνοῦται ... καταδαπανη-

tes dissipata unde primum ortum habuerunt, cum iis iunguntur quantum cuique obtigerit temporis: exinde autem rursus separata illius sapientia et potestate, qui totam animalis naturam propriis facultatibus temperavit, secum invicem convenienti ratione coeunt, sive igne succensa, sive aquis putrefacta, sive a feris aut quibuslibet animalibus consumta fuerint, sive pars aliqua a toto corpore avulsa ante caeteras dissoluta sit: secum autem invicem rursus coagmentata eumdem occupant locum ad aptam eiusdem corporis compositionem et constitutionem et illius quod mortuum aut etiam omnino dissolutum erat resurrectionem et vitam. Haec igitur pluribus persequi non est opportunum; confessum enim habent iudicium, saltem apud eos qui non sunt semibelluae.

9. Quum autem multa sint ad propositam quaestionem utiliora, auditos impraesentiarum eos nolim qui ad humana opera confugiunt et ad eorum opifices homines, a quibus opera sua, si contrita aut tempore labefactata aut alia ratione fuerint corrupta, renovari non possunt, deinde ex figulorum

θῇ] Similiter Tatianus Or. ad Gr. c. 6: *Κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ μου τὸ σαρκίον, ἐξατμισθεῖσαν τὴν ὕλην ὁ κόσμος κεχώρηκεν· κἂν ἐν ποταμοῖς, κἂν ἐν θαλάτταις ἐκδαπανηθῶ, κἂν ὑπὸ θηρίων διασπασθῶ, ταμείοις ἐναπόκειμαι πλουσίου δεσπότου. Καὶ ὁ μὲν πτωχὸς καὶ ἄθεος οὐκ οἶδε τὰ ἀποκείμενα· θεὸς δὲ ὁ βασιλεύων, ὅτε βούλεται, τὴν ὁρατὴν αὐτῷ μόνῳ ὑπόστασιν ἀποκαταστήσει πρὸς τὸ ἀρχαῖον.*

13. δὲ] Aet. κἂν.

14. ἁρμονίαν] Arg. ἁρμονίας.

15. ἢ κ. π. διαλ.] Omissa sunt in Arg.

16. εὔκαιρον] Par. 3 et Clar. 2 ἄκαιρον. Negatio μή, ante μιξοθ., in Arg. deest. Nann. legit τοῖς γε μὴν μισοθήροις, unde interpretatus est: „saltem apud illos qui ferinos et belluarum ritus odio prosequuntur.“ Errorem iam Stephanus correxit. Valla ista verba τ. γ. μὴ μιξ. in translatione praetermisit. Caeterum adi c. 7. n. 21.

1. *Πολλῶν δὲ ὄντων κτλ.*] Scholion in marg. Par. 1 et 2: *Ὅτι* [deest in Par. 2] *οἱ ἀπὸ τῆς κατ' ἀνθρώπους δημιουργῶν ἀσθενοῦς ἀπορίας ἐμπεδοῦν βουλόμενοι τὸ ἑαυτῶν ἀνούστατον δόγμα οὐκ ἔστιν ὅσον εἰπεῖν ἐξυβρίζουσιν εἰς θεόν, ἴσον λογιζόμενοι θεὸν καὶ ἀνθρώπους.* — Articulus *τῶν*, post *ὄντων*, deest in Aet.

2. δῇ] Nann. δὲ. Tu fortasse *δή νυν* scripseris.

3. ὁμ. τ. κεραμ.] Clar. 2 ὁ-

τοῖς περαμεῦσι καὶ τέκτοσι δεικνύναι πειρωμένους τὸ καὶ τὸν [4]θεὸν μήτ' ἂν βουληθῆναι μήτε βουληθέντα δυνηθῆναι νεκρωθὲν ἢ [5]καὶ διαλυθὲν ἀναστῆσαι σῶμα, καὶ μὴ λογιζομένους ὅτι διὰ τούτων τοῖς χειρίστοις ἐξυβρίζουσιν εἰς θεόν, συνεξισοῦντες τῶν πάντη διεστηκότων τὰς [6]δυνάμεις, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ταύταις χρωμένων [7]τὰς οὐσίας καὶ τὰ τεχνητὰ τοῖς φυσικοῖς. Περὶ μὲν οὖν τούτων σπουδάζειν οὐκ ἀνεπιτίμητον· ἠλίθιον γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ [8]τοῖς ἐπιπολαίοις καὶ ματαίοις ἀντιλέγειν. Μακρῷ[B] γε μὴν ἐνδοξότερον καὶ πάντων ἀληθέστατον τὸ φῆσαι [9]τὸ παρὰ ἀνθρώποις ἀδυνατὸν παρὰ θεῷ δυνατόν. Εἰ δὲ δι' αὐτῶν τούτων [10]ὡς ἐνδόξων καὶ διὰ πάντων τῶν μικρῷ πρόσθεν [11]ἐξητασμένων δείκνυσιν ὁ λόγος δυνατόν, εὔδηλον ὡς οὐκ ἀδύνατον. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀβούλητον.

10. [1]Τὸ γὰρ ἀβούλητον ἢ ὡς ἄδικον αὐτῷ ἐστιν ἀβούλητον [2]ἢ ὡς ἀνάξιον. Καὶ πάλιν τὸ ἄδικον ἢ περὶ αὐτὸν θεωρεῖται τὸν ἀναστησόμενον ἢ περὶ ἄλλον τινὰ παρ' [3]αὐτόν. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδεὶς ἀδικεῖται τῶν ἔξωθεν καὶ τῶν ἐν τοῖς οὖσιν ἀριθ-[C]

μοίουτο σκεραμεῦσι, sed ab alia manu ῖ inter ο et σ positum est, vera lectio ut appareret.

4. θεὸν] Morell. et Duc. incuriâ omisere.

5. καὶ] Rechenb. negligenter praetermisit.

6. δυνάμεις] Gesn.-Stephan. vitiose δυνάμεος.

7. τὰς οὐσίας] Sic omnes codd. msti, exceptis Par. 3 et Clar. 2. Aet. qui τὰς οὐσίαις exhibent. Etiam Nann. et Maran. τὰς οὐσίας, sed caeteri editores ταῖς οὐσίαις praeter rationem. Antea Aet. ταύτας pro ταύταις.

8. τοῖς] Aet. τῆς.

9. τὸ ... δυνατόν] Coll. Luc. 18, 27 (Matth. 19, 26). Cicero De nat. deor. III. c. 39: „Vos enim ipsi dicere soletis nihil esse quod deus efficere non possit et quidem sine labore ullo.“ — Clar. 2 δυνατὸν παρὰ θεῷ verbis transpositis. Arg. παρὰ τῷ Θεῷ δυνατόν.

10. ὡς ἐνδόξων] = *als der gewöhnlichen Ansicht Gemässes.* Contrarium est παράδοξον. Nann. et Mar.: *ut probabilia;* interpr. Camp.: „als richtig Annehmbares.“ Maranus: „Probabilia intellige ea quae certo probantur.“

11. ἐξητασμένων] Aet. ἐξεταμένων. Idem ἄλογος pro ὁ λόγος. Nannius ἔνδηλον, non εὔδηλον (c. 6. p. 46 B, c. 11. p. 50 B, c. 12. p. 53 A. al.).

1. Τὸ γὰρ ἀβούλητον κτλ.] Scholion in marg. Par. 1: Τοῦ κατὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι θεῷ τὴν ἀνάστασιν τῶν ἀνθρώπων ποιῆσαι λῆρος· ἱκανὸν ἔλεγχον εἰληφότος ἐπὶ τὸ ἀβούλητον χωρῆσαι λοιπόν. Τοῦτο δὲ τὸ ἀβούλητον

et fabrorum similitudine demonstrare conantur nec deum velle nec, si velit, posse mortuum aut etiam dissolutum corpus exsuscitare, neque reputant se per haec gravissimam deo contumeliam facere, dum nihil discriminis ponunt inter rerum omnino distantium facultates, vel potius inter eorum qui illis utuntur naturas atque inter ea quae arte et ea quae naturâ continentur. In haec igitur studium insumere reprehensione non caret; stolidum enim omnino est levia et inania refellere. Certe vero est multo congruentius consuetae sententiae et quidem omnium verissimum haeccę dicere: quod apud homines fieri non potest id a deo posse fieri. Quodsi per haec ipsa, ut consuetae sententiae congruentia, et per omnia quae supra in quaestionem venerunt, rem posse fieri ratio demonstrat: liquet alienam non esse a [dei] potestate. Immo neque a voluntate aliena est.

10. Quod enim in dei voluntatem non cadit, vel ideo non cadit quod iniustum sit vel quod indignum. Rursus id quod iniustum est, vel circa eum qui resurrecturus est spectatur vel circa alium ab eo. Sed nulli creaturae externae, quae quidem in rerum natura numeratur, iniuriam fieri perspicuum

ἢ ὡς ἄδικόν ἐστιν ἀβούλητον ἢ ὡς ἀνάξιον. Ἀλλ' οὔτε ἄδικον θεῷ οὐδ' ἀνάξιον· διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀβούλητον. Τὸ μὲν γὰρ ἄδικον ἢ περὶ αὐτὸν θεωρεῖται τὸν ἀναστησόμενον ἢ περὶ ἄλλον. Ἀλλ' οὔτε τῶν ἔξωθεν ἀδικεῖταί τις· οὐ νοερὰ φύσις, οὐδὲ κτηνώδης. Ἡ νοερὰ μέν, ὅτι μὴ ἐμπόδιον αὐταῖς ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀνάστασις. Πῶς δὲ ἡ τῶν ἀλόγων ἀδικηθείη, τῶν ἐν τῇ παλιγζωΐᾳ μὴ ὄντων; Ἀφθάρτῳ γὰρ ζωῇ τίς ἡ τῶν πρὸς φθορὰν ὑπηρετούντων χρεία; Οὐ μέντοι οὐδὲ περὶ αὐτὸν τὸν ἀνιστάμενον ἐνθεωρηθείη τὸ ἄδικον τὴν ὁ λοκληρίαν ἀπολαμβάνοντα, ἣν δι' ἀγαθότητα τοῦ ἐξ ἀρχῆς παραγαγόντος ἐκληρώσατο. Οὐ τῷ σώματι ἄδικον, εἰ μὴ καὶ δόξαν φέρον τῷ κρείττονι συναπτομένῳ· οὐ τῇ ψυχῇ, τὸ κατ' ἀρχὰς οἰκητήριον καὶ ἄφθαρτον ἀναδεχομένῃ. Οὐ τῷ θεῷ ἀνάξιον, ὅτι μηδὲ ὅτε φθαρτὸν παρῆγεν ἀνάξιον· νῦν δὲ καὶ μᾶλλον ἐνδοξότερον ὅτε ἄφθαρτον ἀποτελέσει. Totum hoc scholion in Par. 2 desideratur.

2. *ἢ ὡς ἀνάξ.*] Arg. addit *ἢ ὡς ἄδικον.*

3. *αὐτόν*] Par. 3 et Clar. 2 *αὐτοῖς.*

μουμένων, πρόδηλον. Οὔτε γὰρ [4] αἱ νοηταὶ φύσεις ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀναστάσεως ἀδικηθεῖεν ἄν· οὐδὲ γὰρ ἐμπόδιόν τι ταύταις πρὸς τὸ εἶναι, οὐ [5] βλάβος οὐχ ὕβρις ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀνάστασις· οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἀλόγων ἡ φύσις οὐδὲ [6] τῶν ἀψύχων· [7] οὐδὲ γὰρ ἔσται μετὰ τὴν ἀνάστασιν· περὶ δὲ τὸ μὴ ὂν οὐδὲν ἄδικον. Εἰ δὲ καὶ εἶναί τις ὑποθοῖτο [8] διὰ παντός, οὐκ ἂν ἀδικηθείη ταῦτα, τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἀνανεωθέντων· εἰ γὰρ [9] ὑπείκοντα νῦν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων καὶ ταῖς τούτων χρείαις ὄντων [10] ἐνδεῶν, ὑπό τε ζυγὸν ἠγμένα καὶ δουλείαν παντοίαν, οὐδὲν ἀδικεῖται, [11] πολὺ μᾶλλον, ἀφθάρτων καὶ ἀνενδεῶν γενομένων καὶ μηκέτι δεομένων τῆς τούτων χρείας, [12] ἐλευθερωθέντα δὲ πάσης δουλείας οὐκ ἀδικηθήσεται. Οὐδὲ γάρ, εἰ φωνῆς μετεῖχεν, [13] ἠτιάσατο ἂν τὸν δημιουργὸν ὡς παρὰ τὸ δίκαιον ἐλαττούμενα τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μὴ [14] τῆς αὐτῆς τούτοις τετύχηκεν ἀναστάσεως. Ὧν γὰρ ἡ φύσις οὐκ ἴση, τούτοις οὐδὲ τὸ τέλος ἴσον ὁ δίκαιος ἐπιμετρεῖ. Χωρὶς δὲ τούτων, παρ' οἷς [15] οὐδεμία τοῦ δικαίου κρίσις οὐδὲ μέμψις ἀδικίας. Οὐ μὴν [16]

4. αἱ νοηταὶ φύσεις] Scholiastae (n. 1) sunt νοεραὶ φύσεις, *naturae intelligentes*, h. e. angeli et homines. Cf. c. 12. n. 35 et Suppl. c. 24, coll. Iustin. Mart. Apol. I. c. 28. Opponitur enim ἡ τῶν ἀλόγων φυσις. Homines vero, quippe omnes resurrecturi, hic non designantur (nullam iis iniuriam fieri infra demum exponitur: Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο φῆσαι δυνατὸν κτλ.), sed τινὲς παρ' αὐτούς, h. e. procul dubio angeli (daemones a Gentilibus vocati), ab initio immortales ac sine fine perdurantes (c. 16. p. 57 D), qui ad Christianorum θεολογικὸν μέρος pertinent (Suppl. c. 10). Vocantur νοηταὶ φύσεις, quia ipsi non oculis sed mente cernuntur. C. 15: νοῦς καὶ λόγος δέδοται τοῖς ἀνθρώποις πρὸς διάκρισιν νοητῶν. Sic deus ab Athenagora (Suppl. c. 5) dicitur νοητός, h. e. νῷ μόνῳ καὶ λόγῳ θεωρούμενος, cf. Suppl. cc. 4. 10 (n. 2) 22. 23. Pariter a Platone (Tim. p. 48. 92. ed. Steph.) dicitur. Opponitur ὁρατόν (Polit. VI. p. 509 D); consociantur τὸ θεῖον καὶ ἀθάνατον καὶ νοητόν (Phaedr. p. 80 B), atque νοητόν τε καὶ ἀειδές (l. c. p. 83 B) et ἀσώματον (Soph. p. 246 B).

5. βλάβος] Arg. βλάβη.

6. τῶν ἀψύχων] Big. τῶν ἐμψυχῶν.

7. οὐδὲ γὰρ ἔσται] In marg. editionis Nannianae adnotatum est τὸ γὰρ παρέλκει, sed adnotatum, opinor, ὅναρ οὐχ ὕπαρ. *Stephanus.* Caeterum adparet inde, alienum a crasso fanaticorum errore Athenagoram fuisse, qui bestias homini familiares etiam in vitam revocatum iri

est. Nec enim spiritualibus naturis noceat hominum resurrectio: prorsus non enim iis impedimento est quo minus sint, non damnum aut iniuriam infert hominum resurrectio; nec vero etiam [noceat] brutorum et inanimorum naturae: prorsus non enim erunt post resurrectionem; quod autem non exsistit iniuriam non accipit. Si vero etiam fingas ea semper futura esse, nullam accipient iniuriam, hominum corporibus renovatis; nam si nunc hominum naturae eorumque, dum adhuc egeni sunt, usui obsequentia ac sub iugum et servitutem omnem missa nullam accipiunt iniuriam, multo magis, iisdem hominibus extra perpessionem et indigentiam omnem positis nec iam eiusmodi rerum usu indigentibus, liberata omni servitute non accipient iniuriam. Neque enim, si voce instructa essent, creatorem incusarent quod immerito infra homines, non eamdem atque illi resurrectionem sortita, collocentur. Quorum enim natura non est aequalis, neque etiam iis finem aequalem is qui aequus est constituit. Praeterea apud eos, quibus nulla iustitiae notio, neque [est] ulla ob iniustitiam querela. Nec vero etiam illud dici potest iniustitiam

cum Cotsacko medico Bremensi somniarunt. Quem errorem diu ante confutavit Aen. Gazaei Theophrastus in Dialogo platonico-christiano de resurrectione mortuorum c. 7: *Διὰ τί μὴ καὶ τῶν ἀλόγων ἀνάστασις γίνεται*; p. 74 et 75 ed. Barth. *Rechenberg.* Cf. A. Ostertag *Evang. Missions-Magazin* Bas. 1857. p. 47.

8. *διὰ παντός*] Sic Nannius divise; caett. editt. *διαπαντός*. Mox ille *ταύτῃ* (Aet. et Par. 2) pro *ταῦτα*.

9. *ὑπείκ. νῦν*] Clar. 2 *νῦν ὑπείκ.*

10. *ἐνδεῶν*] Aet. *ἐνδεὼς*.

11. *πολὺ*] Aet. *πολλὸ* (n. 19).

12. *ἐλευθ. ... οὐκ ἀδικηθήσ.*] Coll. Rom. 8, 21.

13. *ἠτιάσατο*] Mor. Duc. Mar. *ἠτιάσαντο* mendose.

14. *τῆς αὐτῆς*] Par. 3 et Clar. 2 *τοῖς αὐτοῖς*. Mox Maran. ex vulg. *τετύχηκεν* (codd. msti omnes) effecit *τετύχεν* (sic).

15. *οὐδεμία τ. δ. κρίσις*] Ita Par. 1. 3. Arg. Clar. 2. Big. et Maranus. (Clar. 2 *κρίσιν.*) Caeteri *οὐδὲ τ. δ. μία κρίσις*. Rechenb.: „Animantia bruta ut iuris ita iustitiae nullum habere sensum, dudum ex rationis defectu, quo homine inferiores sunt, philosophi probarunt. Cf. Selden De iure nat. et gent. l. I. c. 15. Si illa a quibusdam factis sceleratis abhorrere dicuntur, id naturae fieri instinctu, nulla vero legis aut iustitiae reverentia putan-

[16] *οὐδ' ἐκεῖνο φῆσαι δυνατὸν ὡς περὶ αὐτὸν θεωρεῖταί τις ἀδικία τὸν ἀνιστάμενον ἄνθρωπον. Ἔστι μὲν γὰρ οὗτος ἐκ ψυχῆς* [17] *καὶ σώματος, οὔτε δὲ εἰς ψυχὴν οὔτε εἰς σῶμα δέχεται τὴν ἀδικίαν. Οὔτε γὰρ τὴν ψυχὴν ἀδικεῖσθαι* [18] *φήσει τις σωφρονῶν, ὅτι λήσεταί γε ταύτῃ συνεκβάλλων καὶ τὴν παροῦσαν ζωήν· εἰ γὰρ νῦν ἐν φθαρτῷ καὶ παθητῷ* [19] *κατοικοῦσα σώματι μηδὲν ἠδίκηται, πολὺ μᾶλλον* [20] *ἀφθάρτῳ καὶ ἀπαθεῖ συζῶσα οὐκ ἀδικηθήσεται. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ σῶμα ἀδικεῖταί τι·* [21] *εἰ γὰρ* B *νῦν φθαρτὸν ἀφθάρτῳ συνὸν οὐκ ἀδικεῖται, δῆλον ὅτι οὐδ' ἄφθαρτον ἀφθάρτῳ συνὸν ἀδικηθήσεται. Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο φαίη τις ἂν ὡς ἀνάξιον ἔργον* [22] *τοῦ θεοῦ τὸ διαλυθὲν ἀναστῆσαι σῶμα καὶ συναγαγεῖν· εἰ γὰρ τὸ χεῖρον* [23] *οὐκ ἀνάξιον, τοῦτ' ἔστι τὸ φθαρτὸν ποιῆσαι σῶμα καὶ παθητόν,* [24] *πολὺ μᾶλλον τὸ κρεῖττον οὐκ ἀνάξιον, ὅπερ ἐστὶν ἄφθαρτον καὶ ἀπαθές.*

11. *Εἰ δὲ διὰ τῶν κατὰ φύσιν πρώτων καὶ τῶν τούτοις ἑπομένων δέδεικται τῶν ἐξητασμένων ἕκαστον, εὔδηλον ὅτι καὶ δυνατὸν καὶ βουλητὸν καὶ ἄξιον τοῦ δημιουργήσαντος ἔργον ἡ τῶν* C [1] *διαλυθέντων σωμάτων ἀνάστασις· διὰ γὰρ τούτων ἐδείχθη ψευ-*

dum est. Sic Theseus apud Senecam Hippolyto v. 913: *Ferae quoque ipsae Veneris evitant nefas, Generisque leges inscius servat pudor.*"

16. *οὐδ'*] Editi *οὐδὲ* (Par. 2. Arg. Aet.). Paullo infra omnes *οὐδ' ἐκεῖνο.*

17. *καὶ*] Aet. non agnoscit.

18. *φήσει τις σωφρονῶν*] Arg. *φήσειέ τις σώφρων ὤν.* Pro *λήσεται*, quod sequitur, Arg. *κλήσεται* habet. E. G. Gersdorfius, Bibl. univ. Lips. praef., mecum communicavit beatum patrem suum in marg. edit. Dechair. adnotasse „legendum *χρήσεται.*" Dechairius (cum prioribus editoribus) insulsam Nannii versionem repetiit: „Neque sapiens animam iniuriam pati dicet, ideo quod hoc modo non eam rationem vitae retineat, in qua iam in praesentia agit." Iam Io. A. Fabricius (Hist. crit. de la rép. des lettres T. IX. p. 137) translulit recte: „Neque enim sapiens quisquam dixerit animam iniuria affici, siquidem hoc ipso (*ταύτῃ* = *hoc modo*, cc. 12. 16) imprudens (structura v. *λανθάνω* c. partic. satis nota est, c. 16 et Suppl. c. 22) simul eiiciet (h. e. iniustam pronuntiabit) etiam vitam praesentem." Interpres Campid.: „Denn Niemand, der bei gesundem Verstande ist, wird sagen die Seele leide Unrecht, weil er in diesem Falle unvermerkt zugleich auch das gegenwärtige Leben verwerfen wird."

19. *κατοικοῦσα*] Clar. 2 *κατοικοῦσαν.* Mox Aet. *ἀδίκηται* pro

aliquam circa hominem reviviscentem spectari. Constat enim is ex anima et corpore, sed neque in animam neque in corpus accipit iniuriam. Neque enim quisquam, si sapiat, iniuriam dicet animae fieri, quod imprudens hoc modo simul vitam quoque praesentem excludat; nam si nunc in corpore corruptioni et perpessioni obnoxio habitans nihil iniuriae passa est, multo minus patietur cum eodem corruptionis et perpessionis experte coniuncta. Neque etiam corpori quidquam fit iniuriae; nam si nunc, corruptioni obnoxium cum incorrupto coniunctum, non laeditur, perspicuum est illud prorsus non laesum iri si incorruptum cum incorrupto coniungatur. Nec vero etiam illud quisquam dixerit opus indignum deo esse corpus dissolutum exsuscitare et colligere; nam si deterius non indignum [eo fuit], id est corruptioni et perpessioni obnoxium corpus facere, multo minus praestantius indignum [erit], id est [corpus facere] a corruptione et perpessione immune.

